Postq̃ auctor posuit diuisionem vocis significatiue et diffinitiones mẽbroꝝ eius. h̃ cõsequẽter auctor diuidit vocẽ significatiuã ad placitũ per vocẽ cõplexam ⁊ incõplexã. Cuius diuisiõis rõ est: q̃ oĩs vox significatiua ad placitum vel cõtinet plures voces significatiuas: vel vnã tñ. Si primũ est vox cõplexa. si scd̃m est incõplexa. Primo sciẽdũ est: q̃ quelibet res dupliciter accipitur. vno mõ ẽm se: ⁊ tũc fit cõceptus simplex siue incõplexus: ut cũ sor. scd̃m se ⁊ nõ ꝑ habitudinem ad aliud apprehenditur. Secundo modo aliquid cõcipitur ẽm cõpositionẽ vel habitudinẽ ad aliud: ut cũ sor. apprehenditur siue cognoscitur sub albedine: vel alio accidẽte: ⁊ tunc fit cõceptus complexus. ĩo est duplex cõceptus rei. s. cõplexus ⁊ incõplexus. ⁊ q̃ vox significatiua ad placitũ significat cõceptũ aĩe: ideo aliq̃ est cõplexa significãs conceptũ aĩe cõplexũ: sicut orõ. ⁊ alia est incõplexa cõceptũ incõplexũ significãs: ut nomẽ ⁊ verbũ per se sumptã. Scd̃o sciendũ: q̃ vox cõplexa est illa: in qua vniuntur plẽs voces significatiue ⁊ representãt cõceptũ cõplexũ. ⁊ ĩo ad pfectã rõnem vocis complexe tria requiruntur. Primo q̃ ibi sint plures voces significatiue: et ille voces habent se tanq̃ materiale vocis complexe. Scd̃o q̃ ille voces habeant complexionẽ ⁊ vnionẽ. ita q̃ vna se habeat ut determinatio: alia vero ut determinabile. ꝓpter cuius defectũ hoc nõ est vox cõplexa hõ asinus q̃ lꝫ ibi sint plẽs voces significatiue tamen non habent complexionem intrinsice inter se cũ ibi non sit vnio determinationis ⁊ determinabilis. ⁊ hoc ẽm est formale in voce complexa. Tertio requiritur q̃ talis vox significet complexum conceptũ. sed illud est minus principale in voce complexa quamuis tamen requiratur ex parte cause finalis. Tertio sciendum q̃ vox incomplexa est illa que continet solum vnam vocem significatiuam sicut homo vel asinus ⁊ representat conceptum incomplexum ⁊ ad talem vocem non sufficit q̃ habeat signatum incom

plexū sed magis requirit q̄ sit tm̄ vna vox significatiua. et ideo licet diffinitio solū habeat vnū signatū remotū qd̄ est diffiniti qd̄ signatū est incōplexū q2 in cōtinet plures voces significatiuas. ⁊ etiā suū significatū ꝓpinquū .s. cōplexū conceptū generis ⁊ differentie diffiniti est cōplexū: ⁊ ideo ē vox significatiua cōplexa. Quarto sciēdū q̄ ad vocē incōplexā non requiritur q̄ habeat tantū vnū significatū. s3 sufficit q̄ sit actualiter vna. s. quantū ad vocē ⁊ modū proferendi. Et ideo nomen equiuocum sicut est canis est bene vox incōplexa. quia licet habeat plura significata. tamē est dictio actualiter vna. nō cōtinens plures voces significatiuas: nec requiritur ad vocem significatiuā incōplexā q̄ nō sit cōposita ex pluribꝰ vocibus: sed sufficit q̄ ille voces nō sint in toto significatiue. ideo nomen cōposite figure cū ptes non sint significatiue est vox incomplexa. ideo nō ē idē cōplexio secūdū logicū ⁊ cōpositio secundū grāmaticū. Et per hoc patet diuisio vocis significatiue ad placitū ⁊ diffinitiones mēbrorū eius. Sed cōtra ꝑdicta. primo arguitur vox incomplexa est pars vocis complexe: ⁊ in ipsa continetur. igitur vnū mēbrū huius diuisionis cōtinetur in alio. ⁊ per consequens membra nō sunt opposita nec diuisio est sufficiens. Scd̄o sic: omnis conceptus est incōplexus: sed vox significat conceptū: ergo omnis vox est incōplexa: et sic diuisio est insufficiens. maior patet. quia intellectus non potest plura simul intelligere sed vnum tantum: ergo omnis conceptus est incomplexus. Tertio sic oratio est tantū vna vox significatiua: ⁊ non continet plures voces cum sit vnum nomen: igitur male dicitur q̄ quedam est vox cōplexa vt oratio. Quarto sic: omne complectens vocem et significatum est complexum: sed omnis vox continet vocem ⁊ significatum ergo quelibet vox est complexa: ⁊ nulla ē incomplexa. Quinto sic omnis vox componitur ex litteris ⁊ sillabis que grāmaticaliter elementa vocantur. igitur quelibet vox est complexa: ergo male dicitur q̄ aliqua est incomplexa vt nomen vel verbum. Ad argumēta. Ad primū dicitur q̄ licet vox incomplexa materialiter contineatur in voce cōplexa nō tamen formaliter tanq̄ pertinens ad formā vocis complexe: ⁊ licet in voce complexa maneat forma vocis incomplexe: tamen illa se habet per modum materie respectu forme totius vocis complexe. Ad scd̄m dicitur. q̄ licet intellectus noster possibilis nō possit intelligere plura simul per modū plurium tamen potest intelligere plura se habētia ꝑ modū vnius q2 plura simplicia ibi sunt sub vna complexione. Ad tertiū dicitur q̄ si sumatur oratio pro illa voce vel intentione tunc est vox incōplexa. sed si sumatur ꝓ re subiecta intentiōi siue ꝓ significato illius vocis ut hic sumitur tunc est vox cōplexa. Ad quartū dicitur q̄ si capiatur cōplexio generaliter ꝓ quacūq3 cōplexione reali vel etiā rōnis tunc conceditur q̄ oē cōplectēs vocē ⁊ significatū est cōplexū sed si capitur specialiter ꝓ vnione plurium vocū significatiuarū ut hic sumitur in ꝓposito sic maior est falsa. Ad quintū dicitur q̄ licet vox significatiua cōponatur ex lrīs ⁊ sillabis tanq̄ ab elemētis: q2 tamen nō sunt voces significatiue: ideo non debet dici q̄ sit vox complexa.

Capl'm de nomine.

Nomē ē vox significatiā ad placitū sine tpe: cuiꝰ nlla ps ꝑ se significat sepata finita ⁊ recta. Vox ponit̄ in diffinitione nois ꝓ genere. Significatiua ponit̄ ad dr̄iam voc3 nō significatiue. Ad placitū ponit̄ ad dr̄iam voc3 significātis naturalr̄. Sine tpe ponit̄ ad dr̄iā verbi q̄ significat cū tpe. Cuiꝰ nulla ps ⁊c. ponit̄ ad dr̄iā orōnis: cuiꝰ ptes significāt sepate. Finita ponit̄ ad dr̄iam nois infiniti ut nōhō: qd̄ nō ē nomē apd̄ dialeticos: s3 nomē infinitū. Recta ponitur ad differentiam nominū obliquorū: ut catonis: et sic de alijs q̄ nō sunt nomia apud illos: sed casus nominū. Vn̄ solus noīatiuus siue rectus potest esse nomē.

Postq̄ auctor determinauit de sono ⁊ voce q̄ sunt principia materialia partiū orationis. hic cōsequenter determinat de partibus orationis. s. de noie ⁊ verbo priusq̄ de tota oratione eo q̄ partes ex quibus fit aliquod totū naturaliter ꝓcedunt ipsum totum. ⁊ quia nomē substātiā significat a qua egreditur actus. verbū vero significāt actū egredientē a substantia: ideo prius determinat de nomine q̄ de verbo ipsū sic diffinIēs. Nomē est vox significatiua ad placitū sine tpe: cuius nulla ps separata aliq̄d significat finita ⁊ recta. Pro quo sciendū primo: q̄ vox in ista diffinitiōe ponitur loco generis: quia vox habet modum generis respectu vocis significatiue ⁊ non significatiue. ⁊ totum residuum ponitur loco differentie. scilicet significatiua ad differētiam vocis non significatiue. ad placitum ad differentiam vocis naturaliter significantis. Nomen enim cōsideratum materialiter quantū ad ipsam vocem secundū placitū imponitur ad significandū. si tamen consideretur formaliter sub ratione signi illo modo de necessitate est signum: quia hoc est de ratione signi. Scd̄o sciēdū q̄ nomē significat ꝑ modū substantie ⁊ per modū ꝑmanētis: ⁊ non ꝑ modū fluxus ⁊ fieri ⁊ q2 tēpus est mēsura motus ⁊ fluxus ideo nomen significat sine tēpore: quod ponitur ad differentiā verbi: quod significat cū tempore. ⁊ licet multa nomina: ut dies: annus: ⁊ similia significent tempus: nō tamen cum tpe. Vnde significare tempus: est de suo ꝑncipali significato importare tempus. sed significare cū tēpore: est cum suo principali significato importare vnā differentiam temporis: ut presens vel preteritum: ⁊ hoc nulli nomini cōuenit in quo differt a verbo. Deinde ponitur. Cuius nulla pars separata aliquid significat: ad differentiam orationis cuius ptes separate aliquid significant. ⁊ ponitur finita ad differentiā nominis infiniti. ⁊ ponitur recta ad differētiā nominū obliquorū. Tertio sciēdū q̄ fm̄ logicū solū illud ē nomē qd̄ pōt esse subiectū enūciatiōis: ⁊ de quo aliq̄d potest vere vel false enūciari. ⁊ quia nomē infinitū nō pōt esse subiectum enūciatiōis: quia nō significat aliquid determinatū de quo aliquid posset enunciari vere vel false: similiter nomē obliquum quod non significat per modū substantie absolute: sed per modū dependentis nō potest esse subiectum verbi: ideo nomina infinita ⁊ obliqua nō sunt nomina secūdū logicū. Itē nomē est vox ꝑmo ⁊ ꝑ se significatiua. sed nomen infinitū nō est ꝑmo ⁊ ꝑ se significatiuū s3 solū rōne nois finiti cui adiūgitur negatio infinitās: ⁊ nomē obliquū solū significat ex cōsequenti ratione recti a quo descēdit. Ideo nomina infinita ⁊ obliqua nō sunt noīa. Quarto sciendū q̄ nomen infinitū est cuius priuata est certa qualitas ⁊ determinata remanēte substātia infinita ut nōhomo nō equus In nomine. n. est substantia q̄ finitur ꝑ qualitatē ⁊ est qualitas determinās substātiā ⁊ negatio adueniēs nomini ꝑ cōpositionē collit illā q̄litatē ⁊ cōpositionē eiꝰ cū substātia relinquēs substātiā indeterminatā: ⁊ sic reddit nomē infinitū. Sed ad hoc q̄ aliqd̄ nomē infinitetur requirunt̄ due conditiones. Prima ē q̄ habeat q̄litatē determinatā defectu cuius trāscēdētia vt res ⁊ ens capta in cōi ⁊ infinita vt q̄s ⁊ aliq̄s ⁊ signa distributiua ut ōis q̄libet nō pn̄t infinitari q2 nō habēt q̄litatē determinatā s3 substātiā. Scd̄a ē q̄ tale nomē nō sit negatiuū sed habeat q̄litatē positiuā defectu cuius nemo nihil ⁊ similia nō pn̄t infinitari: ex q̄bus patet intellectus diffinitiōis. Sed cōtra ꝑdicta arguit̄. Nulla materia vere ꝑdicatur de toto cōposito cū nō dicat totū eē

eius. ſȝ vox ē materia noīs: ergo male dī q̄ nomē eſt vox.
Scḋo ſic flux⁹ ⁊ fieri mēſurantur tpe ſed mot⁹ importat fluxū ⁊ fieri ⁊ multa alia. ergo mot⁹ qḋ ē nomē ſignificat cū tpe. Tertio ſic ptes noīs ꝯpoſiti ſignificāt aliq̄d ſepate ſic ptes hui⁹ noīs eq̄ſer⁹ ⁊ tñ ē nomē ergo male dī cuius ptes ſepate nihil ſignificāt. Quarto ſic nomē infinitū pōt eē ſubiectū enūciatiōis vt nō ho nō hō currit. ⁊ ſilr nomē oblīquū ut dicēdo regis intereſt: ergo iſta ſunt noīa ſm logicū: ergo ꝯ diffinitionē. Quinto ſic aliq̄s ē nomē infinitū et ſilr alter ⁊ reliqu⁹ ⁊ tñ in ipſis nō ē puata q̄litas determinata. qr nūq̄ȝ hūerūt q̄litatē determinatā ergo ꝯ diffinitionē noīs infiniti. Ad argumenta. Ad pmū dī q̄ lȝ materia ꝓpͥe dicta q̄ ē materia ex q̄ in nāllib⁹ nō verificet̄ de toto cōpoſito. qr nō dicit totū eē ea⁹: tñ materia in q̄ ⁊ materia ſȝ modū bñ v̄ificat̄ de eo cui⁹ ē: ut dicēdo alb⁹ ē hō. mō vox ſm modū ē mā noīs. ⁊ hȝ ſilitudinē cū mā rei artificial': in hoc q̄ ſicut materia rei artificial' p̄dicat̄ in recto de ꝯpoſito ut pȝ dicēdo dom⁹ ē fūdamētū parietis ⁊ tectū: ita etiā materia ſm modū cui⁹ mōi ē vox reſpectu noīs. Ad ſcḋm dī q̄ mot⁹ dupl'r accipit̄. vno mō ſm ſuū eē reale qḋ hȝ in mobili: ⁊ ſic nō ē ens pmanēs ſȝ ſucceſſiuū. Alio mō ſȝ eē qḋ hȝ in aīa q̄ retinet p̄mā ptē ipi⁹ motus cū alijs ſeq̄ntib⁹ ⁊ illo mō eſt ens pmanēs. ⁊ qr mod⁹ ſignificādi eius imme diate ſumit̄ a tali mō intelligēdi q̄ cōcipit̄ ab anima: ideo mot⁹ nō ſignificat p modū flux⁹ lȝ ſignificet fluxū iō non ſignificat cū tpe Ad tertiū dī q̄ ſi ptes noīs cōpoſiti cōſiderētur vt ſūt ptes ōrōnis ſic bñ aliq̄d ſignificāt. ſed ſi ꝯſiderentur vt ſunt ptes noīs cōpoſiti ſic nihil ſignificāt ⁊ cā eſt qr ille ptes in noīe ꝯpoſito nō imponūtur ad ſignificādū ſȝ totū nomē cōpoſitū vno cōceptu ſignificat ſuū ſignificatū. vñ ptes hui⁹ noīs eq̄ferus in hoc noīe nihil ſignificāt p ſe: lȝ bñ ſignificēt vt ſūt ptes huius ōrōnis eq̄ferus. Ad q̄rtū dī q̄ ſi nomē infinitū cōſideretur ut nomē infinitū ē: ſic nō pōt eē ſubiectū enūciatiōis. ſȝ ſi cōſideretur inq̄ȝtū virtute intellect⁹ determinatur ad aliqḋ ſubiectū finitū. ut non hō capitur p oī alia pte ab iſto hoīe ſit ſubiectū enūciatiōis: ſȝ tūc nō capitur ut ē infinitū ſȝ p modū finiti. Dī ſcḋo q̄ in hac ōrōne regis intereſt ⁊ ſilib⁹ obliqu⁹ nō ē ſubiectū ſȝ nominatiu⁹ in tali ōrōe intellect⁹: vt pȝ reſoluēdo: regis intereſt hoc ē aliq̄d ē ptinēs regi. Ad q̄ntū dī. q̄ ſi capiatur generalit̄ nomē infinitū p oī illo qḋ ſignificat ſubſtātiā infinitā ⁊ hȝ ſignificatū indeterminatū. ſic aliq̄s ⁊ reliqu⁹ bene ſunt noīa infinita: ⁊ ſilr oīa ꝓnoīa. ſȝ ſi capiatur ſpecialiter p illo qḋ fit infinitū p aduētū negatōis p q̄ hic diffinitur. ſic nō ſūt noīa infinita: ideo hec diffinitio nō cōuenit alijs a diffinito.

Caplm̄ de verbo.

VErbū ē vox ſignificatiua ad placitū cū tpe: cui⁹ nlla ps ſignificat finita ⁊ recta. cū tēpore ponitur ad dr̄iaȝ noīs qḋ ſignificat ſine tpe. finita ponit̄ ad dr̄iaȝ verbi infiniti ut nō currit: qḋ nō eſt verbū ſm dialeticos ſȝ verbum infinitū ut nō laborat ⁊ ꝯſilia. Recta ponit̄ ad dr̄iaȝ verboꝝ obliquorum ut currebat cucurrit qḋ nō appellat verbū dialetic⁹ ſȝ verba obliq̄. Solū enīȝ v̄bū p̄ntis indicatiui mōi dr̄ eē verbū reliq̄ aūt eiuſdē mōi: ⁊ alioꝝ modoꝝ dr̄ verba obliq̄: Oēs aūt alie dr̄ie ponunt̄ hic eadē rōne qua in noīe. Et ſciēdū ē qḋ dialeticus ponit tm̄ duas ptes ōrōnis. ſ. nomē ⁊ verbū

Alias aūt appellat ſincathegreumaticas i. conſignificatiuas.

Poſtq̄ȝ auctor determinauit de noīe qḋ ſignificat ſubſtātiā a q̄ egredit̄ actus qḋ quidē nomē in ꝓpōne dī ſubiectū ⁊ ē materia ꝓpōnis: hic ꝯñter determinat de verbo qḋ ſignificat actū egrediētē a ſubſtātia ⁊ ē p̄dicatū formale ꝓpōnis iſm p̄mo ſic diffiniēs. Verbū eſt vox ſignificatiua ad placitū. cū tpe: cuius nulla ps ſepata aliq̄d ſignificat finita ⁊ recta. Pro cui⁹ intellectu p̄mo ſciēdū q̄ in hac diffinitiōe ponit̄ vox loco generis: ⁊ totū reſiduū ponit̄ loco differētie. ſ. ſignificatiua ad placitū cui⁹ nulla ⁊c. ⁊ eadē rōne ponunt̄ q̄ ponebant̄ in diffinitiōe noīs. Cū tpe ponit̄ ad dr̄iam noīs qḋ ſignificat ſine tpe: ⁊ ponit̄ finita ⁊ recta: ad dr̄iam verboꝝ infinitoꝝ ⁊ obliquoꝝ q̄ ſm logicū non ſunt verba. In iſta aūt diffinitiōe nō ponit̄ illa pticula. ⁊ ē ſm p coꝝ q̄ de altero dicunt̄ nota: eo q̄ nō reſpicit naturā verbi nec de neceſſitate ponit̄. qr illa ſolū ponit̄ de bñ eē ⁊ ad maiorē declarationē ⁊ nō de neceſſitate. Scḋo ſciēdū q̄ oīs fluxus ⁊ fieri mēſurat̄ tpe: tps enī eſt mēſura motus et flux⁹ ſm prius ⁊ poſteri⁹. ⁊ qr verbū ſm ſuū eſſentialē modū ſignificādi ſignificat p modū fluxus ⁊ fieri: iō oē verbū ſignificat cū tpe. i. cū ꝓprio ſignificato cōſignificat tps: nō tm̄ capiēdo tps ꝓpͥe ꝓut ē numerus mot⁹ ſed capiēdo tēpus generalit̄ p oī mō tpis vt reperitur in q̄libet mēſura durat̄ōis. ſ. in eternitate i euiternitate ⁊ tpe ꝓpͥe dicto. ſicut enim verbū nō ſemp ſignificat veꝝ fluxū: ſȝ ſufficit q̄ ſignificet p modū flux⁹ ſic nō ſemp cōſignificat veꝝ tps ſed cōſignificat p modū tpis. Tertio ſciēdū q̄ verbū infinitū ē cuius ē puatus actus ſpecialis remanēte actu gn̄ali infinito. Sicut enī in noīe ē ſubſtātia ⁊ q̄litas finiēs talē ſubſtantiā ſic in oī alio verbo ab iſto verbo ē includitur actus gn̄alis q̄ eſt eſſe: ⁊ actus ſpecialis ſiue res verbi q̄ importatur p pticipiū illius verbi. iō oē verbū p̄ter ē reſoluit̄ p eſt ⁊ ſuū pticipiū, vt currit. i. eſt currēs: ⁊ iō ſicut in noīe finito negatio remouēs q̄litatē determinatā a ſubſtātia facit nomen infinitū: ſilr in verbo negatio tollēs actū ſpecialē q̄ determinat actū generalē reddit verbū infinitū: qḋ ſe extēdit tā ad ens q̄ȝ ad nō ens. Ex quo pȝ q̄ tale verbū non pōt enūciari de ſubiecto: qr nō ſignificat aliquē determinatū actū qui p intellectū dī de alio enūciari. iō ſm logicū nō eſt verbū. Vñ tale verbū nō pōt eſſe infinitū in ōrōne nec etiā infinitādū ē in ōrōne: qr negatio ſibi aduenïens in ōrōne negat cōpoſitionē actualē extremoꝝ ⁊ nō cōpoſitionē intrinſecā ipſius verbi. Ad hoc qḋ verbū infinitet̄ duo req̄runtur. p̄mo q̄ ſignificet ante infinitationē actionē vel paſſionē determinatā ⁊ nō generalē. et ꝓpter hoc verbū eſt ſignificat gn̄alē actū eſſendi incluſum in oī alio verbo. Scḋo req̄ritur. qḋ tale verbū determinet ſibi tale certū ſuppoſitū: ⁊ iō verba excepte actiōis ex v̄ba p̄me vl' ſcḋe pſonaꝝ nō p̄nt infinitari. Quarto ſciēdū q̄ v̄ba obliq̄ ſunt v̄ba ceteroꝝ tpoꝝ ⁊ modoꝝ a p̄nti indicatiui mōi quoꝝ aliq̄ ſunt obliq̄ ſm tps tm̄ vt p̄teritū ⁊ futurū indicatiui. Alia uō ſm modū tm̄ ut p̄ntia alioꝝ modorū. Alia aūt ſm vtrūq̄ȝ ut p̄terita ⁊ futura de alijs modis. Vñ talia v̄ba obliq̄ nō p̄nt vere vel falſe enūciari de aliq̄ nec faciūt p ſe ⁊ p̄rimo ōrōnē verā vel falſā. ⁊ qr ſolū ſm logicū illud ē nomē qḋ p ſe p̄mo ⁊ nō rōne alteri⁹ pōt dici ſubiectū enūciatiōis. ſilr illud ē verbū apud logicū qḋ p̄mo ⁊ p ſe ⁊ nō rōne alteri⁹ vere vl' falſe p̄dicatur. iō ſm ipſū v̄ba obliq̄ nō ſūt verba. Vñ ſm ipſuȝ tm̄ due ſunt ptes ōrōnis: ⁊ capit ſpecialit̄ partē ōrōnis pro pte req̄ſita neceſſario ad ōrōnē verā vel falſā. ⁊ nō capit eā gn̄alit̄ ſicut grāmatic⁹ q̄ capit partē ōrōnis p oī voce ſignificatiua q̄ ponitur in ōrōne ſiue ponat̄ vt ps p̄ncipalis ſiue vt diſpoſitio ptiū: rōne cui⁹ ipſe ponit octo ptes ōrōnis. ⁊ p hoc pȝ determinatio diffinitiōis ipſi⁹ v̄bi. Sed ꝯ p̄dicta p̄mo arguit̄. Verbū ſignificat p ſuā ſignificationē: ſȝ ſignificatio ē de nā v̄bi cū virt⁹ ſignificādi ſit de rōne eius. ergo verbū ſignificat nāl'r ⁊ nō ad placitū. Scḋo ſic creare eſt verbū: ⁊ tñ nō ſignificat cū tpe qr nō ſignificat fluxū ⁊ fieri: ſȝ actionē q̄ ſit i idiuiſibili. ġ male ponit̄ cū tpe. Tertio ſic

litere ⁊ sillabe sunt ꝑtes verbi ⁊ sūt significatiue sepate: q̄ꝛ sicut voces significāt cōcept⁹: ita lr̄e vel sillabe significāt voces. ergo ꝑtes verbi aliq̄d sepate significāt. Quarto sic: Verbū infinitū pōt p̄dicari in orōne. ergo ē verbū. añs patet. q̄ꝛ significat actū cōem enti vel nō enti. sed oē cōius potest p̄dicari de suis inferioribus ergo tale verbū apud logicū dr̄ verbū. Quinto sic: iste ꝓpōnes sūt vere. Adam fuit. antixp̄s erit. ⁊ tn̄ ibi p̄dicātur verba obliq̄. ergo verbum obliquū pōt vere p̄dicari de alio. igitur est verbū s̄m logicū. Ad argumēta. Ad primū dr̄ ꝙ si verbū ꝯsideret formaliter in rōne signi sic virt⁹ significādi est de rōne ⁊ de natura eius sed hic hoc mō nō capitur. Sed si ꝯsideretur materialiter in rōne vocis sic significatio nō est de rōne ei⁹ seu natura. sed sibi attribuitur ad placitū. hoc mō intelligitur in ista diffinitiōe referēdo ad placitū ad ipsam vocem q̄ꝛ significatiuū ad placitū refert̄ ad vocē. Ad s̄m dr̄ ꝙ creare nō significat fluxū realē q̄ mēsuretur tp̄e: sed significat ꝑ modū fluxus ⁊ fieri. iō significat sub mō tp̄is: ⁊ hoc sufficit.

Ad tertiū dr̄ ꝙ si capiatur lr̄a pro figura scripta in aliq̄ supficie tūc lr̄e ⁊ sillabe sunt significatiue vocū: ꝫ sic nō sūt ꝑtes verbi. sed si capiatur lr̄a ꝓ voce indiuisibili significata ꝑ illam figurā q̄ ꝓprie dr̄ elemētū: tūc lr̄e ⁊ sillabe bn̄ sūt ꝑtes verbi: sed nō sunt significatiue. Ad q̄rtū dr̄ ꝙ omne cōius determinatū pōt p̄dicari de suis inferioribus: sed cōius indeterminatū et infinitū qd̄ nō pōt accipi ꝑ intellectū ꝓ aliquo certo ⁊ determinato nō p̄dicat̄ de suis inferioribus mō sic est de verbo infinito. Ad quintū dr̄ ꝙ verba p̄terita ⁊ futura indicatiui mōi nō p̄dicātur vere de aliq̄: nec faciūt orōnē verā vel falsam in q̄ꝫtū obliq̄ sunt: ꝫ solū in q̄ꝫtū includūt p̄sens tēpus indicatiui. Iuxta illud propositiōes de p̄terito vel de futuro nō sunt vere vel false nisi ꝑ reductionē ad illas de p̄senti. Nā ista nō est vera. Adam fuit. nisi q̄ꝛ ista fuit vera. Adā est. ⁊ sil̄r de futuro suo mō.

Capitulum de oratione.

ORatio est vox significatiua ad placitum cui⁹ partes significant sepate. Cui⁹ partes. ⁊c̄. hoc totū ponitur ad differentiam nominis ⁊ verbi. Reliqua autem ponuntur ibi eadē ratione qua in nomine ⁊ verbo.

Postq̄ꝫ determiatū est de nōie ⁊ verbo q̄ sunt ꝑtes materiales enunciatiōis. Hic cōsequenter auctor determinat de oratiōe: q̄ est genus enunciatiōis: ⁊ q̄ꝛ diffinitio explicat eē rei. diuisio ū͛o posse siue sepationē eius. ⁊ eē p̄cedit talem sepationē ꝑtiū eius: iō añq̄ꝫ diuidat orationē ponit ei⁹ diffinitionē q̄ talis ē. Oratio ē vox significatiua ad placitū cuius ꝑtes sepate aliq̄d significāt. Pro q̄ p̄mo ē sciendū ꝙ oratio accipit̄ tripliciter. Uno mō ꝓ re subiecta intētiōi s̄m se. ⁊ illo mō nō diffinitur hic q̄ꝛ ē vox cōpleta. ⁊ cōplexorū in q̄ꝫtū hmōi nō est diffinitio. Alio mō pōt capi absolute ꝓ illa intētiōe vel illa voce significatiua q̄ est orō ⁊ sic iterū nō diffinit̄ hic: q̄ꝛ ꝑtes eius separate nihil significarēt. Tertio modo capitur ꝓ illa intētiōe vt ē significatiua rei subiecte q̄ ē significatū ei⁹: ⁊ illo mō hic diffinitur: sicut eniꝫ hō diffinitur sub illa voce hō ⁊ ꝓ significato eius qd̄ ē animal rōnale. ita sil̄r hec vox oratio diffinitur pro suo significato ꝓ quo est vox quedā cōpleta. Scd̄o sciēdū ꝙ licꝫ orōnō sit vna vox incōpleta ē tn̄ vna per ꝯplexionē: ⁊ pōt dici vna ꝓpter duas causas. Primo ratione forme q̄ꝛ ibi ē vnitas ordinis ⁊ cōplexionis pluriū vocū significatiuaꝝ q̄ sub tali forma vniunt̄. Secūdo ex ꝑte finis: q̄ꝛ p̄dicte voces vniuntur ad significandū vnū cōceptū ꝯplexū: iō in diffinitione orōnis bene ponitur vox tanq̄ꝫ gen⁹. Tertio sciendū ꝙ licet oratio nō fuerit p̄mo ꝑ se imposita ad significādū tn̄ fuit ex ꝯñti rōne impositiōis suaꝝ partiū: ꝑ hoc enim ꝙ ꝑtes sunt significatiue oratio ꝯposita ex ipsis trahit suum significatū. ⁊ in͛ hꝫ significatū ꝯtinuatū ab illis: q̄ꝛ ille ꝑtes significāt ꝯceptus simplices. oratio ū͛o ꝑ se ⁊ p̄mo significat ꝯceptū ꝯplexū. Et eodē mō pōt dici oratio significare ad placitū rōne impositiōis suaꝝ partiū q̄ facta ē ad placitū licet oratio s̄m se nō significet p̄mo ad placitū: iō in diffinitiōe oratiōis ꝯuenienter ponitur significatiua ad placitū rōne differētie sicut in diffinitionib⁹ nōis ⁊ verbi. Et ibi ponit̄ cuius ꝑtes sepate aliq̄d significant ad differētiā nōis ⁊ verbi. Quarto sciēdū ꝙ duplices sunt ꝑtes oratiōis q̄dam sunt remote vt lr̄e ⁊ sillabe: ⁊ quedā ꝓpinq̄ vt nomē ⁊ verbū. Prime aūt nō sunt significatiue nec sunt ꝑtes oratiōis nisi s̄m q̄d: sed alie sunt significatiue q̄ ꝓprie dicūtur ꝑtes oratiōis: de q̄bus intelligit̄ in ista diffinitione: ⁊ per hoc hr̄ declaratio hui⁹ diffinitiōis oratiōis q̄ satis ꝯcordat diffinitioni ei⁹ sic posite a Prisciano: oratio ē ꝯgrua dictionū ordinatio perfectā sentētiāq̄ꝫ demōstrās ex modis significādi causata. Sed ꝯtra p̄dicta p̄mo arguit̄. Nullū ꝯplexum pōt diffiniri cū nō habeat vnū eē: oratio ē q̄d ꝯplexū ergo male hic diffinit̄. Scd̄o sic nulla q̄ꝫtitas est vox cū vox sit quedā q̄litas: orō aūt est quedā q̄ꝫtitas: cū sit species q̄ꝫtitatis discrete: igit̄ male dicit̄ ꝙ oratio ē vox. Tertio sic oīs vox significatiua ad placitū hꝫ aliq̄d significatū ꝓpriū oratio nō ē hmōi: q̄ꝛ nō significat nisi rōne suaꝝ partiū. ergo male dr̄ oratio ē vox significatiua. Quarto sic nullum significans de necessitate significat ad placitū. ꝫ illa orō hō currit in p̄ma eius formatiōe significabat suū significatū. s. hoīeꝫ currere: nec poterat aliud significare. ⁊ sil̄r q̄libet alia oratio. ergo orō non significat ad placitū primū imponētis.

Quinto sic dicēdo sic: curro: pluit sunt orōnes: ⁊ tn̄ ꝑtes eius separate nihil significāt. igit̄ male ponit̄ cuius ꝑtes separate ⁊c̄. Ad argumēta. Ad p̄mū dr̄ ꝙ nullū ꝯplexū ꝯplexe designatū pōt diffiniri: q̄ꝛ ibi nō eēt explicatio vnius diffiniti s̄m nomē: tn̄ ꝯplexū significatū incōplexe sub voce icōpleta bn̄ diffinit̄: ⁊ sic ē i ꝓposito. Ad s̄m dr̄ ꝙ si capiat̄ orō ꝓ mēsura ꝓlatiōis sic ē quātitas discreta: nec illo mō hic diffinit̄: sed si capiat̄ ꝓ voce significatiua ꝯpleta sicut capit̄ in ꝓposito: sic nō est q̄ꝫtitas: sed q̄ꝫtū ad suū materiale qd̄ est vox quedā est q̄litas. Ad tertium dr̄ ꝙ licet orō trahat. suū significatū causalit̄ ex suis ꝑtibus non tn̄ trahit illud formalit̄ a ꝑtib⁹: sed hꝫ ꝓpriū significatū rōne cōpositiōis ꝑtiū: ⁊ illud est cōceptus cōplexus significatoꝝ suarū partiū. Ad quartum dr̄: ꝙ illud qd̄ necessario significat suū significatū nō significat ꝑ se p̄mo ad placitū: sed ex ꝯñti ⁊ sic est de orōne q̄ significat ad placitū ꝓpter impositionē suarū partiū factā ad placitū: sed supposita tali impositiōe partiū oratio ꝯposita ex ipsis necessario hꝫ significatū determinatū. Ad quītū dicit̄ ꝙ ille voces curro: pluit ⁊ siles ex vi s̄monis nō sunt oratiōes: ꝫ verba tn̄: ꝫ virtute intellectus q̄ subintellegit supposita in verbis p̄me ⁊ scd̄e ꝑsonarū. ⁊ in v͛bis excepte actiōis sunt orōnes ⁊ ꝑtes sepate aliq̄d significāt dū intelligit̄ suppositū: vt curro tn̄ valet sicut ego curro: ⁊ pluit sicut deus vel natura pluit. ⁊ sic de silibus.

Orationū alia ꝑfecta alia imperfecta. Oratio ꝑfecta est q̄ ꝑfectum sensum generat in animo auditoris ut hō currit. Imperfecta est illa que imperfectum sensum generat in animo auditoris vt homo albus. Orationū ꝑfectarū alia indicatiua: vt hō currit: alia imperatiua: vt fac igneꝫ alia optatiua: vt vtinā essem bonus clericus. alia subiunctiua: vt si veneris ad me dabo tibi equū. Harū autē oratinū sola indicatiua orō dr̄ esse ꝓpositio cū sola indicatiua orō sit repire verū vel falsum.

Postq̃ auctor p̄misit diffinitionē orōnis q̃ explicat ipsam a priori. Hic cōsequenter ponit diuisionē eius q̃ explicat ipsā a posteriori ipsam sic diuidēs. Orōnū alia pfecta alia imperfecta. Cui⁹ diuisiōis rō est: q2 oīs orō repsentat aliquē sensū intellectui. vl̄ ergo repsentat sensū pfectū: ⁊ sic ē orō pfecta: vel impfectū: ⁊ sic ē orō impfecta. Pro quo sciēdū. Primo q̄ sensus pfect⁹ ē ille q̃ pfecte terminat actū intellect⁹: nō suspēdens animū audiētis ad inq̄sitionē alterı⁹ req̄siti ad suā intellectiōez: vt cū dicit̄ hō ē aīal ibi ē sentētia ꝯpleta nō req̄rēs additionē alteri⁹ vt ꝯplete intelligatur. s3 sensus impfect⁹ ē ille q̃ nō terminat pfecte actū intellect⁹: sed indiget alio vt ꝯplete intelligat̄: vt dicēdo hō alb⁹. ibi ē snīa incōpleta ⁊ impfecta. in q̃ intellect⁹ audiēns non pfecte terminat̄. ıō ē ibi sensus impfect⁹. Vn̄ p3 q̄ hic nō capit̄ sensus ꝓ potētia sensitiua anime: s3 capit̄ ꝓ sententia q̃ ē significatio orōnis. Scdō sciēdū q̄ orō pfecta est illa q̃ pfectū sensū generat in aīo auditoris. i. in itellectu audiētis ipsam. Per hoc enī q̄ ipa p̄sentat̄ auditui sua spēs defertur ad intellectū: ⁊ intellect⁹ cognoscēs significatiōes terminoꝝ apprehendat p illas significatiōes sensum orōnis. Et ita orō pfecta mediate sua spē ⁊ silitudine generat pfectū sensum in intellectu audiētis. Sed oratio impfecta dicitur illa q̃ impfectū sensū generat in animo auditoris ⁊ ibi capitur generat vt dicit aptitudinē ⁊ nō actū. q2 talis oratio nō semp generat sensū in actu: sed bene s̄m aptitudinē.

Tertio sciēdū q̄ oratio pfecta diuidit̄ p orationē indicatiuā: īpatiuā: optatiuā: subiūctiuā: ꝯiūctiuā: ⁊ deprecatiuā: quaꝝ sic hı̄ sufficiētia: q2 oīs oratio pfecta explicat pfectū sensum. vel ergo explicat cōceptū intellect⁹ vel affectū appetitus. Si conceptū: hoc ē dupliciter: vl̄ explicat tale cōceptū cathegorice ⁊ determinate. ⁊ sic ē indicatiua: aut dubitatiue ⁊ cōditionaliter. ⁊ sic ē ꝯiūctiua. Si explicat affectū. hoc est dupliciter vel ptinet ad appetitū cōcupiscibilē: ⁊ sic ē optatiua: vel irascibilē: ⁊ hoc ē dupliciter: q2 vel denotat imperium qđ fit ad minores. ⁊ sic ē impatiua vel depcationē q̃ fit ad maiores ⁊ sic ē depcatiua. ⁊ hec ē diuisio generis in suas spēs: ⁊ silr̄ p̄cedēs: quia licet oratio nō sit verū genus: ⁊ s̄m rem. tn̄ est gen⁹ secūdū modū. ⁊ diuiditur ad modū diuisionis generis. ⁊ silr̄ oratio pfecta. Et ideo iste diuisiōes sub diuisiōe generis cōtinent̄. Quarto sciendū q̄ oratio indicatiua est cuius verbū principale ē indicatiuū ⁊ impatiua cuius verbū p̄ncipale est imperatiuum. ⁊ sic de alijs modis suo mō: ⁊ q2 verbū indicatiuū ceteris est pfectius: ıō oratio indicatiua ceteris pfectior est. Vn̄ sola indicatiua significat verū vel falsum. eo q̄ alie nō dicūt determinate aliqđ eē. vl̄ nō esse sed sola indicatiua rōne verbi indicatiui: ideo ipsa sola dicitur ꝓpositio vel enunciatio. Ex quibus apparet diuisio orationis ⁊ diffinitiones membrorum ei⁹: ⁊ diuisio orationis perfecte. Sed cōtra p̄dicta. Primo arguīt nihil ē perfectū cui pōt fieri additio: sed cuilibet orationi potest fieri additio. ergo nulla oratio est pfecta. Secūdo sic oē qđ habet debitā cōpositionē materie ⁊ forme est perfectū. dicitur enim perfectū cui nihil deest de requisitis ad suum complementū: sed omnis oratio habet debitā cōpositionē materie ⁊ forme. ergo omnis oratio est pfecta ⁊ sic diuisio non valet. Tertio sic. nulla oratio agit in animo auditoruꝫ. igitur nulla generat perfectū sensum in intellectu: an̄cedēs tripliciter ꝓbatur. primo q2 oē qđ agit est suppositū secundo q2 oratio nō presentat̄ intellectui: q2 vox non peruenit ad intellectū. tertio q2 intellectus est impassibilis cū sit immaterialis. ⁊ passio orit̄ a materia. ergo oratio nō agit in intellectu. Quarto sic. aliqua est oratio pfecta infinita: quia talis cōponitur ex noīe ⁊ verbo ⁊ tn̄ talis nō ponit̄ in diuisione orationis perfecte. igit̄ illa nō est bona. Quinto sic: ista oratio optatiua vellem esse bonus clericus significat verū vel falsum. ergo nō sola indicatiua significat veꝝ vel falsum. Ad argumēta. Ad primū dicitur q̄ aliqđ dicitur perfectū dupliciter. vno mō simpliciter ⁊ absolute cui nulla simpliciter potest fieri additiō. ⁊ sic oratio nō ē perfecta: sed solus deus. Alio mō in genere vel specie cui nihil deest de requisitis ad suā pfectionē in tali genere vel specie, ⁊ sic oratio dicitur perfecta ⁊ sibi nō pōt fieri additio essentialis requisita ad suum genus vel speciem: sed accidentalis. Ad scdm dicitur q̄ licet omnis oratio possit dici perfecta perfectiōe primaria q̃ resultat ex cōpositione materie ex forme eius que est eius modus proferendi. tamen non omnis est perfecta perfectione finis orationis: qui est representatio conceptus complexi. Ad tertium dicitur q̄ oratio non agit per modū efficientis ⁊ tanq̄ quod: quia hoc conuenit soli supposito tamen bene agit per modū forme vl̄ instrumenti vel tanq̄ quo. Dicitur secūdo q̄ ipsa presentatur ex consequenti intellectui secundum suam speciem licet non secūdum se. Dicitur tertio q̄ licet intellect⁹ nō sit passiuus passione corruptiua tamen bene est passiuus passione perfectiua quia potest perfici per ipsum intellectū. Ad quartū dı̄ q̄ licet orō infinita hēat nomē ⁊ verbū obliquū nō tn̄ rectū: q2 nō pfectū sensum generat in animo. ıō nō ē orō pfecta: nec debuit poni in diuisione eius. Ad quintū dicitur q̄ ista ego vellem esse bonus clericus si cōsideretur vt optatiua est ⁊ vt explicat desideriū non est vera neq̄ falsa. sed si consideretur vt virtualiter includit vnā indicatiuā. s. istā voluntas mea est q̄ essem clericus: sic est vera vl̄ falsa. ⁊ ita dicendum est de similibus.

Capitulū de ꝓpositiōe.

Propositio ē oratio verum vl̄ falsū significās idicādo: vt hō currit. Propōnū alia cathegorica alia ipothetica

Postq̃ auctor determinauit de orōne q̃ ē genus enūciationis. Hic consequenter determinat de ipsa enūciatione de q̃ p̄ncipalit̄ intēdit̄ in hoc primo tractatu. Et ipsam primo diffinit sic sub noīe ꝓpōnis dicēs. Propositio ē orō verū vel falsū significans indicādo. In qua diffinitiōe ponit̄ orō loco generis verū vel falsū significās ad differētiā orōnū impfectarū ⁊ aliarū perfectarū ab indicatiua: ⁊ ponit̄ indicādo ad maiorē explicatiōez. s. ad ōndendū q̄ sola indicatiua dı̄ ꝓpō. ⁊ quāuis hoc possit intelligi p hoc qđ dı̄ verū vel falsum significās nō tn̄ eque explicite. ıō illa ps non supfluit q̄uis etiā aliq̃ ꝓpō ipothetica non sit indicatiua: non tamē significat verū vel falsum nisi p reductionē ad indicatiuā. Pro quo est sciēdū primo q̄ propō ⁊ enūciatio dicūt idē realiter. sed differunt rōne quid noīs. Nā dicitur enūciatio inquantū penes ipsam extra intellectū nunciat̄ p̄dicatū de subiecto. dicitur enī enunciatio ab e quod est extra ⁊ nūcio. quia ipsa est quasi nuncius intellect⁹: nunciās conceptū interiorē extra intellectū. Sed dicitur propositio inquantū ponitur pro alio. s. pro cōclusione inferēda in argumētatione. sed quia idē sunt realiter ꝓpositio ⁊ enūciatio. ideo habent eandē diffinitionē essentialem. Vn̄ diffinitur enūciatio q̄ est orō in q̃ verū vel falsum ē. ⁊ hec est eadē cū diffinitione ꝓpōnis. ıō diffinitur enūciatio sub noīe ꝓpōnis: q2 hic cōsiderat̄ inquātū ordinat̄ finaliter ad sillogismū. Scdō sciēdū q̄ significare veꝝ ē significare aliqđ ita esse sicut est vel aliqđ ita nō esse sicut nō est. Et significare falsum ē significare aliqđ esse vel nō eē aliter q̃ est. ıō ꝓpositio significat verū qn̄ representat aliquā cōpositionem adequate sicut est. ⁊ significat falsum qn̄ representat illā cōpositionem inadequate ⁊ aliter q̃ sit. Ex quo patet q̄ veritas ꝓpositionis est adequatio eius ad suum significatū. et falsitas est inadequatio. Patet vlterius q̄ primū significatū ⁊ formale propositionis est cōpositio extremorū. ⁊ verū vel falsum sunt significatū materiale ⁊ secūdariū ꝓpositionis. Ipsa. n. primo significat illam compositionē. ⁊ dicitur significare verū ⁊ falsū q̄ntū ad modos repsentādi illā ꝯpositionē. ⁊ p hoc p3 declaratio diffinitiōis ꝓpōis. Tertio sciēdū q̄ ꝓpō i cōi diuidit̄ in ꝓpōnē cathegoricā ⁊ ipotheticā. Cui⁹ diuisiōis rō ē: q2 oīs ꝓpō est oratio vera vel falsa. vl̄ ergo talis orō cōponit̄ immediate ex termi̇s vl̄ ex pluribus orōnib⁹. si p̄mū ē cathegorica: si s̄m est ipothetica. ⁊ huius

diuisionē ponit Aristo. aliter hoc mō enūciationū aliq̄ est vna simpliciť q̄ dr̄ cathegorica. alia ē cōiūctōe vna q̄ dr̄ ypothetica. Quarto sciēdū ꝙ ista diuisio dicitur dari penes subitātiā ꝓpōnis quia ꝓpositio cathegorica ⁊ ypothetica differunt fm materiā et formā ipsarū. et ex cōsequēti secūdū totam substantiā qz cathegorica habet subiectū ⁊ p̄dicatū materiale pro materia: ⁊ hz copulā verbalē ꝓ forma. Ypothetica vero hz duas cathegoricas ꝓ materia: ⁊ cōiunctionē vniētē ipsas ꝓ forma. ⁊ p hoc patet declaratio huius diuisionis. Sed cōtra p̄dicta. Primo arguť nulla distincta de se inuicē verificāť: tū diuisio semp includat oppositionē: ⁊ in ea fundetur. sz ꝓpositio ⁊ orō distinguunť: cum orō sit cōior ꝓpositione, igitur male dr̄ qđ ꝓpositio ē oratio. Secundo sicut bona diffinitione nō debēt poni opposita sed in ista ponuntur verū vel falsū q̄ sunt opposita. ergo nō est bona. Tertio sic: ois orō q̄ semp significat suū significatū ad qđ est imposita ad significandū est vera. sz ois ꝓpositio representat suū significatū: vt hec ꝓpositio hō currit semper significat hominē currere siue currat siue nō. ergo ois ꝓpositio semp significat verū ⁊ nūq̄z falsum. Quarto sic: mēbra diuisionis ꝓpositionis nō sunt opposita: qz vnū in alio cōtinetur vt pars alterius. qz cathegorica est pars ypothetice. igitur illa diuisio ē isufficiēs. Quinto sic: hec propositio tm̄ hō currit est ꝓpositio: et tn̄ nō est cathegorica: quia cōtinet plures cathegoricas nec ypothetica: cū nō sit ibi cōiunctio vniens plures cathegoricas. ergo diuisio illa est insufficiēs. Ad argumenta. Ad primū dr̄ ꝙ illa que sunt distincta essentialiter: vt opposita vel disparata de se inuicē nō verificanť. sed illa que distinguūtur accidentaliter tm̄: vt superius ⁊ inferius bene verificanť de se inuicē. ⁊ hoc mō solū distinguūtur ꝓpositio ⁊ orō. Ad secūdum dicitur ꝙ si cōsiderētur opposita vt opposita sunt ⁊ destruūt se inuicem. sic nō debent poni in eadem diffinitione. sz si cōsiderētur vt circūloquuntur aliquod superius vel explicāt diuersas passiones inferiorū diffiniti: sic bn̄ ponūtur diffinitiue in eadem diffinitione. ⁊ sic ponūtur verū ⁊ falsū in eadē diffinitiōe ad circūloquēdū ꝓpriā passionē ꝓpositiōis: et diuersas passiones suorū inferiorz. Ad tertiū dicitur ꝙ orō nō dicitur vera eo ꝙ representat suū significatū. sed qz representat ipsum adequate. ideo maior rōnis ē falsa. Ad quartū dicitur ꝙ cathegorica materialiter cōtineť in ypothetica tanq̄z ptinens ad materiā ei⁹: nō tn̄ formaliter tanq̄z ptinens ad formam ei⁹: ⁊ licet ibi maneat cathegorica fm formā eius: tn̄ illa forma se habet per modum materie respectu ypothetice. ideo nō manet ibi formaliter: ⁊ sic bn̄ opponūtur ille ꝓpositiōes fm formas.

Ad q̄ntū dr̄ ꝙ ista tm̄ hō currit ē formaliter cathegorica: qz solū ponit formaliter vnā cathegoricā p̄iacētē ei⁹: sz ē virtualiť ypothetica: qz virtualiť ⁊ implicite ꝯtinet duas cathegoricas cōiunctas copulatiue: vt pz in resolutiōe ei⁹.

Propositio cathegorica ē illa q̄ habz subiectū ⁊ p̄dicatū p̄ncipales ptes sui: ut homo currit. in hac enim propositiōe hō currit hoc nomen hō ē subiectū: currit vero p̄dicatū: ⁊ quod cōiungit vnū cū altero ē copula: quod patet in resoluendo: ut homo currit id est hō est currēs. hō subijcitur: currēs vero p̄dicatur: ⁊ hoc verbum est cōiungit vnū cū altero. Et dicitur cathegorica a cathegorizo. as. quod idem ē quod p̄dico cas vnde cathegorica id ē ꝓpositio p̄dicatiua. Subiectuz est illud de quo aliquid p̄dicatur. Predicatū est illđ quod de altero dicitur.

Postq̄z auctor posuit diffinitionē ꝓpositionis ⁊ ei⁹ diuisionem in cathegoricam ⁊ ypotheticam. Hic cōsequēter incipit determinare de membris illius diuisionis. ⁊ quia ꝓpositio cathegorica pars est ꝓpositionis ypothetice. ⁊ pars naturaliter precedit totum quod ipsa componit. ideo p̄us determinat de propositione cathegorica q̄z ypothetica ipsā sic diffiniēs. Propositio cathegorica est illa que habet vnū subiectum vnam copulam ⁊ vnum predicatum tanq̄z p̄ncipales partes sui. Pro quo primo sciendum ꝙ in hac diffinitione per hoc relatiuum illa intelligitur genus diffiniti. s. propositio. Est enim relatiuum identitatis substātie ⁊ supponit pro suo antecedente quod ē propositio ideo dat intelligere genus diffiniti. Et totum residuum ponitur ad differentiam ypothetice propositionis: in qua licet sint subiectum predicatum ⁊ copula: nō tamē tanq̄z partes principales sunt: sed sicut minus principales ⁊ remote. ⁊ per subiectū ⁊ predicatum intelligitur materia ꝓpositiōis cathegorice. ⁊ per copulam intelligitur forma eius: ⁊ sua forma totius est esse vnitum resultans ex vnione copule predicati ⁊ subiecti. ideo per hanc diffinitionem explicatur natura propositionis cathegorice. Secūdo sciēdum ꝙ in omni propositione cathegorica dicitur aliquid de aliquo. ⁊ ideo in q̄libet propositiōe cathegorica tria requirūtur. Primo illđ de quo aliquid dicitur. s. subiectum. secūduz est illud quođ dicitur de aliquo. s. predicatum materiale. tertiū est illud ꝑ quod vel mediante quo vnum dicitur de alio: quod est copula vel predicatum formale propositionis. ⁊ ideo diciť cathegorica quasi predicatiua a cathegorizo. zas. quod est idē quod predicare quia semper ibi predicatur aliquid de subiecto: ⁊ magis dicitur predicatiua a p̄dicato q̄z subiectiua a subiecto: quia predicatū in ipsa habet ratione forme. subiectū vero rationē materie. mō a formaliori debet fieri denominatio. ⁊ ideo dicitur hec denominatio p̄ncipaliter ex pte p̄dicati formalis qđ ē copl'a. Tertio sciēdum ꝙ subiectū ꝓpositionis dicitur illud de quo dicitur aliud. s. predicatū. Et predicatū ē illud quođ dicitur de alio. s. de subiecto: duplex tn̄ reperitur p̄dicatū. s. materiale qđ vniť cū ipso subiecto ꝑ copulā ⁊ predicatū formale qđ venit p̄dicatū materiale cū subiecto qđ ē copl'a: vt in hac ꝓpōne hō ē animal: hoc verbum ē dicitur p̄dicatū formale: ⁊ aīal dr̄ p̄dicatum materiale et quādoqz in propositione p̄dicatū materiale ⁊ formale fm vocē: ⁊ realiter distiguūtur. q̄nq̄z vero differūt ratione tantū ⁊ nō fm vocē: vt hic hō currit. Quarto sciendū ꝙ ꝓpositionū cathegoricarū: quedā sunt de scđo adiacēte in quibus nō ponitur aliqđ p̄dicatū p̄ter illđ verbū ē vt hic hō est. Alie sunt propositiones de tertio adiacente in quibus preter illud verbū est ponitur predicatū illud materiale: vt hic homo est animal. ⁊ in propositionibus de tertio adiacente predicatū materiale ⁊ formale secūdū vocem distinguuntur ⁊ formaliter. sed in illis de secūdo adiacente non distinguuntur realiter: sed ratione tantū ꝓbatur quia tale verbum significat quēdam actum per modum fluxus ⁊ fieri: ⁊ importat illum vt fluit ab agente ⁊ recipitur a patiente: ratione cuius verbum significat per modum actionis vel passionis: ⁊ dicibilis ab alio. ⁊ de ratione actus verbum dicit id quod vniť cum subiecto: ⁊ habz rationem p̄dicati materialis: sed inquātū respicit id cuius est. s. id a quo fluit vel a quo recipitur est vnitiuū sui ipsius ad subiectū ⁊ hz rōnē p̄dicati formalis. iō in ꝓpositione de secūdo adiacēte predicatū materiale ⁊ formale rōne distiguuntur. Sed cōtra p̄dicta arguitur primo tn̄ sunt due ꝑtes p̄ncipales orōnis. s. nomē ⁊ verbū. ergo ꝓpositio cathegorica nō hz tres ptes p̄ncipales. Secūdo sic in ista ꝓpositione hō ē nō requiriť subiectū ⁊ p̄dicatū ⁊ copl'a: ⁊ tn̄ est cathegorica. igitur diffinitio non cōuenit oī cōtēto sub diffinito. Tertio sic in ista ꝓpōne homo ē homo: homo est subiectū: ⁊ tn̄ de ipso nō diciť aliud cū idē p̄dicatur de se ipso. ergo male diffinitur subiectum de quo aliquid diciť.

Quarto sic: subiectū ⁊ p̄dicatū opponuntur: qz de rōne subiecti ē eē sub ⁊ p̄dicati eē supra: ergo p̄dicatū nō pōt dici de subiecto. Quinto sic idē nō pōt eē diffiniēs ⁊ diffinitū respectu eiusdē: qz sic idē ignotū ⁊ notius eēt respectu eius-

dē. sed subiectū diffinit᷑ p p̄dicatū: ergo male diffinit᷑ p̄dicatū p subiectū. Ad argumēta: ad p̄mū dī q̄ licz sint tm̄ due ptes orōnis essentialr̄ distincte q̄ztū ad modos significādi. s. nomē ⁊ verbū: tn̄ sunt plures accidētalr̄ distincte. s. q̄ztū ad situ ⁊ numeꝝ eaꝝ in ꝓpōne ⁊ sic distinguit᷑ p̄dicatū materiale ⁊ subiectū ꝓpositiōis. Ad secūdū dī: q̄ licet in illa ꝓpositiōe hō est: p̄dicatū ⁊ copula nō distinguātur fm̄ vocē ⁊ realr̄ tn̄ distinguūtur rōne vt p̄us visū est. ⁊ iō pōt resolui in istā hō est ens vbi p̄dicatum ⁊ copula vocalr̄ distinguūtur. ⁊ silr̄ q̄libet ꝓpō in qua ponitur nomē ⁊ verbū tn̄ pōt resolui p pticipiū illius verbi. ⁊ p hoc verbū est vt hō legit. i. homo est legens. Ad tertiū dī: q̄ in illa hō est homo licet p̄dicatū nō sit realiter aliud a subiecto: est tn̄ aliud fm̄ sitū ⁊ numerū vocis ⁊ hoc sufficit. q̄z nō sumitur hic aliud ꝓprie vt dicit diuersitatē essentialē. Ad quartū dicitur: q̄ subiectū ⁊ p̄dicatū accepta formaliter q̄ntū ad intētiōes subiecti ⁊ predicati opponūtur: ideo ista est impossibil. subiectū ē p̄dicatū tn̄ ip̄a accepta materialr̄ q̄ncū ad illud q̄d sūt nō opponūtur ⁊ hoc modo vnū dī de alio.

Ad q̄ntū dī: q̄ licz in entibus absolutis idē nō fit diffiniens ⁊ diffinitū: tn̄ bn̄ ē in relatiuis in q̄bus vnū pōt eē magis ⁊ minꝰ notū altero fm̄ diuersas rōnes ⁊ hmōi sūt subiectū ⁊ p̄dicatū. ⁊ iō p se inuicē ꝯuenienter possunt diffiniri.

¶ Propositionū cathegoricarū. alia vniuersal: alia pticularis: alia indefinita alia singularis. Propositio vniuersal ē illa in qua subijcitur terminꝰ cōis signo vniuersali determinatꝰ. Uel ꝓpositio vniuersal est illa que oī aut nulli inesse significat ut ōis hō currit: vel nullꝰ hō currit. Terminus cōis est qui aptus natꝰ est p̄dicari de pluribꝰ ut hō de sorte de platone et sic de alijs. Signa vniuersalia sunt hec omnis nullꝰ q̄libet neuter nemo vterque ⁊ silia.

Postq̄ȝ auctor p̄misit diffinitionē ꝓpōnis cathegorice Hic cōsequēter auctor eā diuidit p vniuersalē propositionē pticularē ⁊ indefinitā ⁊ singularē. Cuius diuisiōis sufficiētia sic haberi pōt. q̄z in oī ꝓpositiōe cathegorica est subiectū p̄dicatū ⁊ copula. vel ergo subiectū eius tenetur pro vnico supposito: ⁊ sic est singularis: vel p pluribus ⁊ hoc dupliciter: vel tenetur sub q̄ntitate indeterminata p signū: et sic ē indefinita: vl̄ sub q̄ntitate determinata p signū: ⁊ hoc dupliciter: q̄z vel illud subiectū determinat᷑ p signū vniuersale: ⁊ sic est vniuersalis: vel p signū pticulare: ⁊ sic est particularis. Et dicit᷑ ista diuisio sumi ex pte q̄ntitatis ꝓpositiōis.

Primo sciēdū q̄ q̄ntitas ꝓpositiōis est dispositio subiecti qua mēsurat᷑ acceptio eius pro unico vel p pluribus. Et dicit᷑ ista dispositio q̄ntitas trāssumptiue p similitudinē q̄z sicut q̄ntitas ꝓprie dicta ē mēsura substātie: sic ista est mēsura subiecti ꝓpositiōis: ⁊ q̄z ista diuisio sumitur ex pte dispositiōis subiecti ꝓpositiōis vt patet p sufficientiaȝ eius: ideo sumitur ex pte q̄ntitatis. ⁊ iterū q̄z illa q̄ntitas se tenet ex pte subiecti ⁊ materie ꝓpositionis: ideo hec diuisio dī sumi ex pte materie: licet īmediate sumat᷑ ex pte q̄ntitatis. Ex quo patet q̄ nō ē diuisio generis in suas species q̄z illa diuisio semꝑ fit p formales differētias q̄d nō ꝯuenit isti diuisioni: sed magis est diuisio subiecti in accidentia.

Scd̄o sciedū q̄ ꝓpositio vniuersalis est in qua subijcit᷑ terminus cōis signo vniuersali determinatus vt ōis homo currit. ⁊ ad ipsā requiritur primo q̄ ibi sit terminus cōis cōiter tētus defectu cuius ista nō est vniuersalis. ōis homo est totū in q̄ntitate sed singularis: q̄z licet hō secūdū se sit terminus cōis. tn̄ ibi capit᷑ singulariter p se ipso distributo ideo illa ꝓpositio est singularis. Scd̄o requiritur q̄ cōis terminus sit determinatus signo vniuersali sic q̄ distribuat᷑ p ip̄m ⁊ teneatur vniuersaliter defectu cuius ista nō est vl̄is nō ōis hō currit sz pticularis: q̄z illud signū ōis nō distribuit subiectū sed p negationem impeditur actio eiꝰ: ⁊ sic patet q̄ in ꝓpositiōe vl̄i req̄rit᷑ terminꝰ vl̄is vl̄iter tentus: ⁊ q̄ sit vl̄is habet ex pte sui significati: ⁊ q̄ sit vl̄iter tentꝰ habet a signo vl̄i ⁊ ab hoc vl̄tio ꝓpositio dī vl̄is. Tertio sciēdū: q̄ ad notificandū diffinitionē ꝓpōnis vl̄is auctor notificat terminū cōem ⁊ signa vl̄ia. Dīn terminꝰ cōmunis est q̄ est aptus natus p̄dicari de pluribus ⁊ huiꝰ rō est: q̄z terminus cōis dī cuius significatū est cōicabile multis sicut hō significat humanitatē q̄ cōicabilis ē sorti ⁊ platoni ⁊ sic de alijs. ⁊ q̄z tale significatū cōe ē reptū in multis actu vel aptitudine. iō terminus cōis pōt p̄dicari de mltis ⁊ cōitas eius attendit᷑ ex pte sui significati ⁊ nō ex pte vocis ⁊ quia ex pte vocis homo nō habet maiorē cōmunitatē q̄ȝ sortes. Quarto sciēdum: q̄ signū vniuersale dicatur q̄d facit terminū cui iungit᷑ teneri vniuersaliter pro oībus suis suppositis: vel ē signū q̄d significat q̄ñ vniuersaliter. i. q̄ terminus cui additur tenetur vniuersaliter ⁊ distributiue: ⁊ signorū q̄dam significāt vniuersaliter ⁊ affirmatiue: alia vniuersaliter ⁊ negatiue. Ex quo patet q̄ signū vniuersale est q̄dam dispositio subiecti. nō tamē absoluta dicēs quale sit subiectū fm̄ se. sz dispositio respectiua dicēs qualiter subiectū subijcitur p̄dicato. ⁊ p hoc patet p̄ma diuisio ꝓpositionis cathegorice: ⁊ diffinitio primi mēbri eius. Sed contra p̄dicta: p̄mo arguit᷑ mēbra diuisionis ꝓpositiōis cathegorice nō sunt opposita: igitur ⁊ cetera. añcedēs patet. q̄z particularis ꝓpositio cōtinetur in vniuersali: igit᷑ ille nō sunt opposite: vel opposita eēnt in eodem. Scd̄o sic: in ista cuiuslibet hōis asinus currit subijcitur terminus cōis signo vniuersali determinatus: ⁊ tn̄ est indefinita: igitur diffinitio ꝓpositionis vniuersalis ꝯuenit alijs a diffinito. Tertio sic: ista est vl̄is nihil ē in bursa: ⁊ tamē nō subijcitur terminus cōis: sed tantūmodo signū vniuersale. s. nihil. igitur contra illā diffinitionē. Quarto sic: ista est vniuersalis non homo currit cū sit cōtradictoria istiꝰ homo currit: ⁊ tn̄ ibi nō ponitur signū vniuersale: igitur in illa diffinitione male ponitur signo vniuersali determinatus. Quinto sic: oē vniuersale predicatur de multis: sed nullū signum p̄dicat᷑ de multis: igitur nullum est signum vniuersale. Ad argumenta: ad primū dicitur q̄ ꝓpositio particularis licet fm̄ suum significatū cōtineatur in vniuersali nō tamē formalr̄ ⁊ fm̄ vocē ideo formaliter bene opponūtur penes vniuersale ⁊ pticulare. Ad scd̄m dicitur: q̄ in ista cuiuslibet hominis asinus currit est duplex subiectum. s. subiectum locutiōis quod reddit suppositum verbo: ⁊ subiectum distributionis q̄d ibi distribuitur per signū vl̄e. rōne p̄mi ē indefinita. ratione secūdi est vniuersalis. sed quia enūciatio simpliciter denominatur quanta ex parte subiecti locutiōis q̄d proprie est subiectum enuntiacionis: ideo est simplicit᷑ indefinita. ⁊ similiter dicēdū est de istis cuiuslibet hominis oculus est dexter omnem hominem videt sortes. Ad tertium dicitur q̄ licet in ista nihil est in bursa non ponatur explicite terminus cōis tamen virtualiter ponitur ⁊ implicite in illo signo nihil q̄d includit terminū sue distributiōis s. ens. Ad quartū dicitur q̄ in ista nō homo currit lz nō ponatur formaliter signū vniuersale. tn̄ ibi ponitur distributio ex cōsequēti ratiōe negationis que p se primo negat veritatē huius propositiōis homo currit ⁊ p hoc remouetur p̄dicatū a quolibet supposito subiecti. q̄z hoc req̄rit᷑ ad falsitatē huius homo currit. et ideo ex cōsequēti ponit istā nullus homo currit ⁊ distribuit subiectū. Ad quintum dī q̄ nullū vl̄e signū est vniuersale in p̄dicādo. sed bene in distribuēdo q̄ sufficit vt aliq̄ dicantur signa vl̄ia.

¶ Propositio particularis ē illa in qua subijcitur terminus cōmunis signo particulari determinatus ut quidā hō currit. Signa particularia sūt hec aliq̄s quidā reliquus alter ⁊ similia. Propositio inde

finita est illa in qua subijcit termin⁹ com munis sine signo ut homo currit.

Postq̄ autor determinauit de ꝓpositiōe vniuersali q̄ inter alias habet perfectiorē quātitatē eo q̄ subiectū eius teneat in actu ꝛ fm modū enūciādi pro oībus suis suppositis qđ non sit in alijs. Hic consequenter auctor determinat de ꝓpōne ꝑticulari ꝛ indefinita. ꝛ q̄ ꝓpositio ꝑticularis habet q̄ntitatē sui subiecti determinatā. non autē indefinita, iō prius determinat de ꝑticulari ipām sic diffiniēs Propositio ꝑticularis est illa in qua subijcitur termin⁹ cōmunis signo ꝑticulari determinatus vt quidam homo.

Quarto sciendū ꝙ in hac arbore differentie sinistri lateris designantur positiue. Alie vero priuatiue. Ratio est quia differentie sinistri lateris sunt nobis notiores. ideo sunt sibi nomina positiua imposita: alie vero sunt minus note. ideo propter penuriā vocū significātur ꝑ nomina priuatiua dicētia priuationē differentiarū sinistri lateris: licet tamē ille differentie significent priuatiue. tamē dicūt veras differētias positiuas que constituūt spēs sub genere substātie. Ex quibus oībus patet intellectus huius coordinatiōis. Sed contra pdicta primo arguitur. Substantia nō pdicatur vno noīe ꝛ vna rōne de substantijs corporeis ꝛ incorporeis. ergo nō pdicatur vniuoce. ans patet quia substātia nō dicit aliquid vnū reale quod sit cōe ad illas differētias ergo nō habet vnā diffinitionē cū vnitas diffinitiōis presupponat vnitatē diffiniti. Secūdo sic nulla materia totius cōpositi ē genus sed corpus est materia incorporee animato cuius anima ē forma. igitur corpus hic male ponitur ut genus. Tertio sic nullū complexū ꝑ se ꝛ directe ponitur in pdicamento corpus animatū est quid complexū ergo materiale hic ponitur ut genus in directa linea. Quarto sic oē corpus ē sensibile tamē omne corpus possit videri ergo nullū corpus est insensibile: igitur male diuiditur corpus animatū ꝑ sensibile ꝛ insensibile. Quarto sic animal rōne cōuertitur cum hoīe cū sit propria diffinitio hoīs: ergo nō est genus hoīs ꝛ ꝑ consequēs male supra ipsum ordinatur ut genus. Ad argumenta. Ad primū dicitur ꝙ licet substantia in cōmuni non dicat aliquid vnū in numero vel specie tamē dicit aliquod vnū vnitate generis que est cōuenientia plurium specierū inequaliter vno gradu perfectionis cōmunis ut substantie corporee ꝛ incorporee equaliter in vno gradu cōueniunt quod sunt ꝑ se subsistentes ꝛ non in subiecto. Ad secundū dicitur ꝙ corpus dupliciter capitur. vno mō ut ē pars corporis animati materialis ꝛ sic nō ponitur genus. Alio mō ut dicit formā corporis que resultat ex vnione forme cū materia ꝑ quā substātia est apta nata suscipere tres dimensiōes ꝛ hoc mō nō est pars corporis animati: sed forma totius ꝛ sic ponitur genus. Ad tertiū dicitur ꝙ corpus animatū secundum vocē ꝛ significatū propinquū sibi quod est conceptus corporis ꝛ anime est quoddā incōplexū sed tamē eius significatū remotū. s. vnū quod hec circūloquuntur est incōplexū ꝛ hoc mō ponitur genus. Ad quartum dicitur ꝙ si capiatur sensibile pro ut est aptum natū sentiri omne corpus est sensibile. sed si capiatur actiue ut tantū valet sicut aptum natum sentire sic solū animal est sensibile. Ad quintū dicitur ꝙ secundum rei veritatē animal rationale nō est genus hominis sed conuertitur cum homine: ꝛ hic solū ponitur supra hominem ad declarandū opinionē Porphirij qui in sequendo opinionem Stoicorum qui ponebant animal rationale diuidi per homines ꝛ deos posuit animal rationale superius ad hominē hoc tamē est erroneum ꝙ animal rationale sic diuidatur ideo non est tenendū.


¶ Indiuiduum est quod de vno solo predicatur: ut sortes: et hoc sic apparet in figura arboris. Ad cuius declarationē dantur versus. Sum mater litis non sum nota nisi peritis. Ista tibi plana facit arbor porphyriana.

Postquam auctor determinauit de specie. Hic consequenter determinat de indiuiduo: eo ꝙ in diffinitione speciei dicitur ꝙ ipsa predicatur de differentibus numero: que sunt indiuidua. ꝛ in coordinatione predicamentali prius posita dicitur ꝙ sub spē specialissima ponūtur indiuidua. ideo hic diffinitur indiuiduū. vnde indiuiduū est quod predicatur de vno solo: vbi ponitur quod pdicatur loco generis: ꝛ capitur hic pdicatur cōiter ut se extendit ad pdicabile proprie sumptum ꝛ cōiter. deinde ponitur de vno solo ad differentiā pdicabilis proprie sumpti. Primo sciendū ꝙ res particularis: ut sortes: dupliciter cōsideratur. vno modo secundum se ꝛ absolute: et sic significatur noīe prime intentionis: ut nomine sortis vel platonis. Alio mō inquantū est incōicabilis: ꝛ habet negationē cōitatis respectu plurium indiuiduorū: ꝛ sic significatur hoc nomine secūde intētionis: quod est indiuiduū. vnde indiuiduum in sua significatione duo representat. primum est illa res particularis quā materialiter importat. Secūdum est intētio incōicabilis: quā formaliter importat: ꝛ a qua imponitur. Quandoque tamē sumitur indiuiduū pro illo noīe secunde intentionis indiuiduū. quandoque vero pro suo significato quod est res particularis sub esse cōicabili: ꝛ pro tali significato hic diffinitur: ꝛ nō pro ipsa voce. Secūdo sciendū ꝙ duplex est indiuiduū. s. indiuiduū vagum quod importat naturā contractā ad indeterminatū suppositū: ut aliquis homo: ꝛ dicitur vagū. i. indeterminatū quo ad nos: licet sit determinatū secundum rem: cū sit vnius ens in numero. Aliud ē indiuiduū determinatū quod importat naturā contractaȝ ad determinatū suppositū quo ad nos. Et illud est quadruplex: quia aliud est determinatuȝ nominatione quod significatur proprio nomine sibi imposito: ut sortes. Aliud est determinatū demonstratione quod fit ꝑ terminū cōem cū pronomine demōstratiuo ut iste homo. Aliud est determinatū ex circūlocutione: quod significatur ꝑ circūlocutionez proprietatū indiuidui ut dicendo talis homo cum crasso capite longo naso ꝛc. Quartuȝ est determinatum ex suppositione: ut sortis filius. vnde sortis filius nō est de se indiuiduum cū possit sumi pro multis: sed solū ex illa suppositione ꝙ sortes habeat vnicū filiū: ꝛ tunc libet istorū cōuenit diffinitio prius posita. Tertio sciendū ꝙ de ratione indiuidui est quod sit incōmunicabile multis: ꝛ per hoc differt ab vniuersali: et ideo illud quod reddit formam incōmunicabilem que de se est cōmunicabilis ē principiū indiuiduationis. sed materia que de se est hec et incōmunicabilis reddit formam in ea receptam incōmunicabilem. ideo materia ē principium indiuiduationis. ꝛ ideo ratione ipsius habet indiuiduum quod predicetur de vno solo: et ꝙ non possit cōuenire multis. vnde patet ꝙ species secūdum se sumpta non includit materiam: cum materia sit principiuȝ indiuiduationis: et sit incōmunicabilis licet in suis suppositis includat materiā ꝛ formā. ideo indiuiduū vltra speciem secūdum se acceptam addit materiam. Quarto sciendum ꝙ septem sunt proprietates vel accidentia indiuidui que his versibus notantur. Forma: figura: locus: nomen: stirps: patria: tempus: hec septem propria continet omnis hō vt indiuiduū cuius sunt he proprietates. dupliciter cōsideratur: vno modo quantum ad esse indiuidui inquantum est ens incōmunicabile. ꝛ illo modo ille proprietates non sunt aliquo modo priuat-

pia indiuidui: sed capiūt indiuiduationē a subō suo. Alio modo consideratur quantū ad ratione discreti: τ sic illa accidentia sunt principia indiuidui quātū ad sensibilē discretionē τ quo ad nos quia dicitur discretuz quasi diuersis accidentibus ab alio distinctum. Ex quibus patet quō capit̄ indiuiduū in presenti diffinitione et quot modis capit̄. q̄d sit principiū indiuiduationis τ quomodo ꝯditiones indiuidui concurrūt ad rationē eius. Sed contra predicta primo arguitur. vniuersalium tantum est diffinitio et non singularium primo posteriorū: sed indiuiduum nō est vniuersale: igitur τc. Secundo sic a prima substantia nulla est p̄dicatio vt dicit̄ in predicamētis: sed indiuiduū substantie est prima substantia: ergo indiuiduum non predicatur.

Tertio sic indiuiduū p̄dicatur de multis etiam vniuoce vt dicendo sortes est indiuiduū plato est indiuiduum igit̄ non predicatur de vno solo. Quarto sic. soz. predicatur vniuoce de isto sorte τ de alio quia predicatur vno nomine τ vna rōne de vtrisq; quia eadē est diffinitio vtrius sortis τ alterius: ergo indiuiduū nō p̄dicatur de vno solo. Quinto sic aliquis homo est indiuiduū τ tn̄ vniuoce predicatur de isto homine τ de alijs cum eadem ratione sic iste aliquis homo et alij eiusdē speciei: ergo diffinitio est mala. Ad argumenta. Ad primū dicitur q̄ si capiatur indiuiduum ꝓ aliqua re subiecta intentioni eius sic nō est vniuersale: tn̄ si capiatur pro intētiōe cōi sub qua hic diffinitur: est quoddam vniuersale vniuersalitate intētiōis: licet nō vniuersalitate nature: τ illud pro quo diffinitur est singulare τ indiuiduum. Ad scdm dicitur q̄ a prima substantia nulla est predicatio directa et ordinata tn̄ bene est predicatio indirecta q̄ non est ordinata secundum ordinez superioris et inferioris vt quādo sortes predicatur de se ipso. habet tamen in predicato rationem forme τ in subiecto rationem materie.

Ad tertiū dicitur q̄ indiuiduū captū pro intētione cōi predicatur de multis vniuoce vniuocatione intētionis: tn̄ indiuiduū captuz pro re subiecta intētioni pro qua datur diffinitio non predicatur de multis. Ad quartū dicitur q̄ licet iste homo et alius habeāt eandē diffinitionē cōem sue spēi non tn̄ habēt vnā diffinitionē cōez vt cōueniūt in noie sortis. iō soz. nō p̄dicatur de ipsis fm vnā rōnem vnde in suis ꝓprijs diffinitionib᷒ ponuntur sue conditiones indiuiduātes q̄ nō possunt simul esse in diuersis indiuiduis. nō duo indiuidua nunq̄ȝ habēt eandē diffinitionē ꝓpriam. Ad quintū dr̄ q̄ lȝ aliq̄s hō predicatiōe spēi τ rōne nature cōtracte p̄dicet̄ de multis nō tn̄ p̄dicatiōe idiuidui s. q̄n̄ cōsideratur ex p̄te signi cōtrahentis naturā q̄d est materia denotās principiū indiuiduatiōis quod est differens in diuersis indiuiduis. Sequitur figura.



Differentia dr̄ tripl'r .s. cōiter τ ꝓprie τ magis ꝓprie. Cōis dr̄ia ē q̄n̄ alterū differt ab altero separabili accn̄te: ut soz. sedēs differt a se nō sedēte vl' alio aliq̄. Propria dr̄ia ē q̄n̄ alterū differt ab alt'o iseparabili accn̄te. Accn̄s inseparabile dr̄ vt simū aq̄luū. Magis ꝓpria dr̄ia ē q̄n̄ alterū differt ab altero specifica dr̄ia: ut hō differt ab equo ꝑ rōnale: τ hoc vltio mō sumit̄ hic dr̄ia τ diffinitur sic τc.

Postq̄ȝ determinatū ē de scdo p̄dicabili. s. de spē. hic ꝯn̄ter determinat de tertio. s. de dr̄ia. Rō ordis est: q: lȝ dr̄ia fm naturā ei᷒ p̄cedat speciē ut p̄ncipiū ꝯstitutiuū spēi. tn̄ q̄ȝ tn̄ ad rōnē vlis τ p̄dicabil' spēs ē prior: q: spēs dic̄ eēntiā rei sub mō subē iō p̄dicat̄ in q̄d: dr̄ia vero sub mō accidētis. ideo p̄dicat̄ in q̄le: q̄re fm rōnē p̄dicabil' spēs dȝ p̄cedere dr̄iaz. Itē spēs dē correlatiue ad gen᷒: lȝ vnū relatiuū cognoscit̄ ꝑ altō τ ecōuerso: q: diffiniūtur ꝑ se inuicē. iō ordine doctrie

spēs precedit differētiam: ⁊ ꝺꝫ poni immediate post genus

Primo sciēdū q̄ dr̃ia in cōmuni est quoddā equocū. iō pluribꝫ diffinitur dividitur. vnd̄: trip̄r est dr̃ia. s. cōis ꝓpria et magis ꝓpria. rō est quia ois differētia facit differre ⁊ inde dr̄ dr̃ia: vel ergo facit differre essentialr̄ ⁊ sic est differentia magis ꝓpria. vel accidētaliter ⁊ hoc est dupliciter vel facit differre per accidens separabile: quod hꝫ cām mutabilem in subiecto ⁊ sic est dr̃ia cōis. vel per accidēs inseparabile quod hꝫ cām ꝑmanētē. ⁊ sic ē ꝓpria. ⁊ quia differre essentialiter perfectius est q̄ꝫ differre acidentaliter et differre inseparabili accidente est verius differre q̄ꝫ separabili iō dr̃ia magis ꝓpria est verior dr̃ia q̄ꝫ alie ⁊ ꝓpria q̄ꝫ cōis: iō in hac diuisione vltimo ponit̄ dr̃ia magis ꝓpria de qua fit cōsequens determinatio: ⁊ primo ponitur cōis tanq̄ꝫ remotior a vera dr̃ia. Secundo sciēdū q̄ dr̃ia cōis est qua vnum differt ab alio separabili accidēte: ⁊ dicitur accidens separabile quod non habꝫ causam stantē ⁊ ꝑmanētē. sꝫ variabile in subiecto: quare faciliter sepatur a subiecto: sicut cā quam insequtur sicut albedo vel color in sorte: ⁊ tale accidens dicitur accidēs inq̄ꝫtū est in subiecto. ⁊ dr̃ia inq̄ꝫtū facit suū subiectū differre ab alijs q̄ habēt formā oppositam ⁊ dicitur talis dr̃ia cōmunis nō quia causet̄ ab accidēte cōi sed q2 primo dicta est secūdū cōiter loquētes q̄ dicūt aliqua differre ꝑ q̄ꝫcūq̄ꝫ diuersitatē accidentalē q̄ percipit̄ a sensu.

Tertio sciendū q̄ dr̃ia propria est qua vnum differt ab alio accidēte inseꝑabili ⁊ dicit̄ inseparabile accñs qd̄ habꝫ cām ꝑmanentē ⁊ stantē in subiecto q̄ non faciliter separat̄ a subiecto. Et tale duplex ē q2 quoddā ē inseꝑabile priuatiue quod licet nō faciliter separetur a subiecto tamē pōt aliquo mō separi cū difficultate sicut albedo in cignis ⁊ cōtinetur sub predicabili accidētis. Aliud ē inseꝑabile negatiue qd̄ nullo mō a subiecto realiter sepatur: sicut ē accidens ꝓpriū ⁊ de vtroq̄ꝫ hic intelligitur: ⁊ q2 vtruq̄ꝫ hꝫ cām ꝑmanētē in subiecto. iō vtrūq̄ꝫ quodāmō sibi appropriatur ⁊ inde vocatur dr̃ia ꝓpria. Quarto sciēdū q̄ dr̃ia magis ꝓpria ē qua vnū differt ab altero specifica dr̃ia: ⁊ ē differētia specifica que ꝯstituit speciem sub aliquo genere. talis enim dat spēi esse ⁊ vnitatē ⁊ diuersitatē ab alijs: ⁊ dr̄ magis propria ꝑ respectū ad differentiā propriā q2 magis facit differre q̄ꝫ propria que facit differre accidētaliter tantū. ⁊ differt magis ꝓpria ab alijs tripliciter. primo q2 ipsa facit aliud ⁊ alterū simul. i. differre essentialiter ⁊ ex cōsequenti accidētaliter: alie vero faciunt alterū tantū. Secūdo quia differētia magis propria est ꝑ se differentia: alie vero ꝑ accidens. Tertio quia cōmunis ⁊ propria suscipiunt magis ⁊ minus: hec aūt non sed cōsistit in indiuisibili. Item cōmunis est differētia separabilis: alie vero inseparabiles. vnde sola differētia magis propria est vnum predicabile ab alijs distinctū: alie vero cōtinentur sub proprio et accidēte a quibus causant̄.

Sed contra predicta primo arguitur. sortes ⁊ plato differunt essentialiter ⁊ non per aliquam istarū differentiarū quia non differūt accidente separabili nec inseparabili nec etiam differentia specifica: ergo nō sufficienter ponuntur acceptiones differentie. Secundo sic: differentia cōmunis est id quod diuiditur in ista diuisiōe ergo male ponitur mēbrum diuisionis. Tertio sic illud quod facit cōuenire nō facit differre: sed accidens separabile facit cōuenire cum sit quoddā commune in quo multa cōueniunt: ergo. Quarto sic: quia risibile est differentia propria ⁊ tamen non ē accidens inseparabile quia non continetur sub accidēte. ergo differentia propria male diffinitur. Quinto sic sensibile est differētia magis propria ⁊ tñ nō est differētia specifica. sꝫ generica. ergo differētia magis ꝓpria nō ē qua vnū differt ab alio differētia specifica. Ad argumēta. Ad primū dr̄ q̄ licet sortes ⁊ plato eēntialiter differāt: hoc tñ fit originaliter ꝑ differentiā materialē ⁊ non formalē. hic aūt solū ponuntur acceptiōes differētie que solū faciunt differre essentialiter per formā. Ad secundū dicitur q̄ licet hec differentia que hic diuiditur dicatur cōmunis secundū predicationē nō tamen dicatur cōmunis ratione vsus ipsius: eo q̄ primo venit in vsum cōmuniter loquentiū: sicut differētia dicatur cōmunis que ponitur mēbrum huius diuisionis.

Ad tertium dr̄ q̄ licet accidēs cōe sit causa cōuenientie suorū subiectorū quibus cōuenit: tamen est causa differentie suorū subiectorū ab alijs que habent formā sibi oppositā. Idē eni respectu diuersorū benefacit conuenire ⁊ differre. Ad quartū dicitur q̄ risibile nō est accidens inseparabile cōtentū sub accidente cōmuni: tamē si accidens inseparabile capiatur generaliter ꝓ omni accidente quod non separatur a suo subiecto: sicut capitur in proposito risibile bene ē accidēs inseparabile. Ad quintū dicitur q̄ sensibile nō est differentia specifica cōstituens speciē specialissimā: tamē est differentia specifica cōstituens speciē subalternā. ideo capiendo differentiā specificā cōmuniter pro omni differētia constitutiua speciei sicut hic capitur potest dici specifica.

¶ Differētia ē q̄ ꝓdicatur de plib⁹ drñtib⁹ spē in eo q̄ q̄le: ut rōnale ꝓdicatur de homine et de his q̄ sunt differentia specie. Sumus eniꝫ ut vult porphirius rōnales nos ⁊ dij: sed mortale additū separat nos ab illis. Illud aūt dicitur predicari in q̄le ad qd̄ cōuenienter rñdetur ad interrogationem factaꝫ per quale. cum enim queritur qualis est hō: cōuenienter rñdet̄ rōnale. ⁊ ita rationale ꝓdicatur de hoīe in quale.

Postq̄ꝫ auctor posuit acceptiones differentie ut diceret membrum quod faciebat ad propositum scilicet differētiaꝫ magis propriam. Hic consequenter determinat de ipsa: ipsam primo sic diffiniens. Differentia est quod predicat̄ de pluribus differentibus specie in eo quod quale. In qua diffinitione ponitur qd̄ predicatur loco generis: et de plurib⁹ ad differentiā indiuidui. de differentibus specie ponitur ad differentiā speciei ⁊ ꝓprij: que solū predicātur de indiuiduis eiusdē speciei. ⁊ ponitur in eo qd̄ quale ad drñiam generis ⁊ speciei: q̄ predicant̄ in quid. ⁊ accidēs ⁊ proprij q̄ predicātur in quale accidētale: et non in quale essentiale sicut facit differētia. Primo sciendū q̄ sicut genus dicit potentiam speciei: ita differentia dicit vltimū actum eius. ⁊ ratio est q2 illud quod facit differre speciem ab omnibus alijs rebus ē vltimus actus speciei: quia per esse potentiale et per actum cōmunem species nō differt ab alijs: sed cum ipsis cōuenit sed differentia dicit id quo vna species differt ab alia. ergo differentia dicit vltimū actum speciei. Talis autem actus cōsideratur tripliciter. vno modo secundū se ⁊ absolute: et sic significatur per nomen prime intentionis: ut per rationale Secundo modo ut est communicabilis pluribus inferiorib⁹ ⁊ sic sibi attribuitur intentio ⁊ nomen vniuersalis. Tertio modo inquantum facit differre speciem in qua est ab alijs: ⁊ ab illo respectu capit intentionem et nomen differētie ⁊ differentia quantum ad illud cui nomē attribuit̄ dicit vltimum actum speciei: ⁊ inquantum ad suū formale a quo imponitur dicit respectū differentie ad id a q̄ facit differre.

Secundo sciendū q̄ hic diffinitur differentia pro re subiecta eius ut stat sub intentione vniuersalis ⁊ ꝓdicabilis et nō sub rōne intentionis differētie. Rō est: q2 hic diffinitur differentia ut habet respectum ad plura inferiora eius. s. ad plures species in quibus est: sed scd̄m talē respectū habꝫ rōnem vlis et ꝓdicabilis. iō hic diffinitur sub rōne ꝓdicabilis ⁊ nō scd̄m illū respectum quo facit differre a quo sumitur ratio differentie. iō hic nō diffinitur differentia q̄ꝫtum ad rōnem intentionis differētie quare hic ꝯuenientius dicit̄ differentia est quod ꝓdicatur q̄ꝫ differētia est q̄ ꝓdicatur q2 qd̄ predicatur dat intelligere ꝓdicabile qd̄ est suū antecedens.

Tertio sciendū q̄ differētia magis propria dupliciter capitur vno modo generaliter ꝓ quacūq̄ꝫ differētia constitutiua speciei siue specialissime siue subalterne. ⁊ hoc mō non diffinitur hic: q2 hec diffinitio nō conuenit differentie ꝯuertibili cū specie specialissima. Alio mō capitur specialit̄ solū

pro differētia generica que cōuertit cū genere subalterno
7 constituit speciē subalternā. et hoc modo hic diffinitur:
talis enim constituit speciem subalternam que diuidit per
plures species: ideo est cōis pluribus speciebus sicut illa spe
cies quā constituit. iō predicatur de pluribus speciebꝰ etiā
imediate q̄ztū ad suū modū predicandi de ipsis. Quar-
to sciēdum ꝙ illud dicitur predicari in quale qd importat
formā siue essentiā per modū qualitatis: sed differentia im
portat speciei essentiā per modū qualitatis: qꝛ per modum
qualificātis 7 determinantis genus ad ipsam spēm: iō p̄di-
catur in quale de spē. Etiā cōuenienter per differentiā respō
detur ad q̄stionē factā per quale de spē: iō p̄dicat de specie
in quale nō accidētale sz essentiale. Est. n. triplex quale scz
quale generis qd importat differentiā quod non est quale
simpliciter: qꝛ differentia nō aduenit generi post esse suū cō-
pletū sicut accidēs aduenit subiecto. sz dicit eandē essentiā
cum ipo: ideo dicit quale essentiale. Aliud est quale speciei
quod importat per propriū 7 est quale simpliciter. Tertiū
est quale indiuiduū 7 est quale pure accidentale quod im-
portatur per accidēs cōmune qd est simpliciter quale: quia
aduenit rei post esse eius completū. Sz cōtra predicta p̄-
mo arguit. Oē p̄dicabile dicit totū esse rei de qua predica-
tur: sz dña nō dicit totū esse speciei cū sit ps speciei. 7 non di
cat totū esse cōfusum eiꝰ qd importatur per genus igit ipa
nō predicatur de specie. Scdo sic: differentia solū predi-
catur de specie quā cōstituit: sed vna differētia vnā solā spe
ciē constituit. igitur differētia predicatur de vnica specie et
nō de pluribus. Tertio sic. rōnale est differētia 7 tamen
nō predicat de pluribꝰ speciebꝰ: qꝛ cōuertitur cum homine
igitur diffinitio differētie nō competit omni contento sub
diffinito. Quarto sic: illud quod dicit quiditatē rei p̄di
catur in q̄d: sz differentia dicit quiditatē speciei quia poni-
tur in sua diffinitiōe quiditatiua: igitur predicatur in q̄d. 7
nō in quale. Quinto sic: accidēs cōmune p̄dicat de plu-
ribus speciebꝰ in quale. igitur ista diffinitio cōpetit aliis a dif
finito. Ad argumēta. Ad primū dicitur ꝙ licet differen
tia non dicat totū esse speciei fm omnes modos eius: quia
non dicit ipsum per modū confusi: tā ipsa dicit totum esse
eius secundū vnū modū eēndi. s. actuantis 7 determinantis
7 qꝛ solū dicit illud esse fm vnū modū essendi. ideo dicatur
pars speciei non q̄ztū ad esse sz q̄ztū ad suos modos eēndi.
Ad secundū dicitur ꝙ differentia generica solū primo con
stituit vnā speciē subalternā tā ex consequēti constituit plu
res species inferiores eius de quibus predicatur in quale.

Ad tertiū dicitur ꝙ rōnale est differentia specifica 7 nō
generica de qua solū datur ista diffinitio. iō non continet
sub diffinito huius diffinitionis. 7 licet auctor exemplificet
de illa in textu hoc: tamen est solum ad explicandū falsam
opinionē eoꝝ qui posuerunt animal rationale cōmune ad
deos 7 ad homines. 7 non ad ostendendū ꝙ animal rōnale
sit in pluribus speciebꝰ. Exemploꝝ enī nō requiritur veri-
tas: sz sufficit ut addiscēs intelligat. Ad quartū dicitur
ꝙ licet differentia dicat quiditatē secundū rem hoc tā ē sub
modo qualitatis: 7 quia a modo essendi 7 non ab essentia
secundū rem sumitur modus predicandi: ideo predicatur
in quale. Ad quintū dicit ꝙ licet accidēs predicetur in
quale accidentale non tā predicatur in quale essentiale. de
quo in hac diffinitione solum intelligitur.

¶ Diffinit etiā differentia sic. Differen-
tia est qua abūdat species a genere: ut ho
mo abundat ab animali his differentijs
que sunt rationale mortale.

Postq̄ auctor posuit diffinitionē differentie sub ratiōe
predicabilis 7 declarauit ipam. hic cōsequēter ponit aliam
diffinitionē que sibi cōuenit inq̄ztū est constitutiua speciei
que talis est. Differentia est qua abundat species a genere:
sicut homo abundat ab animali per rationale. 7 primo lo-
co huiꝰ diffinitiōis intelligitur genus diffiniti quod est for-
ma vel natura per illud relatiuū qua: qꝛ sensus est differētia
est qua. i. forma qua spēs abundat a genere. 7 per totū resi-
duū differentia distinguitur ab oībus alijs predicabilibus
quia in nullo alioꝝ spēs abūdat a genere essentialiter. Pri
mo sciendū ꝙ fm q̄nq̄ actus differētie dña ꝯsideratur q̄n
q̄ modis. 7 secundū hoc habet diuersas diffinitiones: p̄mo
modo consideratur ut est vna forma cōmunicabilis mul-
tis speciebus 7 predicabilis de ipsis 7 sic de ipsa datur p̄ma
diffinitio eius. Secundo modo ut est constitutiua speciei 7
actualiter inducitur in ipsā. 7 sic de ipsa datur presens diffi-
nitio. Tertio modo ut facit differre speciem quā constituit
ab alijs 7 tunc sic diffinitur. Differentia est qua differunt a
se singula idest singule species alicuiꝰ generis. Quarto mo-
do ut est diuisiua generis 7 ex consequenti specierū q̄ sunt
in potestate generis 7 tunc diffinitur sic. Differentia ē que
est apta nata diuidere genus 7 ea que sub genere sunt. Quī
co modo ut determinat genus ad essentiā speciei. 7 hoc mo
do est pars essentialis speciei 7 secundū hunc actū sic diffi-
nitur. Differentia est qd conducit genus ad esse rei 7 eius
quod est esse rei pars est. 7 per hoc patet quomodo secun-
dum diuersos modos essendi differentie sunt eiꝰ plures dif-
finitiones. Et quomodo hec secunda differentie diffinitio
aliter de ipsa datur q̄ prima. Secūdo sciendū ꝙ species
actu 7 intellectu includit differentiā. Cuius ratio est: qꝛ spe
cies componitur essentialiter ex genere 7 differentia sic sta-
tua ex ere 7 figura. Sed cōpositū actu includit cōponentia:
ergo species actu includit differentiā. 7 etiā intellectu: quia
impossibile est intelligere speciē non intelligendo diffinitio
nem 7 eius essentiā: sed in essentia speciei est differentia: er-
go ipsa est de intellectu eius: sed genus non includit suas dif
ferentias in actu: quia cum ille differentie sint opposite: op
posita simul 7 actualiter essent in eodē quod est impossibi-
le: nec etiam includit eas secūdum intellectū: quia genus se-
cundū naturā eius precedit suas differentias: modo posteri
us non est de intellectu prioris: ideo differētie nō sunt de in
tellectu generis sz genus potest intelligi nō intelligendo dif
ferētias eius. Tertio sciendū ꝙ illud dicitur abundare
respectu alterius quod plus habet alio secundū actū. 7 dici
tur notanter secundū actū: quia aliquid non dicitur abun-
dare vltra aliud quod secundū potētiam includit plura a-
lio: sicut homo pauper q̄zuis sit in potentia ad habendum
plures diuitias q̄ habeat diues non tamē dicitur abunda
re diuite: quia illa potentia non est reducta ad actū: 7 quia
spēs actu includit differētiam. genus vero nullam includit
actu: ideo species dicitur abundare a genere per differentiā
q̄zuis tā genus plures differētias includat in sua potestate.

Quarto sciēdū ꝙ potestas generis est aptitudo essentie
generis que habet determinari per diuersas differentias in
diuersas species. Essentia enim generis est de se indetermi-
nata 7 ē de se in potētia ut determinetur ad diuersas spe-
cies: ut natura animalis de se cōmunis ē 7 indeterminata re-
spectu suarū specierū: 7 cū hoc ē in potentia ut determinet
ad hominē vel equū per differētiā eius: 7 talis potentia vel
aptitudo per quā potest determinari vocat potestas gene-
ris 7 quandoq̄ vocatur ambitus vel cōmunitas generis:
quia ē cōmunis respectu essentie generis ad oēs species. q̄n
q̄ vero dicitur habitus cōfusus differentiarū generis: quia
in tali aptitudine cōfusiōe 7 potētia cōtinentur oēs differē
tie eius q̄ postea distincte accipiuntur per intellectū abstra
hentē illas differētias ab illo esse confuso. 7 nō differt talis
potestas realiter ab essentia generis: sz rōne tantū: quia ta-
lis essentia ē ens absolutū: potestas vero respectiuū. Ex qui
bus patet intellectus diffinitiōis primis posite. Sz cōtra
predicta primo arguitur. hec diffinitio explicat differentiaz
ut ē constitutiua speciei in qua ē 7 precedēs explicat differē-
tiā per respectū ad inferiora speciei cōstitute per differentiā
sz differentia prius respicit speciē q̄ inferiora eius: ideo ista
diffinitio debet precedere primā. Secundo sic: genus in-
cludit plures differentias simul: species vero vnā tantū. igit
spēs non abundat a genere per differentiaz. Tertio sic:
differentia nihil addit realiter vltra genus: quia realiter in
genere cōtinetur igitur per differentiā spēs non abundat a
genere. antecedens patet: quia si differentia aliquid adderet
vltra genus cū sit in specie essentialiter genus non diceret to

tū essentiā speciei. Quarto sic: illud qd est separatū a genere est separatū ab oī specie eius: sed differētia est separata a genere cū sit vltra naturā eius ut habetur quarto topico rū, ideo est sepata a spē: ⁊ sic spēs non abūdat a genere per differentiā. Quinto sic: spēs includit ppriū sicut homo risibile qd tñ non includit genus: igit ppriū est quo spēs abūdat a genere. igitur diffinitio conuenit alijs a diffinito.

Ad argumēta. Ad primū dicit q licet dña prius respiciat speciem quā constituit q̄z inferiora determinata illi speciei tñ non prius respiciat ipsam speciē q̄z sit forma communicabilis multis: qz ut ipsa precedit naturaliter speciem in illo esse est apta nata esse in multis ⁊ dici de multis. licet non sic respiciat determinata inferiora: ideo prima diffinitio explicās eam in esse predicabilis cōueniēter preponitur.

Ad secundū dicit q licet genus includat plures differētias virtualiter ⁊ fm potestatē: non tñ in actu quare nō dicitur abundare respectu speciei. Ad tertium dicitur q licet dña nihil addat realiter vltra genus scōm essentiā: addit tñ scōm determinationē aliquid ⁊ scōm modū essendi: qz genus dicit essentiā fm esse indeterminatū. dña vero dicit eā per modū determinātis ⁊ causat modū determinati in ipsa. Ad quartū dicitur q licet illud qd separatū est vniuersaliter ⁊ fm rem a genere sit a specie sepatum: nō tñ oportet de illo qd est separatū a genere fm rōnem tñ. ⁊ sic dicitur differentiā esse extra genus: quia non includitur in essentia generis sed ipsam consequitur: nec includitur ipsa essentia generis in differentia: eo q differētia de suo formali solū dicit vltimū actū speciei qui non includit eē confusū generis. Ad quintū dicitur q licet species includat proprium tanq̄z consequēs essentiā ⁊ accidentaliter: non tamē includit essentialiter sicut includit differentiā. ideo solum abundat essentialiter per differentiam.

¶ Et sciendū q eadē est differentia diuisiua ⁊ constitutiua. scz diuisiua generis ⁊ cōstitutiua speciei: ut rōnale diuidit aial est differentia sibi opposita. Dicimus enim animaliū aliud rōnale: aliud irrationale: ⁊ ille differentie constituūt diuersas spēs sub animali. Sic enī differentia adueniens generi constituit speciē: ⁊ ideo constitutiua siue specifica differentia nomiatur. Mortale enī additū supra hoc genus qd est aial rōnale: cōstituit hominem. Et ob hoc dicit Boetius q sola species diffinit. Diffinitio enī dz eē ex genere ⁊ differētijs. Sola species habet genus ⁊ differentias. Omne aūt qd habet genus ⁊ differētias diffinit solū. Quare sola species diffinit.

Postq̄z auctor determinauit de dña ponendo duas diffinitiōes eius. hic cōsequēter ponit vnū notabile ipsius differentie dicens q eadē differentia potest dici diuisiua ⁊ cōstitutiua. Diuisiua generis ⁊ constitutiua speciei. Cuius rō est: quia ipsius differentie per ordinē sunt tres actus. Primus est diuidere genus vnde denoīatur diuisiua. Secūdus est cōstituere speciē sub genere qd diuidit vnde dicitur constitutiua. Tertius est facere differre speciē quā constituit ab alijs: ⁊ inde dicitur dña. ⁊ qz vnūqdq̄z denomiatur a suo vltimo actu ipa magis denoīatur differētia ab hoc vltimo actu q̄z nominetur a precedētibus. Primo sciendū q genus dupliciter consideratur. vno modo q̄ztū ad essentiā eius q̄ est natura importata per genus. ⁊ quia natura ē forma simplex ideo est indiuisibilis ⁊ tota cōtrahitur ad quālibet speciē eius: sicut tota essentia aialis est in homine ⁊ tota in equo: variat tñ in diuersis speciebus essentialiter secundū eē formale qd capit a differentijs que contrahūt genus ad diuersas species. Secundo modo cōsideratur q̄ztū ad potestatē eius que est potentia ipsius essentie qua potest cōtrahi per diuersas differentias in diuersas species: ⁊ quia hec potentia importat plures respectus ⁊ vna differentia adueniens generi solū contrahit ipsum per vnū respectum quē habet ad vnā speciē ⁊ per aliū contrahitur ab alia differentia: ideo genus secundū suā potestatē diuiditur per duas differentias. ideo differentia bene dicitur diuisiua generis. Secundo sciendū q illud est constitutiuū speciei quod contrahit ⁊ determinat genus ad esse determinate speciei. per hoc enī q genus specificatur in esse determinato causatur species: sed differentia contrahit genus ad determinatū esse ⁊ distinctum speciei: ideo differentia cum genere est cōstitutiua speciei. In tali autē constitutione genus se habet per modum materie non tamen est vera materia speciei: sed solū secundum modum: quia sicut materia est determinabilis per diuersas formas: sic etiā genus dicit potentiā formalē determinabilē per diuersas differentias. differentia vero per modū forme vel actus: ⁊ species se habet ut totū cōpositū ex genere ⁊ differentia: ideo ut dicit. Porphirius species componitur ex genere ⁊ differentia sicut statua ex ere ⁊ figura quare cōuenienter differentia est constitutiua speciei: scz in genere cause formalis ⁊ non in genere cause efficientis. Illud. n. quod effectiue causat est extrinsecū constituto. Ex predictis patet q tota essentia speciei completur per genus ⁊ differētiā: quorū vtrūq̄z est forma ⁊ non materia. ideo species fm se accepta in sua essentia non includit materiā: sed includit eam in esse phisico ⁊ in suis suppositis. Tertio sciendum q duplex est compositio: quedā est compositio realis q̄ habet extrema realia realiter distincta ut cōpositio hominis ex corpore et anima: ⁊ ad talē compositionē duo requirunt. Primo q sit entiū realiū. Secundo q illa entia sint realiter distincta. Alia est cōpositio rationis que est inter entia rōnis vel alicuius in quo extrema sola ratione distinguuntur. Exemplū primi ut compositio chymere ⁊ alterius imaginabilis. Exemplū secundi ut compositio prime cause ⁊ voluntatis eius: et quia in compositione speciei extrema non sunt realiter distincta: quia genus ⁊ differentia non sunt realiter distincta sed ratione solū ⁊ secundū modū essendi. ideo compositio speciei ex genere ⁊ differentia non ē compositio realis sed rationis tm̄. Quarto sciendū q vnūqdq̄z diuidit p ea ex qb⁹ cōponit q̄ sic res cōponit ex suis ptib⁹ ita in suas partes diuiditur: ⁊ quia species cōponitur ex genere ⁊ differentia: ideo resoluitur per genus ⁊ differētiā quod fit in diffinitione quiditatiua speciei: ideo ex predictis patet q sola species diffinitur diffinitione quiditatiua. Ratio ē quia talis diffinitio continet genus ⁊ differentiā quia debet explicare diffinitū a prima potentia que est genus vsq̄z ad vltimū actum qui est differentia: sed sola species habet genus ⁊ differentiam quia genus generalissimum non habet genus nec etiam differentiā: quia differentia superior non est genus inferioris. nec etiam indiuiduū habet genus ⁊ differentiam nisi solum mediante specie: sed sola species habet genus ⁊ differentiam: ideo sola species diffinitur. Sed cōtra predicta primo arguitur. diuidere ⁊ constituere sunt actus diuersi ⁊ oppositi igitur non possunt simul conuenire eidem: igitur eadem differentia non est diuisiua generis et constitutiua speciei. Secundo sic: genus est indiuisibile igitur differentia non est diuisiua generis: nec valet dicere q diuisibile secundū potestatem sit: nam potestas ⁊ essentia generis idem sunt igitur cum essentia generis sit indiuisibilis sic etiā erit sua potestas. Tertio sic: idem non ē diuisiuū ⁊ constitutiuū respectu eiusdē: sed differentia est diuisiua speciei: quia differentia est apta nata diuidere genus et ea que sub eo sunt igitur ipsa non est constitutiua speciei.

Quarto sic: substātia est genus generalissimū: ⁊ tamen diffinitur diffinitione quiditatiua: dicendo q est ens per se quia ibi explicatur esse substantie per suā essentiā: ergo non sola species diffinitur diffinitione quiditatiua. Quinto sic: differentia dicit totū esse speciei in actu: igitur in diffi-

finitione speciei preter differentiã nõ requiritur genus. cum differentia sufficienter notificet esse speciei: igitur nõ omnis diffinitio datur per genus et differentiã. Ad argumenta. Ad primũ dicitur: q dividere et constituere comparata ad idẽ et secundũ idem sunt actus oppositi: tamen comparata ad diversa non opponunt. igit̃ eadẽ differentia potest dividere genus et constituere speciẽ. Ad scdm dicitur q licet genus sit indivisibile secundũ suã essentiã est tamẽ divisibile secundũ potestatẽ eius: et licet illa potestas non differat realiter ab eẽntia. distinguitur tamen secundũ modũ essendi quia essentia est ens absolutũ: potestas respectivũ. ideo potestas dividi potest essentia non divisa. Ad tertium dicit̃ q licet differentia sit divisiva unius speciei ab aliis speciebus per hoc q separat et facit eã differre ab aliis. tamen non est divisiva speciei per se secundũ se: sed constitutiva. Ad quartũ dicitur: q illa diffinitio substantie nõ est quiditativa sed descriptiva tñ: quia ens quod ibi ponitur non est cõis secũdum rem q̃z substantia: sed fm vocẽ tñ et per se non est differentia formalis que contrahit ipsum ens. Ad qntũ dicitur: q licet differentia dicat totũ esse speciei implicite et secundũ unũ modũ essendi non tñ explicite et secundũ oẽs modos essendi quod tamen requirit̃ ad diffinitionẽ nam diffinitio explicat esse diffiniti secundum esse potentiale et actuale simul. Ideo in diffinitione non sufficit differentia tantũ nec genus tñ: sed requiritur genus et differentia simul.

¶ Capit. de proprio q̃rto p̃dicabili etc.

Propriũ quadrupliciter dicitur. Uno enim modo dicitur propriũ quod inest alicui speciei sed nõ omni: ut esse medicũ inest homini: sed non omni. vel esse geometrẽ. Secundo quod inest omni: sed non soli: ut esse bipedem inest homini: sed nõ soli. Tertio qđ inest omni: et soli: sed non semp: quia non nisi in senectute scilicet canescere. Quarto modo dicitur propriũ quod appellat̃ proprie propriũ et diffinitur sic. Propriũ est quod inest omni et soli et semper: ut risibile inest homini omni: et soli et semper. Non enim dico risibile actu quod semper rideat sed quia aptus natus est ad ridendum. et hoc quarto modo dicitur propriũ unum de quinq̃z predicabilibus.

¶ Postq̃z auctor determinavit de genere: specie et differentia que predicant̃ essentialiter hic determinat de aliis p̃dicabilibus que predicant̃ accidentaliter. Ratio ordinis est: q illa que predicantur essentialit̃ cũ dicãt esse essentiale priori modo predicantur q̃z illa que predicantur accidentaliter primo determinatur de proprio q̃z de accidente propter duplicẽ rationẽ. Primo quia propriũ fluit a principiis speciei et consequit̃ spẽm: accidens vero a principiis individui. modo spẽs est prior individuo. Secundo quia propriũ priori modo predicat̃ q̃z accidens: cum predicetur cõvertibiliter: accidens autẽ non cõvertibilit̃: ideo convenienter propriũ precedit accidens. Primo sciendũ: q proprium ut dicitur in textu accipitur quadruplr̃. Primo modo proprium ẽ quod inest alicui soli speciei: et non omni individuo. Cuius ratio est: quia propriũ primo modo consequit̃ propria principia speciei cõtingent̃. et quia illa principia soli speciei cõveniũt cũ sint propria p̃ncipia: ideo propriũ fluẽs ab ipsis cõvenit soli spẽi. sed q fluit ab ipsis contingẽter et nõ necessario: ideo non cõvenit omni individuo eius: sicut esse grãmaticũ fluit a propriis principiis hominis mediante intellectu et voluntate fm q intellectus per volũtatẽ ad studium applicatur: et quia voluntas libere applicat intellectũ et non de necessitate: nec eodẽ modo inclinatur in omnib⁹ hominib⁹. ideo esse grãmaticũ fluit cõtingenter ab illis principiis et non cõvenit omni homini. Et hoc capiendo eẽ grãmaticũ ut dicat actũ et non aptitudinẽ: quia si diceret aptitudinẽ: sic cõveniret omni homini. Secundo sciendum: q propriũ secũdo modo inest omni: sed non soli. Cuius ratio est: quia tale principiũ cõsequit̃ cõmunia principia speciei de necessitate. et quia illa principia conveniunt omni individuo speciei et non soli spẽi cum sint cõmunia pluribus: ideo propriũ consequẽs ipsa de necessitate convenit omni individuo spẽi sed non soli. sicut esse bipedẽ consequitur principia cõmunia hominis in quibus convenit cum avibus in hoc scz q in omnibus est forma requirens talem dispositionem materie ad debite exercendũ suas operationes. s. gradiendo cũ duobus pedibus: ideo bipes convenit omni homini et non soli. Et lz per accidens qñq̃z homo non habeat duos pedes in actu: tñ secundũ aptitudinẽ sue spẽi qlibz nascitur cũ duobus pedib⁹. Tertio sciendũ: q propriũ tertio modo inest omni et soli. Cuius ratio est: quia tale propriũ consequitur propria principia speciei de necessitate nõ tamen sub quacũq̃z dispositione sed sub una determinata ipsoꝝ dispositione: et quia consequitur necessario talia principia que conveniunt omni et soli. ideo omni et soli convenit: sed quia solũ consequitur ea sub una determinata dispositione que non semper convenit: ideo tale proprium nõ semp convenit: ut canescere consequit̃ principia naturalia hominis necessario ut stant sub una determinata dispositione tẽporis. unde canicies hominis causatur in senectute propter debilitatẽ caloris naturalis qui non sufficit digerere superfluos humores cerebri unde causatur putredo in cerebro ex quo causatur albedo et canicies piloꝝ: et non convenit homini nisi in senectute nisi per accidens in iuventute nimis debilitetur calor naturalis: et licet in aliis animalibus generentur pili albi: tamen hoc nõ est ex putredine cerebri sed humorũ corporis: ideo non dicuntur canescere sz grisescere. Quarto sciendum q proprium quarto modo inest omni et soli et semper. Ratio est: quia tale proprium necessario consequitur propria principia speciei intrãsmutabiliter et sub quacũq̃z dispositione. ideo sicut illa propria principia conveniunt soli speciei et omni individuo eius et semper: sic et proprium quarto modo. et istoꝝ modorum sufficientia isto modo habetur: quia omne proprium fluit a principiis speciei. vel igitur fluit ab ipsis adequate vel nõ adequate. si primum est dupliciter vel consequitur transmutabiliter et sic est tertius modus. vel non transmutabiliter et sic est quartus modus. Si non adequate hoc est dupliciter: vel principia speciei excedunt proprium et sic est primus. vel exceduntur ab eo et sic est secundus modus. et inter istos proprium quarto modo est verius proprium et consequenter alia secundum q magis accedunt ad ipsum. et solum proprium quarto modo est predicabile ab aliis distinctum. Alia vero continentur sub accidente cõmuni. Sed contra predicta primo arguitur. Philosophus qui sufficient̃ enumerat modos proprii solũ ponit tres modos eius scilicet proprium quãdo: propriũ ad aliquid: et proprium simpliciter. igitur male dicitur q proprium accipitur quadrupliciter. Secundo sic: Species de necessitate convenit omni individuo eius: igitur proprium primo modo omni individuo speciei convenit. Tertio sic: esse bipedem est proprium secundo modo et tamen cõvenit soli homini. igitur male dicitur q proprium secundo modo inest omni et non soli. minor patet: quia bipes est ultima differentia diffinitiõis hominis cum dicitur: homo est animal gressibile bipes: sed ultima differentia semper est cõvertibilis cum diffinito: igit̃ bipes soli homini convenit. Quarto sic: illud quod inest omni convenit pluribus et non soli: igitur si proprium tertio modo conveniat omni nõ potest cõvenire soli. Qui

to sic: illud quod inest omni ē cōmune multis cum multis conueniat. sed propriū quarto modo non est cōmune: ergo non conuenit omni. Ad argumenta. Ad primū dicit ꝙ Aristoteles in primo topicoꝝ sub proprio ad aliquid cōprehēdit duos istoꝝ modoꝝ: scilicet primū et secundū: quia vtrūqꝫ dicitur propriū suo subiecto solū per respectū ad aliquid ut esse bipedē est propriū homini cōparato ad equū cui non conuenit: sed quia isti duo modi distinguuntur adinuicem ut dictū est ideo hic bene ponuntur quattuor modi.

Ad secundū dicitur ꝙ licet illud quod conuenit necessario speciei ⁊ essentialiter cōueniat oī indiuiduo eius non tamen oportet de illo quod inest speciei contingenter ⁊ accidentaliter sicut propriū primo modo. Ad tertiū dicitur ꝙ licet in diffinitione quiditatiua in qua ponitur propria differentia sub nomine proprio vltima differentia sit conuertibilis cum diffinito: non est tamē ita de illa vbi ponitur propria differentia per circūlocutionē tantū sicut est in ista: homo est animal gressibile bipes. ibi gressibile bipes circūloquitur rationale: ⁊ tamen nullū illoꝝ est conuertibile cū homine. Ad quartū dicitur ꝙ licet illud quod inest omni insit pluribus indiuiduis tamē non inest pluribus speciebus sed potest inesse soli speciei: ibi enī omni refertur ad indiuidua: ⁊ soli ad speciem. Ad quintum dicitur ꝙ licet propriū cōparatū ad speciē non sit cōmune sed propriū tamen respectu indiuiduorū speciei dicitur cōmune et vniuersale ideo potest conuenire omni.

¶ Diffinitur autē sic ab aristotele. Propriū est quod soli inest ⁊ conuersim predicatur de re ⁊ nō indicat quid est esse rei ut risibile inest homini ⁊ non indicat esse eius. hoc mēbrū non indicat quid est esse ponitur in descriptiōe proprij ad differentiam diffinitiōis. Diffinitio enim cōuersim predicatur de re ⁊ indicat quid est esse rei: ut substātia aīata sensibilis: cōuertitur cum aīali ⁊ indicat eius esse qꝛ oīs diffinitio fit per substantialia. Omne enī superius est de essentia sui inferioris. Diffinitur etiam sic ab Aristotele. Diffinitio est oratio ꝙ est esse rei significans. Proprium autem non significat quid est esse.

Postqꝫ auctor diuisit propriū in quattuor modos ut eliceret membrū de quo erat sibi propositū scilicet proprium quarto modo quod est vnū predicabile distinctū ab alijs. hic consequenter ponit diffinitionē proprij quarto modo dicens proprium est quod conuersim predicatur de re: et non indicat quid est esse rei. hic autē ponitur quod predicatur loco generis scꝫ predicabilis. Deinde ponitur conuersim idest conuertibiliter ad differentiā aliorū quattuor predicabiliū quorū nullū de suis subiectibilibus conuertibiliter predicatur. ⁊ ponitur ⁊ non indicat quid est esse rei ad differētiā predicati diffinitionis: quod predicatur essentialiter ⁊ cōuertibiliter. hec enī diffinitio proprij data est in primo topicoꝝ. vbi propriū diffinitur ut vnū de quattuor predicatis que sunt genus diffinitio propriū ⁊ accidens. ratione cuius ponitur illa particula per quā differt a diffinitione. Primo sciendū ꝙ species dupliciter cōsideratur. vno modo in cōmuni ⁊ secundū se: ⁊ sic consideratur per modū vnius et non multorū. ⁊ sub tali ratione causa non consequitur proprium. Alio modo consideratur per inclinationem eius ad materiā ⁊ ad sua indiuidua. ⁊ isto modo propriū consequitur speciē ⁊ de ipsa predicatur: ⁊ quia species multiplicata per sua indiuidua nō habet rationē vnius sed multoꝝ ⁊ propriū de ipsa hoc modo predicatur: ideo propriū immediate predicatur de multis ⁊ sic est vnū predicabile: ⁊ etiā habet propria subiectibilia formaliter distincta a subiectibilibus aliorū predicabiliū vnde inferiora speciei considerata respectu accidentiū que consequuntur speciem sunt subiectibilia proprij: ⁊ si considerentur qꝫtū ad esse essentiale quod habent a sua specie sunt subiectibilia speciei: ut sortes ⁊ plato sūt subiectibilia hominis ⁊ etiam risibilis secundum diuersa esse.

Secundo sciendū ꝙ propriū fluit ⁊ causatur a proprijs principijs speciei sicut risibile a proprijs pricipijs hominis: per hoc enī ꝙ homo est rationalis ⁊ intellectiuus ex cognitis consurgit in admirationē: ⁊ ex admiratione fit inquisitiuus veritatis. ⁊ per inquisitionē inuentiuus. ⁊ per inuentionē apprehensiuus delectabilis. vnde causat in eo risibilitas vel etiā tristabilis vnde sibi prouenit flebilitas: quia propria principia speciei cōueniunt huic proprio ꝯuertibiliter: ideo propriū consequēs ipsam conuersim predicatur de re scꝫ de specie. ⁊ iste est proprius modus predicādi eius scꝫ predicari cōuertibiliter ⁊ accidentaliter. non est tamē intelligēdū ꝙ propriū formaliter fluat a proprijs principijs speciei: sed fluit effectiue ab ipsis ⁊ in genere cause formalis fluit a principijs sui generis: ut risibile qꝺ est de secunda specie qualitatis habet principia in tali genere ut sunt cognoscibilitas ⁊ admiratio. Tertio sciendū ꝙ principia a quibus propriū fluit dupliciter considerantur. vno modo secūdū ꝙ habēt habitudinē potentie ⁊ actus ⁊ sub tali rōne solū sunt principia essentialia speciei. Alio modo considerant sub habitudine totius compositi ad operationē suā: ⁊ sic sunt principia effectiua proprij: ideo secundū diuersas rationes sunt principia formalia speciei ⁊ principia effectiua proprij. vnde patet ꝙ propriū nō est de essentia speciei sed accidēs eius: quia consequitur esse constitutū speciei: qñqꝫ tamen dicit inesse speciei essentialiter eo ꝙ imediate consequitur essentiā speciei: sed non essentialiter tanqꝫ existēs de essentia speciei. Quarto sciendū ꝙ illud dicitur indicare quid est esse rei: quod explicat principia essentialia ipsius rei: quia esse essentiale rei cognoscitur per illa principia a quibus intrinsece causatur: sed propriū non explicat nec formaliter ostendit principia essentialia: nec est de essentia speciei ut dictū ē: ideo non indicat quid est esse rei: ⁊ per hoc differt a diffinitione que explicat quiditatem ⁊ essentiam speciei. per hoc scilicet ꝙ importat genus ⁊ differentiā ex quibus tota essentia ⁊ esse eētiale speciei constituitur: ⁊ inde dicitur diffinitio est oratio indicans quid est esse rei: per hoc satis potest intelligi aperte quis sit intellectus diffinitiōis proprij. Sꝫ contra predicta primo arguitur. Omne predicabile dicit totum esse sui subiectibilis: propriū non dicit totū esse speciei nec indiuiduoꝝ eius cum sit accidens consequens esse ipsorū: igitur proprium non est predicabile. Secundo sic: omne predicabile debet imediate predicari de multis. propriū autē imediate non predicatur de multis sed de vna sola specie ⁊ mediante ipsa de suis indiuiduis: igitur non est predicabile. Tertio sic dicendo sortes est risibilis. risibile predicatur de sorte ut propriū: ⁊ tamen non predicatur conuertibiliter de sorte: igitur propriū non predicatur conuersim.

Quarto sic: accidentia magnā partē conferunt ad cognoscendū quod quid est. ⁊ specialiter accidentia propria: igitur propriū facit cognoscere quod quid est speciei. igitur male dicitur ꝙ propriū non indicat quid ē esse rei. Quinto sic: nullū accidens extrinsecū indicat quid est esse rei: sed diffinitio est accidens extrinsecū diffinito: cum sit oratio imperfecta ergo ipsa non indicat esse rei. Ad argumenta. Ad primū dicitur ꝙ proprium non dicit totū esse essentiale rei ut speciei et indiuiduoꝝ eius: tamen dicit totū esse accidentale quod datur a forma importata per ipsum propriū ⁊ hoc sufficit ad hoc ꝙ predicetur de specie ⁊ indiuiduis eius. predicabile enim dicere debet totū esse rei secundū vnū modū: non tamen scḋm omnes. Ad secundū dicitur ꝙ licet propriū imediate predicetur de specie: tamen predicatur de ipsa accepta per modū multoꝝ ut est diuisibilis vel diuisa per sua indiuidua ⁊ non solū predicatur de ipsa accepta per modū vnius ⁊ secundū se. ideo imediate ⁊ scḋm aptitudinē predicatur de multis. Ad tertiū dicitur ꝙ in hac

Postq̄ȝ auctor posuit diffinitiõem equiuocorũ, hic consequenter ponit diffinitionẽ vniuocorũ dicens. Uniuoca dicuntur quorũ nomẽ cõe est ⁊ s̃m illud nomẽ ratio substãtie est eadẽ. In hac diffinitione dicitur, i. sunt dicibilia ponitur loco generis diffiniti quod est dicibile: ⁊ non ponitur sunt: quia hic non considerantur vniuoca sub ratione entis: sed inq̄ȝtum referuntur ad dici. Illud quod sequitur ponitur ad differentiam aliorũ ut statim declarabitur. ⁊ accipitur hic nomen cõmune pro voce significatiua que ẽ nota mentis: ⁊ non specialiter ut est pars oratiõis distincta a verbo: quia in verbis reperiuntur vniuoca sicut ⁊ in noĩb⁹. Primo sciendũ q̄ duplicia sunt vniuoca. s. vniuoca vniuocantia: et vniuoca vniuocata. Unde vniuocũ vniuocãs est nomen secundũ vnam rationem pluribus attributum: ut hoc nomen animal secundũ vnam rationem cõmunem attribuitur homini ⁊ asino. Et vniuoca vniuocata sũt res diuerse s̃cdm vnã rationem cõmunem per idem nomen importate: ut homo et asinus s̃cdm vnam rationẽ cõmunem repertã in hoc nomine animal. hic autẽ diffinitũr vniuoca vniuocata ⁊ nõ vniuocũ vniuocans sicut prius dictũ est de equiuocis. ⁊ quia vniuoca vniuocata sũt res plures ⁊ diuerse contente sub eodẽ nomine: ideo ad notandum illam pluralitatẽ hic vniuoca in plurali diffiniuntur. Secũdo sciendũ q̄ vniuoca differũt a multiuocis ⁊ diuersiuocis: q̄ multiuoca sũt diuerse voces vni rei attribute que aliter vocantur sinonima: ⁊ diuersiuoca sunt diuerse voces diuersis reb⁹ attribute: ⁊ de istis hic nõ determinatur sicut de equiuocis ⁊ vniuocis: quia nõ valent ad cognoscendũ reductionẽ predicamentorũ in aliquod vnũ: nec necessario requiruntur ad cognitionẽ eorũ: ⁊ in istis non reperitur vnũ nomen cõmune sed sunt plura nomina. vniuoca vero habẽt vnum nomen cõmune significans vnũ cõceptũ cõem in quo cõueniunt: ideo in diffinitione vniuocorũ cõuenienter ponit̃ quorũ nomen est cõmune ad differentiã multiuocorũ ⁊ diuersiuocorũ. Tertio sciẽdũ q̄ vniuoca differũt ab equiuocis: q̄ equiuocũ habet plura significata formalia: ideo dicit equiuocũ quasi equaliter plura vocans: ⁊ licȝ equiuocũ a consilio ex parte rõnis nõis nõ eq̄liter vocet oĩa significata eius sed s̃m prius ⁊ posterius: tamẽ ex parte vocis: ⁊ seclusa rõne se habet equaliter. Sed vniuocũ habet tantũ vnũ significatũ formale ⁊ immediatũ: ideo dicitur vniuocũ quasi vnũ vocans sicut animal immediate significat animalitatẽ: ⁊ quia vniuoca vniuocata cõueniunt in significato formali qd̄ est forma cõmunis significata p̄ nomen vniuocũ: ⁊ illa forma cõmunis habet vnã rationẽ essentialẽ: ideo vniuoca habẽt eandẽ rationẽ substantie sumptã secundũ nomen cõmune eorũ. ideo hec particula ratio substantie est eadem ponitur cõuenienter ad differentiã equiuocorũ. Quarto sciendũ q̄ vniuoca ⁊ denominatiua sic differũt inter se: quia vniuoca vniuocata includũt essentialiter significatũ formale nominis vniuoci in quo cõuenitũt. ideo ratio p̄pria illius significati cõmunis est ratio cõmunis ⁊ ẽentialis vniuocatorũ: ideo vniuocũ nomine ⁊ rõne dicitur de vniuocatis. sed denominata aliquid denominatiui nõ includũt essentialiter significatũ formale ipsi⁹ denominatiui s̃ȝ accidentaliter tm̃: ideo rõ essentialis illius significati non est rõ denominatorũ: ut cũ album predicat̃ de homine ⁊ equo: hõ ⁊ equ⁹ sunt denominata: albũ vero denominatiuũ: ⁊ hõ ⁊ equus includũt solũ accidentaliter formale significatũ albi qd̄ est albedo: ideo rõ illius significati nõ est rõ illorum denominatorũ. ideo per hanc particulã ratio substantie est eadem vniuoca differũt a denominatiuis. Et p̄ hoc p̄ȝ q̄ ista diffinitio explicat naturã vniuocorũ faciẽs ipsa differre ab omnib⁹ aliis: ideo est sufficiens. Contra p̄dicta p̄mo ar̃ sic: nomẽ vniuocũ habet tm̃ vnũ significatũ sed vniuoca vniuocata sunt res diuerse ⁊ nõ sunt vnũ significatũ nominis ergo vniuoca vniuocata nõ important̃ p̄ idẽ nomen cõe. Scd̃o sic: hõ ⁊ equus sunt vniuoca vniuocata: ⁊ tñ ipsorũ nõ est vna rõ substantie sed habẽt diuersas diffinitiones cũ differant spẽ: ergo rõ substãtie vniuocorum nõ est eadem. Tertio sic: albedo ⁊ nigredo sunt vniuoca vniuocata ⁊ tamen non habent eandem diffinitionem substantie cõmunem cum sint accidentia: ergo contra diffinitionem. Quarto sic: equiuocum dicitur quod est equaliter plura vocans. s̃ȝ animal equaliter vocat hominem ⁊ asinuȝ: quia tales sub suo genere equaliter continentur: ergo male datur exemplum q̄ animal sit cõe vniuocum hoĩ ⁊ asino. Quinto sic: ratio animalis secundum vnum modum quodq̄ȝ animal est alteratiuũ ⁊ altera ut dicitur septimo phisicorũ: ergo hic male dicitur q̄ homo ⁊ asinus conueniunt in vna ratione animalis. Ad primum dicitur q̄ si vniuoca considerentur q̄ȝtum ad id quod sunt ⁊ ad suas rationes proprias sic non significantur per nomen commune vniuocum. Sed si considerentur q̄ȝtum ad naturam communem in qua conueniunt ex consequenti importantur per nomen vniuocum tãq̄ȝ significata materialia eius: ⁊ illa natura communis est significatum suum formale ⁊ immediatum. Ad secundũ dicitur q̄ si homo ⁊ asinus considerent̃ secunduȝ proprias ipsorum formas: sic habent diuersas diffinitiones proprias. Sed si considerentur ut cõueniunt in animali bene habẽt vnam diffinitionem substantialem cõmunem ipsis que su-

nitur secundum formam cōmunem in qua conueniunt.

Ad tertiū dicitur qḋ si capiatur substantia proprie pro ente per se. sic albedo ⁊ nigredo non habent rationem substantie. Sed si capiatur generaliter pro essentia sicut accipitur in ista diffinitione: sic habēt bene eādem rationem sub stantie cōmunem. Ad quartum dicitur ꝙ licet hoc nomen animal ex consequenti plura significet equaliter: scilicet species sui significati: non tamen primo ⁊ imediate plura vocat equaliter sed tantum vnum proprium significatū eius. ideo animal nō est equiuocum sed vniuocum equiuocum enim est ex parte vocis immediate plura significans.

Ad q̄ntū dicitur ꝙ si animal consideretur secundū esse quod habet in diuersis speciebꝰ eius contractum per diuersas differentias: sic ratio animalis secundum vnamquāq3 speciem eius bene est altera ⁊ altera. Sed si consideretur secundum simplicem eiꝰ essentiam: sic sua ratio est eadem et non diuisa: quia sic accipitur sua essentia indistincta ⁊ non diuisa per differentias eius: ideo ratio explicās ipsam sic acceptam non est diuersificata.

¶ Denominatiua dicūtur quecunq3 ab aliquo solo casu differentia secundū illud nomen habent appellationem: ut a grammatica grammaticus. Differunt solo casu idest sola cadentia que est a parte rei: et secundum idem nomē habent appellationem. nomen enim denominatiuū deb3 cōmunicare cum nomine vniuoco in principio: ut a grāmatica grāmaticꝰ: siue ab albedine albus.

Postq̄3 auctor posuit diffinitionē vniuocorum que docet reductionem dicibilium in suū genus generalissimū qḋ dicitur de ipsis vniuoce. hic consequenter ponit diffinitionem denominatiuorum per quam cognoscatur reductio accidentium ad substantiam de qua predicantur denominatiue dicens. Denominatiua dicuntur quecunq3 ab aliquo solo casu differentia sunt: et secundum illud nomen habent appellationem. In qua diffinitione ponitur dicuntur loco generis diffiniti ut dictum est in precedētibus. Deinde alia pars ponitur ad differentiam vniuocorum et equiuocorum: quia vniuoca ⁊ equiuoca non habent appellationem idest nominationem secundum illud nomen abstractum a quo differunt solo casu sicut denominatiua: sed primo et per se important sua significata et non per cadentiam ab aliquo.

Primo sciendum ꝙ in denominatione tria requiruntur scilicet denominans denominatum ⁊ denominatiuū. Denominās est forma accidentalis que importatur per nomē abstractum. Et dicitur denominās quasi de se aliud nominans: quia de se dat concreto: qḋ predicetur ⁊ nominet subiectum. Sed denominatiuū est accidens concretum quod predicatur denominatiue de suo subiecto: ut album vel nigrum. Et dicitur denominatiuum quasi de alio nominatiuum: quia ē denominatiuum subiecti ratiōe forme accidentalis que est alia a subiecto. Denominatum est subiectum de q̄ predicatur accidens concretum: ut in hac predicatione denominatiua sortes ē albus: albedo significata in hoc nomine albus: ⁊ per illud abstractum albedo est forma denominans: ⁊ illud concretum album est denominatiuum sortis: ⁊ sortes est subiectum denominatum. Et per hoc patet ꝙ denominatiuum ⁊ cōcretum idem sunt: ⁊ denominans ⁊ abstractum similiter idem important. Secundo sciendum ꝙ ad veram denominationem requiruntur tres conditiones. Prima conditio est ꝙ forma denominās sit alia a subiecto sic ꝙ non sit de essentia eius sicut genus respectu speciei: ⁊ ꝙ non fluat ex pricipijs essentialibus eius sicut ꝓprium: defectu cuius predicata essentialia ⁊ ꝓpria nō predicantur denominatiue. hic enim non est vera denominatio homo est humanus: vel homo est risibilis. Secunda cōditio est ꝙ forma denominans significetur secundū cadentiam ⁊ inherentiam ad subiectum ut fit in nomine cōcreto: ratione cuius nulla abstracta predicantur denominatiue. Tertia conditio est ꝙ denominatiuum ⁊ abstractum conueniant in principio dictionis: ⁊ differant in fine cuius defectu studiosus non dicitur denominatiue a virtute: quia ibi non est conuenientia in principio dictionis. Tertio sciēdum ꝙ triplicia sunt denominatiua: quedam secundū rem tantū ⁊ nō secundum vocem in quibus scilicet forma concreti naturaliter prouenit a forma abstracti et tamen non est conuenientia in principio dictionis ⁊ differentia in fine: ⁊ sic studiosus dicitur denominatiue a virtute. Alia sunt denominatiua secundū vocem tantum ⁊ non secundū rem que habēt conuenientiam in principio ⁊ differentiā in fine nominis abstracti ⁊ concreti ⁊ tamen non important alienam naturam a denominato sicut homo ⁊ humanitas vel humanus. Alia sunt denominatiua secundū rem ⁊ vocem simul: ⁊ sunt illa quibus conueniunt tres conditiones presupposite simul: sicut albū ⁊ nigrum que sunt vera denominatiua ⁊ solum de ipsis datur diffinitio presens. Quarto sciendum ꝙ denominatiuum ⁊ denominās siue concretu3 ⁊ abstractum conueniunt dupliciter: ⁊ differunt dupliciter. Conueniunt primo in re significata: quia significāt eande3 formam essentialiter: sicut albedo ⁊ albū significant formā albedinis. Dicitur enim in predicamentis: album autē solam qualitatem significat. Secundo conueniunt in principio dictionis ut albedo ⁊ album: ⁊ illa cōuenientia in principio dictionis significat conuenientiā in re significata. Sed differunt in modo significandi ⁊ in modo essendi: quia concretum significat formā cum cadentia ⁊ inherentia ad subiectum per respectum ad subiectum. ⁊ ideo dicitur cōcretū quasi simul cernens formam ⁊ subiectum eius: sicut album significat albedinem inherentem suo subiecto. Sed abstractum significat formam secundum se sine inherentia ⁊ cadētia ad subiectum ⁊ significat eam substantiue ⁊ per modu3 per se stantis: ⁊ inde dicitur abstractum quasi ab alio tractū quia secundum modum eius significandi significat forma3 cum precisione subiecti designando ipsam omnino sine suo subiecto. ⁊ inde est ꝙ non potest verificari de suo subiecto. Secundo differunt in finali terminatione vocis ⁊ ista differentia significat differentiam que est in modo significandi ideo in diffinitione denominatiuorum conuenienter dicitur ꝙ differunt ab aliquo. scilicet qḋlibet a suo abstracto in solo casu: quia solum differunt ab ipsis in cadentia ⁊ in modo significandi ⁊ in hoc explicantur due differentie denominati ⁊ denominantis: ⁊ subiungitur secundum illud nomen habent appellationem: ad explicandum conuenientiā illorum in principali significato ⁊ in principio dictionis. vnde ordine nature concretum habet appellationem idest denominationem a suo abstracto: quia ab ipso accipit suum significatū. ⁊ per hoc patet intellectus diffinitionis. Sed contra predicta primo arguitur sic: in nulla bona diffinitione debet poni vniuersale vniuersaliter sumptum: quia sic talis diffinitio nō posset vere predicari de diffinito. sed in ista ponitur vniuersale vniuersaliter sumptum. scilicet quecunq3 ergo male. Secundo sic: album ⁊ nigrum sunt denominatiua ⁊ tamē non differunt solo casu sed etiam in principali significato: ergo in hac diffinitione male ponitur ab aliquo solo casu differentia sunt. Tertio sic: denominatiuum ⁊ abstractum differunt in modo significandi ut prius dictum est ⁊ etiam in genere sicut albedo ⁊ albū: ergo non differunt solo casu: ergo. Quarto sic: studiosus est denominatiuum virtutis quia predicatur denominatiue de suo subiecto ⁊ hoc non habet nisi a forma virtutis: tamen non habet appellationem secundū nomen virtutis: ergo male dicitur ꝙ secundum illud nomen habent appellationem.

Quinto sic: abstractum denominatur a concreto sicut a iusto iusticia: ergo abstractū hab3 appellationē a cōcreto ⁊ nō ecōtra. ergo male dicitur ꝙ denominatiua [illegible] illud nomen abstracti habet appellationē. Ad [illegible] dicitur ꝙ q̄cūq3 in hac diffinitiōe nō tenet vniuersaliter s3 infinite

⁊ tantum valet sicut illa que. ideo non ponitur vniuersale vniuersaliter sumptum. Ad secundum dicitur ꝙ licet album ⁊ nigrum nō differant inter se solo casu: tamen respectu suorum abstractorum scilicet albedinis ⁊ nigredinis solo casu differunt. ⁊ sic intelligitur in diffinitione ꝙ denominatiua solo casu differunt a suis abstractis. Ad tertium dicitur ꝙ negatur consequentia ⁊ causa est: quia cū dicitur solo casu nō solum intelligitur de cadentia vocis sed etiam de cadentia que est in modo significandi concreti ⁊ abstracti ⁊ etiam q̄ntum ad modos essendi qui per istos modos significandi importantur. Ad quartū dicitur ꝙ licet studiosus sit denominatiuū ſm rem non tamen secundū vocem ⁊ rem simul: ⁊ solum de illis denominatiuis datur ista diffinitio. Ad quintū dicitur ꝙ licet secundū formationē vocis que a grāmatico principaliter consideratꝰ abstractū deriuetꝰ a concreto tamen ſm ordinē vere significationis ⁊ denominatiōis concretum deriuat ab abstraco eo ꝙ abstractū importat formā ſm se: ⁊ cōcretum importat eaꝫ ꝑ cadentiā ad subiectū. modo ipsa secūdū se naturaliter precedit inherētiam eius ad subiectum ideo in tali ordine concretum capit denominationē ⁊ appellationē ab abstracto ⁊ talis ordo denominationis a logico consideratur: ideo dicitur concretum ab abstracto deriuari.

¶ Eorum que dicuntur: quedam dicūtꝰ sine complexione: ut homo siue currit: quedam cum cōplexione: ut homo currit.

Postq̄ꝫ auctor posuit in speciali tria antepredicamenta: scilicet tres diffinitiones que valent ad reductionem dicibilium et conuenientiam eorū in aliquod vnum cōmune hic cōsequenter ponit duas diuisiones valentes ad cognoscendum distinctionē ⁊ differentiā eorum que ponuntur in predicamento adinuicē ⁊ ab his que nō ponuntur. et quia prius oportet distinguere illa que nō ponuntur in predicamēto ab his que ponuntur in predicamento q̄ꝫ distinguere ea que ponuntur in predicamento adinuicem. Ideo auctor posuit primo hanc diuisionem que valet ad cognoscendum que ponuntur in predicamento ⁊ que non: dicens. Eorum que dicuntur: quedam dicitur cum complexione sicut oratio. quedam vero sine complexione ut termini incomplexi. Cuius ratio est: quia omne qđ dicitur exprimitur vel significatur per vocem complexam ex pluribus vocibus significatiuis ⁊ sic dicitur cum complexione: vꝉ exprimitur ꝑ vnā solam vocem significatiuam ⁊ sic dicitur sine complexione.

Primo sciendum ꝙ dici tripliciter accipitur. vno modo vt tantum valet sicut deriuari ab alio ut cum dicitur dyaletica dicitur a dya quod est duo id est deriuatur. Secundo modo ꝑut tm̄ valet sicut predicari ut in diffinitione predicabilis cum dicitur predicabile est quod aptum natum est de pluribus dici id est predicari. Tertio modo dici accipitur ꝑut tātum valet sicut exprimi vel significari per vocem significatiuam: et isto modo sumitur in proposito. et per hoc patet quid sit diuisum in hac diuisiōe. Est enim dicibile quod est significabile: ⁊ dici potest per dictionem que est vox significatiua: ideo tantum valet dicere eorum que dicitur sicut dicibiliū que per vocem significatiuam exprimuntur. Secūdo sciendū ꝙ cōplexio dupliciter accipitur. Uno mō generaliter pro quacunqꝫ compositione duorū adinuicē siue sit duarum rerum vel dictionū litterarum vel sillabarum. et isto modo non accipitur hic. Alio modo accipitur solū specialiter pro compositione plurium vocum significatiuarū et isto modo sumitur in proposito: ⁊ ideo complexio ut hic sumitur est compositio ex pluribus vocibus significatiuis. Et dici cum complexione est significari vel exprimi per vocem compositam ex pluribus vocibus significatiuis. Et dici sine complexione est exprimi per vnam solam dictionē.

Tertio sciendum ꝙ duplex est complexio. Quedam est complexio distans: in qua extrema copulantur per copulaꝫ verbalem: sicut in qualibet oratione perfecta. Et dicitur cōplexio distans: quia extrema illius compositionis accipiuntur ab anima distincte ⁊ tanq̄ꝫ entia distincta concipiūturꝰ ⁊ postea vniuntur adinuicem: ⁊ hoc significatur per copulam verbalem que est nota compositiōis facte in intellectu. Uel etiam dicitur distans ideo ꝙ inter extrema eius mediat copula verbalis. Alia est complexio indistans cuius extrema non copulantur per copulam verbalem: ⁊ se habent sicut determinatio ⁊ suum determinabile: sicut fit in oratione imperfecta: ut dicendo: homo albus. Et dicitur indistans: quia extrema talis compositionis designantur confuse ⁊ apprehenduntur ab anima ut vnum ab alio: et ideo inter ipsa nō mediat copula verbalis. Quarto sciendūꝫ ꝙ illa que dicuntur cum complexiōe dupliciter possunt cōsiderari. Uno modo inquantum habent complexionem ex pluribus vocibꝰ ⁊ important conceptum complexum. Et isto modo complexa non ponuntur in predicamento nisi per suas partes. et si ille partes sint de diuersis predicamentis: ut hic homo est albus. talē dicibile secundū suas partes reponitur in diuersis predicamentis: ⁊ si ille partes sint de eodem predicamento: ut animal rationale: tale dicibile ponitur in eodem predicamento tantuꝫ secundū suas partes: quia tamen non per se est vnum dicibile sed plura. ideo simpliciter loquendo dicitur ꝙ tale dicibile complexum nō est reponibile in predicamento. Alio modo potest considerari illud quod dicitur cum complexione scilicet dicibile complexum inq̄ꝫtum sumitur ad circumlo quēdū vnum incomplexum ⁊ illo modo bene ponitur in predicamento loco illius incomplexi: quod circumloquitur ut quādo diffinitio ponitur loco diffiniti ad circumloquendum ipsum diffinitū. Sed si capiatur diffinitio inq̄ꝫtum includit genus ⁊ differētiam: hoc modo non poneretur in predicamento per modum vnius sed per modum plurium secundū suas partes. scilicet per modum generis ⁊ differentie: ⁊ sic dicibilia complexa ut complexa sunt non ponuntur in predicamento: incomplexa vero opponuntur. ⁊ per hanc diuisionem cognoscamus quōmodo differunt dicibilia complexa ⁊ incomplexa: ꝗ̄ hec diuisio valet ad cognoscēdū quāꝫ eorū q̄ ponūtur in ꝑdicamēto ab his q̄ nō ponuntꝰ. Sꝫ otra ꝑdicta arguitur ꝑmo sic: oē dicibile ē predicabile cū idē sit dici ⁊ ꝑdicari sed omne predicabile est incomplexum: ergo ⁊ omne dicibile: ergo nulla dicuntur cum complexione. Secundo sic: vnūquodqꝫ habet dici ⁊ significari eo modo quo habet eē. sed omne ens habet esse incomplexum ⁊ esse vnū: ergo omne dicibile est incomplexum. Tertio sic: canis est vnū dicibile: ⁊ tamen non est incomplexum cum includat plura significata: nec complexum cum non habeat plures voces ergo male dicitur ꝙ dicibilium quedam dicuntur cum cōplexione ⁊ quedam sine. Quarto sic: huiꝰ diuisionis mēbra non sunt opposita: quia complexum ⁊ incomplexum in eodem incidunt ergo diuisio est mala. Quinto sic: omne compositum ex voce ⁊ modo proferendi est complexum: sꝫ omne dicibile habet vocem ⁊ modum proferendi: ergo nullum dicitur sine complexione. Ad primū dicitur ꝙ si capiatur dicibile ut est aptum natum predicari sic omne dicibile est predicabile: sed si capiatur ut ē aptum natum exprimi ⁊ significari per dictionem ut in ꝑposito sumitur sic non omne dicibile ē predicabile. Ad secundū dicitur ꝙ licet omne ens secundum se sit vnum ⁊ incomplexum tamen in ordine ad aliud cum quo est complexum vꝉ cum quo est cōponibile aliquod ens potest dici complexum: licet hoc sibi cōueniat formaliter per respectum ad intellectum cōponētem ⁊ diuidentē qui facit actualiter tātū complexione q̄ prius est in rebꝰ scđm aptitudinē. Ad tertiū dicitur ꝙ licet canis ex parte vocis ⁊ materialiter sit vnum dicibile: tamē formaliter ex parte significatorum nō est vnum dicibile sed plura: non tamen debet dici dicibile complexū: quia illa significata nō habent inter se aliquam vnionē vel cōpositionē nec se habent ut determinatio ⁊ determinabile: ideo illo mō non potest dici cōplexū vel incōplexū: q2 hic diuiditur dicibile quod aliquo modo habet rōnem vnius dicibilis.

Ad quartum dicitur ꝙ licet complexū ⁊ incōplexūꝫ materialiter coincidant in eodē eo ꝙ incomplexū materialiter est pars complexi tamen formaliter opponuntur quantuꝫ

vā formsa completi ⁊ incompleti sicut dictum ē circa diuisionem vocis per completam et incōpletam in qua multa ponunt̄ que ad intellectū huius diuisionis p̄supponūtur.

Ad quintū dī q̄ licet cōpositū ex voce ⁊ mō ꝓferēdi habeat cōpletionē generaliter acceptam nō tamē habet cōpletionē proprie dictam que est ex pluribus vocibus significatiuis de qua est hic solū ad ꝓpositum.

¶ Sed anteq̄ȝ alterū membrū huius diuisiōis subdiuidatur distinguēdi sunt modi essendi in alio: quia necessarij sunt ad sequentem diuisionem cognoscendam: ⁊ ad quedam que postea dicentur. Primo igitur modo eēndi in dicitur aliq̄d in alio esse sicut pars integralis in suo toto: ut digitus in manu vel paries in domo. Secūdo autem modo: sicut totum integrale est in suis partibus ut dom⁹ in pariete tecto et fundamēto. Tertius modus essendi in sicut species in genere: ut homo vl' bos in animali: et vniuersale quodlibet inferius in suo superiori. Quartus modus eēndi: in: est sicut gen⁹ in specie: ut animal in homine vel boue: et vnunquodq̄ȝ diffiniens in suo diffinito siue in diffinitione. Quintus mod⁹ essendi in: est sicut forma in materia. Et ille quintus subdiuiditur: quia ē quedam forma substantialis ut animal est forma substantialis homini. Alia aūt est forma accidentalis: ut album homini. Et prima harum dicitur proprie esse in sicut forma in materia ut anima ē in corpore. Aliter autēȝ dicitur esse in sicut accidēs in subiecto: ut albedo in pariete ⁊ color in corpore. Sext⁹ modus essendi in sicut aliquid primo officio ut in altero suo statu: vl' in prima causa efficiente: ut regnum in regnāte. Septimus modus essendi in est sicut aliquid in fine: ut nos sumus in deo tendentes per bona opera ad ipsum: vl' ut virtus in beatitudine. Octau⁹ modus essendi in est sicut aliquid in vase: et vniuersaliter sicut locatum in loco. Hos autem octo modos essendi in distinguit Aristoteles in phisicis. Boecius autem assignat nouem: quia subdiuidit vnū in duos quēadmodum dictum est.

Postq̄ȝ auctor posuit primā diuisionē antepredicamētalem, hic cōsequenter vult ponere secundam. sed quia illa diuisio non potest perfecte cognosci nisi cognoscantur modi essendi in: ideo priusq̄ȝ auctor ponat illam diuisionem diuidit esse in alio per octo modos qui in his versibus continentur. Insunt pars: totū: species: genus: ⁊ calor igni. Rex in regno: res in fine: locoq̄ȝ locatum. Quorū sic habet̄ sufficientia: quia omne quod est in aliquo vel conuenit realiter cum eo in quo est vel ab eo differt realiter. Si conuenit cū eo realiter in quo est hoc est dupliciter: vel est in eo per modum partis vel per modum toti⁹. Si per modum ptis hoc est etiam dupliciter: vel per modum partis integralis: et sic est primus modus. Uel per modum partis subiectiue: ⁊ sic est tertius modus. Si per modum totius hoc est dupliciter vel per modum totius integralis: et sic est secūdus modus. Uel per moduȝ totius vniuersalis: et sic est quartus mod⁹. Si differt ab eo in quo est realiter: hoc est dupliciter. Uel ē in eo actualiter: vel virtualiter tantū. Si actualiter: hoc est dupliciter. Uel id quod est in alio dat esse cui inest: et facit vnū esse cum eo: et sic est quintus modus quo forma est in materia. vl' ab eo in quo est suscipit esse ⁊ distinguitur ment ab ipso: ⁊ sic est octauus modus quo locatuȝ est in loco. Si sic in alio virtualiter tm̄ hoc est dupliciter: vel est in alio q̄tū ad virtutē ꝓductiuā qua ꝓducit̄ in esse: ⁊ sic est sextus modus quo effectus est in causa efficiente. vel ē in eo solum virtualiter q̄ztū ad bonitatē: ⁊ sic est septim⁹ modus q̄ effectus habet eē in suo fine: ⁊ nō ē hic diuisio anp̄redicamētalis q2 nō immediate ordinat̄ ad cognitionē anp̄redicamētoȝ sed ad cognitionē vnius diuisiōis anp̄redicamētalis: licet ex p̄nti valeat ad cognitionē p̄dicamētorū. Primo sciendū est q̄ ptes diuersimode sūt in toto integrali: ⁊ totū integrale in suis ptibus: q2 ptes sunt in toto ꝑ modū materie ⁊ cōponūt ipsum totū materialiter ⁊ actualiter vniūtur ⁊ continētur ad inuicē ꝑ formā totius sub qua vniūtur. Sed totū integrale est in suis ptibus per modū forme: cū sit vniēs actualiter ⁊ ꝯtinens suas ptes adinuicē. vn̄ cū totū habeat rōnem actus respectu suarū partiū: ⁊ ex ipsis cōponatur et actus est in eo cuius est actus: ideo totū cōuenieter dicit̄ eē in suis ptibus: ⁊ nō differt realiter ab ipsis coniūctim acceptis sed rōne tm̄: licet distinguatur realiter a suis ptibus diuisim acceptis: sicut sortes differt a manu eius eo q̄ includit alias ptes q̄ realiter a manu distinguuntur: et sīr a q̄cūq̄ȝ alia parte diuisim accepta. Scdo sciēdū q̄ diuersimode species est in genere ⁊ genus in specie: q2 species ē in genere potestate tm̄ ⁊ nō actu: ⁊ cōtinetur sub eo s̄m totā entitatē eius: ⁊ sīr intelligendū est de qualibet alia pte subiectiua respectu sui totius. Sed gen⁹ est in specie actu ⁊ intelligitur: q2 species nō pōt intelligi nō intelligēdo gen⁹: ⁊ etiā est in specie s̄m essentiā ⁊ s̄m partē sui potestatis ⁊ nō s̄m totā cōitatē eius ⁊ ꝑ hoc habet̄ diā tertij modi ⁊ quarti. ⁊ lȝ genus et spēs sint idē realiter q̄ztū ad eēntiā nō tm̄ ꝓpter hoc seq̄tur q̄ idē eodē modo sit in seipso: eo q̄ genus ⁊ spēs distinguūtur s̄m diuersos modos essendi: quare nō est incōueniēs q̄ sub illis diuersis modis vnū insit alteri ⁊ ecōtra.

Tertio sciendū circa quintū modū q̄ forma substantialis ⁊ forma accidētalis multipliciter inter se differūt: ⁊ differēter sunt in aliquo. Primo mō: q2 forma substātialis dat esse simpliciter materie in qua suscipitur: q2 dat sibi eē substātiale q̄d est eē simpliciter. Sed forma accidētalis dat esse s̄m q̄d subiecto suo: q2 solū dat sibi eē accidētale in genere cause formalis: ⁊ suscipit esse a suo subiecto in triplici genere cause. s. cause efficiētis materialis ⁊ finalis. Secūdo differūt: q2 forma substātialis nūq̄ȝ p̄supponit esse in actu ⁊ cōpletū sui subiecti sed in potentia tantū. Sed forma accidentalis presupponit esse cōpletum in actu sui subiecti. Tertio differūt: quia destructa forma substantiali destruitur illud in quo est: non autem destructa forma accidentali. ⁊ ꝑ has causas quintus modus subdiuiditur a Boecio in duos modos. Quarto sciendum q̄ aliquid est differenter in sua causa efficiente et in sua causa finali: quia res est in suo efficiente per hoc q̄ ipsum efficiens habet virtutē ꝓductiuam qua potest producere effectum: sicut domificator habet virtutem productiuam qua potest producere domum: ⁊ in efficiente per naturam non est cognitio effectus sed in agente secundū propositum effectus est in sua causa q̄ztuȝ ad similitudinē ei⁹ ꝑ quā cognoscitur: sicut dom⁹ ē in mēte artificis s̄m suam similitudinē qua cognoscitur domus ⁊ad: ca

tus imaginē ipsa p̄ducit. sed res est in suo fine accidentaliter tm̄. s. q̄ɜtū ad bonitatē eius: quia tota bonitas rei ordinate ad finē p̄uenit ex bonitate finis: ⁊ sic sua bonitas p̄tinetur in suo fine: sicut bonitas securis cōtinetur in secatiōe ⁊ bonitas equi in equitatiōe: ⁊ per hoc aliqualiter habetur intellectus octo modorū eēndi in. Sed cōtra p̄dicta arguitur primo sic: omne cōtentū excedit᷑ ab eo in quo cōtinet᷑ sed totū integrale nō exceditur a suis partib⁹ sed ipsas omnes cōtinet: ergo nō cōtinet᷑ in suis partibus: ⁊ per ꝯsequēs nō est in ipsis. Secūdo sic: vnū oppositorū nō potest eē in alio: sed materia ⁊ forma sunt opposita: cū materia sit potētia: forma ṽo actus: ergo forma nō ē in materia ꝯtra q̄rtū modū. Tertio sic: effectus essentialiter ⁊ realiter distingui᷑ a suo efficiēte ⁊ fine: cū ille due sint cause extrinsece effectus: ergo res nō ē in efficiēte nec in suo fine. Quarto sic: locus ⁊ locatum distinguūtur essentialiter ⁊ realiter: quia locus est in locante ⁊ nō in locato: ergo locatū nō habet eē in loco sed est extra ipsum. Quinto sic: sicut aliquid ē in loco similiter aliquid est in tēpore: ⁊ tamē mod⁹ essendi in tēpore inter istos modos nō enumeratur: ergo nō sufficiēter ponuntur modi essendi in. Ad primū dicitur q̄ licet totū integrale s̄m supposita ⁊ esse actuale nō excedatur a suis partibus: tamē exceditur q̄ɜtum ad esse potentiale ⁊ secūdū rationē: eo q̄ esse potētiale sibi cōuenit a suis partibus in quibus primo reperitur. Ad s̄m dicitur q̄ licet forma ⁊ materia q̄ɜtū ad suos modos opponantur. s. q̄ɜtū ad modū actus ⁊ modū potētie: nō tn̄ s̄m esse suum: per q̄d quidē esse cōsistūt materia ⁊ forma in cōposito: ideo forma bene est in materia cui dat esse. Ad tertiū dicitur q̄ licet effectus nō sit actualiter ⁊ essentialiter in sua causa efficiēte vl' finali: tn̄ bene est in aptitudine in ipsis ⁊ virtualiter ut p̄us visum est. Ad quartū dicitur q̄ licet locatū nō sit in loco per inherentiā sic q̄ loco inhereat: tamē est in eo per cōtinentiā: quia a loco cōtinetur ⁊ circūdatur. Ad quintū dicitur q̄ licet esse in tēpore nō nūeretur hic distincte ⁊ formaliter: tamē equiualēter enumeratur: quia cōtinetur sub octauo mō. s. sub esse in loco: q̄r esse in loco ⁊ in tēpore ē eē in alio ut in mēsura extrinseca rei.

¶ Eorū autem que sunt: quedā dicuntur de subiecto: in subiecto vero nullo sunt ut genera ⁊ species et differentia substantie: que omnia dicuntur substantie vniuersales extēso nomine substantie: ut homo est animal rationale. Dici de subiecto ut hic sumitur est dici sicut superius de inferiore: ut animal de homīe et homo de sorte ⁊ color de albedine. Esse aūt in subiecto est ut hic sumitur secūdū q̄ accidens est in subiecto. Alia vero neq̄ȝ dicūtur de subiecto: neq̄ȝ sunt in subiecto ut indiuidua substātie. Alia vero dicuntur de subiecto ⁊ sunt in subiecto: ut genera ⁊ species aliorū predicamentorū que dicuntur de suis inferioribus: ⁊ sunt in subiecto ut accidēs in subiecto: ut color dicitur de albedine ut de inferiori: et ē in corpore ut in subiecto. Alia vero in subiecto sunt de subiecto autē nullo dicuntur: ut hec scientia est in anima sicut accidens in subiecto ⁊ nō dr̄ de aliquo īferiori: ut iste color ē in subiecto. i. in corpe ⁊ nō dr̄ de subiecto: dis. n. color in corpe ē.

Postq̄ɜ auctor p̄misit diuisionē modorū eēndi in q̄ valet ad cognoscēdū scd̄aȝ diuisionē āt̄predicamētalē hic p̄īter ponit scd̄aȝ diuisionē āt̄predicamētalē dicēs q̄ entiū dicibiliū aliq̄ dr̄ de subō ⁊ ī subō nō sūt: ⁊ alia nec sūt in subiecto nec de subiecto dr̄: alia in subiecto sūt ⁊ de subiecto dicūtur: ⁊ alia in subiecto sunt ⁊ de nullo subiecto dr̄. Cui⁹ diuisiōis sic pōt haberi sufficiētia: q̄r omne ens dicibile ē substātia vel accidēs. Si substātia: hoc ē dupliciter: vel substantia vl'is ⁊ sic est p̄mū mēbrū: vel substātia p̄ticularis: ⁊ sic ē scd̄ȝ. Si accidēs hoc ē dupliciter: vl' accidēs vl'e: ⁊ sic ē tertiū mēbrū: vel accidēs p̄ticulare: ⁊ sic est quartū mēbrū. Et in hac diuisione subdiuidit᷑ scd̄m mēbrū prime diuisiōis antepredicamētalis. s. dicibile incōplexū. nō tn̄ diuidit᷑ hic dicibile incōplexū in tota cōitate eius sed solū dicibile q̄d est ens reale. io ponit. Aristo. in textu p̄dicamētoꝝ in hac diuisiōe eorū q̄ sunt ⁊ nō eorū q̄ dicūtur. Primo sciēdū q̄ dici de subiecto ⁊ esse in subiecto sic differūt inter se: q̄ dici de subiecto ut hic sumitur est supius dici de inferiori. vnde supius eo q̄ dicit eorū esse sui inferioris predicatur de suo inferiori: ⁊ sic capitur hic subiectū nō pro subiecto accidētis sed p inferiori subijcibili alicuius superioris. Sed esse in subiecto est esse in alio ut accidēs in subiecto tanq̄ȝ forma sibi inherēs ⁊ adueniens ei post esse cōpletū. Ad hoc enim q̄ sit accidens requiritur ipsum habere ens cōpletū ante se ad q̄d cadit aut inheret. ⁊ sic capitur hic subiectū pro subiecto accidētis quod est indiuiduū de genere substantie: ⁊ per hoc patet quomodo diuersimode capitur subiectū dicēdo q̄ aliq̄ dicuntur de subiecto: ⁊ dicēdo q̄ aliqua sunt in subiecto q̄r scilicet in primo modo capitur pro inferiori. In secūdo ṽo pro ente cōpleto ⁊ perfecto q̄d est subiectū accidētis. Secūdo sciendū q̄ in primo mēbro hui⁹ diuisionis dicitur q̄ aliqua dicuntur de subiecto ⁊ nō sunt in subiecto: per quod intelligūtur substātie vl'es. ille enim habēt q̄ sint substantie ⁊ q̄ sint vl'es. inq̄ɜtū sunt substātie nō sunt ī subiecto: q̄r propriū est substātie in subiecto nō esse: eo q̄ est ens per se ⁊ nō in alio. Sed inq̄ɜtum sunt vniuersales dicūtur de subiecto: quia habent inferiora sub ipsis. Sed in secūdo mēbro dicitur q̄ quedā nō dicūtur de subiecto nec sūt in subiecto: et per hoc intelliguntur substantie p̄ticulares. Ille enim inq̄ɜtum substātie nō sunt in subiecto. inq̄ɜtū vero particulares sunt nō dicūtur de subiecto: quia nō habēt aliqua inferiora sub ipsis: ⁊ per istos duos modos habetur differentia inter substātias vl'es ⁊ particulares. Tertio sciendū q̄ in tertio mēbro dicitur: alia sunt in subiecto ⁊ dicūtur de subiecto: per q̄d intelligunt᷑ accidētia vl'ia. Illa enim inq̄ɜtū accidētia sunt in subiecto sunt: quia omne accidēs habet esse in subiecto. vnde propriū esse accidētis est inherētia ad subiectū. s̄ȝ inq̄ɜtū vniuersalia sunt dicūtur de subiecto. i. de suis inferioribus. ⁊ cū dicitur in quarto membro. alia sunt in subiecto ⁊ de subiecto nullo dicūtur: per hoc intelligūtur accidētia p̄ticularia: q̄ inq̄ɜtū sunt accidētia sunt in subiecto. inq̄ɜtū vero particularia nō dicūtur de subiecto: q̄r non habēt inferiora: ⁊ istorū modorū siue mēbrorū exempla satis patēt in textu. Quarto sciēdū q̄ substātie particulares ⁊ accidentia particularia diuersimode p̄ticularisantur ⁊ indiuiduantur: quia particulares substantie p̄ticularisantur ⁊ indiuiduantur per materiā que est principiū indiuiduatiōnis: ⁊ sic ille substātie indiuiduātur p aliquid de suo genere. ⁊ quia differūt a suis speciebus p p̄ncipiū indiuiduationis: ideo talia indiuidua de genere substātie p aliq̄d de suo genere a suis vniuersalib⁹ differūt. sed accidētia p̄ticularia p̄ticularisant᷑ p indiuiduationē sui subiecti: q̄r capiunt vnitatē ⁊ pluralitatē nūeralē ab vnitate ⁊ pluralitate sui subiecti. ⁊ quia suū subiectū nō est de suo genere: ideo nō indiuiduantur per aliquid sui generis: nec per aliquid sui generis differūt a suis vniuersalibus sicut substantie indiuidue. Unde ex p̄dictis patet q̄ per hāc diuisionē cognoscitur differētia eorū q̄ ponūtur in p̄dicamēto substātie ab his q̄ ponūtur in p̄dicamētis accidētiū: etiā cognoscitur differentia eorū que ponūtur in p̄dicamento eodē. s. penes vl'e ⁊ p̄ticulare

lare: ⁊ iō habetur ad qd̓ hec diuiſio eſt vtilis. Cōtra predicta arguitur primo: q̄cquid dicitur de ſubiecto eſt in ſubiecto: cū dici de ꝑſupponat eſſe in: ergo nulla dicitur de ſubiecto q̄ nō ſunt in ſubiecto: ut dicitur in ꝑ̄mo mēbro. Secūdo: omne ſubiectū prius eſt illo cuius eſt ſubiectū: ſed inferius nō eſt prius ſuo ſuperiori: ergo nō eſt ſubiectū ſui ſuperioris: ꝑ cōſequēs dici de ſubiecto nō eſt dici de inferiori. Tertio ſic: aliquis hō eſt ſubſtātia ꝑticularis: ⁊ tñ dicitur de ſubiecto .i. de ſuo inferiori ut dicēdo ſortes eſt aliquis hō vbi aliquis homo eſt ſuperius ad ſortē: ergo male dicitur ꝙ ſubſtātia particularis nō dicitur de ſubiecto nec eſt in ſubiecto. Quarto ſic: omne qđ ē in ſubiecto eſt in eſſentia vel eſſe ſubiecti: ſed accidēs vl̄e nō eſt intra eſſentiā ſubiecti: cū nō ſit de eſſentia eius nec de eſſe: cū eſſe rei aliene nature nō ꝑmiſceatur: igitur accidētia vniuerſalia nullo mō ſunt i ſubiecto. Quinto ſic: omnis forma cōicabilis dicitur de ſubiecto hoc eſt de inferiori: ſed accidētia particularia ſunt forme cōicabiles: cū omnis forma ſit cōicabilis: ergo illa accidētia dicitur de ſubiecto qđ eſt ꝯtra quartū mēbrū. Ad primū dicitur ꝙ ſi capiatur ſemꝑ eodē modo ſubiectū: tūc verū eſt ꝙ quicquid dicitur de ſubiecto hoc eſt de inferiori eſt in ſubiecto .i. in inferiori. Sed capiēdo ſubiectum diuerſimode ut accipitur in iſtis mēbris: tūc nō omne qđ dicitur de ſubiecto hoc ē de inferiori ē in ſubiecto accidētꝭ qđ ē ens cōpletū ⁊ perfectū exiſtens actu qđ eſt cauſa ⁊ occaſio alteri exiſtenti in eo: ſicut hō eſt cauſa albedinis exiſtentis in eo. Ad ſcḋm dicitur ꝙ licet ſubiectū accidētis ſit naturaliter prius eo cuius eſt ſubiectū: nō tñ ſubiectū alicuius ſuperioris. ⁊ iſto mō capitur hic ſubiectū in diffinitiōe dici de ſubiecto. Ad tertiū dicitur ꝙ licet aliq̄s hō ꝑ̄dicatiōe ſpeciei ⁊ cōſiderando ipſum ex ꝑte nature cōtracte cōtradicatur de ſorte ut de inferiori: nō tñ ꝑ̄dicatione induuidui: ⁊ cōſiderādo ipſum ex ꝑte ſigni cōtrahētis naturā: ſed hoc mō dicēdo ſor. eſt aliquis hō predicatur idē realiter de ſeipſo ⁊ nō ſuperius de inferiori. Ad quartū dicitur ꝙ licet accidēs nō ſit in eſſentia ſubiecti tanq̄ꝫ principiū eius eſſentie: tñ ꝑ inherentiā dicitur eſſe in eſſentia ſubiecti ex cōſequēti: ut ē in toto cōpoſito ⁊ ſub eſſe ipſius: ſed nō ꝑ ſe ⁊ ꝓ̄mo nō inheret eſſentie vel eſſe ſed toti cōpoſito: licet q̄nq̄ꝫ rōne materie: ⁊ q̄nq̄ꝫ rōne forme. Ad quintū dicitur ꝙ licet omnis forma ſcḋm ſe accepta ſit cōicabilis: nō tñ forma accepta ⁊ induiduata ꝑ ſubiectū eius ſed eſt incōicabilis: iō accidēs particulare: eo ꝙ ꝑticulare nō ē cōicabile nec dr̄ de ſubiecto.

¶ Quādo alterū de altero ꝑ̄dicatur ut de ſubiecto: quecūq̄ꝫ de eo q̄d predicatur dicūtur: omnia ⁊ de ſubiecto dicūtur. ut ſortes eſt homo ⁊ hō eſt animal ergo ſor. eſt animal. Diuerſorū generum ⁊ non ſubalternatim poſitorū diuerſe ſunt ſpecies ⁊ differentie: ut animal ⁊ ſcientia q̄ ſunt diuerſa genera. differentie enim animalis ſunt rationale ⁊ irratiōale. diuidit enim ꝑ has differentias. Differentie autē ſcientie ſūt naturale morale ⁊ ſermotionale. Diuidit enim ſcientia per has differentias. Scientiarum enim alia naturalis alia moralis: alia ſermotionalis.

Poſtq̄ꝫ auctor ſuperius poſuit duas diuiſiones valētes ad cognoſcēdū differētias dicibiliū inter ſe tam ponibiliū in ꝑ̄dicamēto q̄ꝫ nō ponibiliū. Hic cōſequēter ponit duas regulas anteꝑ̄dicamētales valētes ad cognoſcēdū ordinē illorū q̄ in ꝑ̄dicamēto ponūtur. Et q2 prius eſt cognoſcere ordinē dicibiliū reſpectu vnius ꝑ̄dicamenti qđ docetur ꝑ primā regulā q̄ꝫ cognoſcere ordinē ipſoꝝ reſpectu diuerſorum ꝑ̄dicamētorū: qđ fit ꝑ ſcḋaꝫ regulam. iō cōuenienter prepōnit primā iſtarū regularū q̄ talis eſt. Quando alterū de altero ꝑ̄dicatur ut de ſubiecto quecūq̄ꝫ de eo quod ꝑ̄dicatur dicūtur omnia de ſubiecto dicūtur: ut ſi ſortes eſt homo et animal ꝑ̄dicetur de hoīe etiā ꝑ̄dicabitur de ſorte. Primo ſciendū ꝙ in iſta regula ꝑ illud qđ predicatur ſiue ꝑ ꝑ̄dicatū intelligitur ſuꝑius habēs modū ꝑ̄dicandi alicuius predicabilis ⁊ ꝑ ſubiectū intelligitur inferius alicuiꝰ ſuꝑioris: adeo ſenſus regule eſt quādo aliqđ ſuperiꝰ ꝑ̄dicatur de ſuo inferiori quecūq̄ꝫ ꝑ̄dicantur eſſentialiter de illo ſuꝑiori etiā predicantur de inferiori eius. Cuius ratio ē q2 ſuperius actualiter includitur in ſuo inferiori: iō quecūq̄ꝫ inſūt tali ſuꝑiori ⁊ de ipſo ꝑ̄dicantur eſſentialiter ſunt etiā actualiter in ſuo inferiori: ⁊ de illo actualiter ꝑ̄dicantur ⁊ ſi ꝑ̄mū ſuꝑius eēntialiter ꝑ̄dicetur de ſuo inferiori etiā ſua ſuꝑiora ꝑ̄dicabuntur eſſentialiter et ſi accidētaliter etiā ſua ſuꝑiora ꝑ̄dicabūtur accidentaliter de ſuo ſubiecto ⁊ ꝑ hoc patet ꝙ iſta regula valet ad cognoſcēdū ordinē dicibiliū in vna linea ꝑ̄dicamētali: ⁊ quomō de ſe omnia ſuꝑiora alicuius generis ſunt ſuperiora ſuarum ſpecierū ⁊ etiā que ꝑ̄dicabilia poſſunt de ſe inuicē predicari. Scḋo ſciēdū ꝙ ſcḋm iſtā regulā debēt obſeruari due cōditiones. Prima eſt: ꝙ prima propoſitio ſit directa ⁊ ordinata ſiue ſit ibi eſſentialis ꝑ̄dicatio ſiue accidētalis oportet enim ibi aliquod ſuperius ꝑ̄dicari ſcḋm ordinē alicuius quādo q2 predicabiliū. Scḋa cōditio eſt: ꝙ in ſcḋa ꝓpoſitiōe ſit ꝑ̄dicatio eſſentialis ⁊ directa defectu cuiꝰ hic nō arguitur ꝑ regulā homo eſt animal animal eſt aſinꝰ ergo homo eſt aſinus: quia in ſecūda ꝓpoſitione nō eſt eēntialis predicatio: cū inferius nō predicetur eſſentialiter de ſuo ſuꝑiori: quod tñ hic requiritur ꝓpter hoc ꝙ reducēdo talem ordinē ad ſillogiſmū ſcḋa ꝓpoſitio ſit maior in prima figura ⁊ illa debet eſſe vniuerſalis ſemper actualiter vel virtualiter: ⁊ non eſſet virtualiter vniuerſalis niſi eſſet ibi predicatio eſſentialis. ⁊ tenet etiā iſta regula in negatiuis ſuppoſito tamen ꝙ prima propoſitio ſit affirmatiua quā oportet fieri minorē in prima figura ⁊ in ſecūda ꝓpoſitione predicatum negatur eſſentialiter de predicato prime. vnde ſequitur ſortes eſt homo. homo nō eſt aſinus: ergo ſortes non eſt aſinus. Tertio ſciendū: ꝙ ſcḋa regula antepredicamētalis talis eſt. Diuerſoꝝ generū ⁊ nō ſubalternatim poſitorū diuerſe ſunt ſpecies ⁊ differentie. Cuius ratio eſt: quia ſpecies ⁊ differentie alicuius generis eſſentialiter deſcendunt a ſuo genere. ⁊ dicunt eādē eſſentiam cū ipſo. ſed diuerſa gn̄a eēntialiter differunt: ergo ſpecies ⁊ differentie includūt eſſentias oppoſitas illorū generū: ⁊ ꝑ cōſequens diuerſoꝝ generuꝫ ⁊ nō ſubalternatim poſitorū diuerſe ſunt ſpecies ⁊ differentie. ⁊ ꝑ hoc patet ꝙ iſta regula valet ad ſciendū quomō ſub diuerſis ꝑ̄dicamētꝭ debēt ordinari diuerſe ſpecies ⁊ quomodo eſſentie predicamentorum ſunt impermixte. Quarto ſciendum ꝙ genera ſubalternatim poſita dicūtur quorum vnū eſſentialiter eſt ſub alio ſicut corpus ⁊ animal. ⁊ ꝑ oppoſitū illa dicūtur nō ſubalternatim poſita: quorū vnū nō cōtinetur ſub alio eſſentialiter: ut ſunt ſubſtantia ⁊ q̄litas ⁊ in hac regula dicitur nō ſubalternatim poſita ad differentiam generū ſubalternatim poſitorū. quia ipſorum poſſūt eſſe eedē ſpecies ⁊ differētie: ſicut ſpecies animalis ſunt ſpecies corporis ⁊ etiā ſubſtātie: licet nō ſint immediate reſpectu illorū generū. ⁊ ſimiliter differētie animalis ex cōſequēti ſūt differētie coordinatiōis ſubſtātie. ſed genera poſita nō ſubalternatim nō poſſunt ex conſequēti habere eaſdem differētias nec ſpecies propter cauſam prius dictā. Contra ꝑ̄dicta primo arguitur ſic. nō ſequitur ſortes eſt hō: hō ē ſpecies: igitur ſortes eſt ſpecies. ⁊ tamē ibi arguitur ꝑ primā regulā: ergo illa nō eſt bene aſſignata. Secūdo ſic. nō ſequitur ꝑ illam regulam hō eſt albus: albū eſt accidēs: ergo hō eſt accidēs. et tñ arguitur ſcḋm cōditiones regule prime: ergo nō eſt ſufficiēs. Tertio ſic. ſubſtātia ⁊ quātitas ſūt diuerſa genera: ⁊ tñ corpus eſt ſpecies vtriuſq̄ꝫ: ergo male dicitur in ſecunda regula: diuerſorū generum diuerſe ſunt ſpecies. Quarto ſic. animal ⁊ ſciētia ſunt diuerſa genera nō ſubalternatim poſita: ⁊ tamen ipſorum eſt eadem differentia. ſ. rationale qđ eſt differentia hominis: q2 diuidit animal ⁊

etiam sciētiā q: scia diuidit' p sciam rōnalem ꝛ realē:ergo di uersorū generū nō sūt diuerse differētie. Quinto sic. In tellectiuū est differentia hominis ꝛ etiā angeli: ꝛ tamē homo et angelus non continent' sub eodē genere: sed sub diuersis:quia homo continetur sub corpore:et angelus ē sub stātia incorporea: ergo diuersoꝝ generū est eadē differētia.

Ad primū istoꝝ dicitur: q: ibi non arguitur per regulam:quia in hac propositiōe:homo est species:non est predicatio essentialis:quia intentiones secunde non predicantur de primis essentialiter:sed accidentaliter solum eo q: dicunt respectus accidentales qui accidunt rebus prime intētionis. ꝛ eodem modo diceretur de illa: homo est substantia:substantia est genus:ergo homo est genus: ꝛ sic de aliis.

Ad secundū dicitur q: albū in predicato prime propositionis: ꝛ in subiecto secunde differenter tenetur. quia in prima albū tenetur cōtractū ad subiectū secundū q: dicit totū esse eius. In secunda vero tenetur sub propria ratione eius ꝛ non in quantū dicat esse per respectū ad suū subiectū: ideo in illa secunda propositione non predicat' aliqd de p̄dicato prime formaliter accepto:sicut tenebatur in prima. ideo nō arguitur per primā regulā: sed cōmittitur fallacia accidentis. Ad tertiū dicitur:q: corpus non est spēs substantie ꝛ quātitatis capiēdo corpus vniuoce: sꝫ capiēdo equiuoce tantū. q: prout corpus ē substātia que potest suscipere tres dimensiones est spēs substantie: ꝛ secūdū q: importat actu illā dimensionē.s.longitudinē:latitudinē ꝛ profunditatē est species quātitatis ꝛ si tenetur equiuoce nō ē vna spēs sed diuerse. Ad quartū dicitur: q: rōnale non ē eadem differētia ut est differentia animalis ꝛ scientie: q: non tenetur vniuoce sed equiuoce. q: secundū q: dicit formam qua possumus vti rōne ē differētia animalis: ꝛ scd̄m q: dicit scientiā q̄ est de ente rationis est differentia scie. Ad quintū dr̄: q: intellectiuū nō repit' equalr in hoie ꝛ in āgelo. nec sūt itellect⁹ hois ꝛ āgeli i eqli gradu pfectiōis:cū itellect⁹ āgeli sit pfectioꝛ eēntialr intellectu hois: ꝛ iō itellectiuū dr̄ d̄ ipsis analogice ꝛ non vniuoce:iō nō est differētia eadē.

¶ Capitulum de predicamētis.

Orū que secūdū nullā complexionē dicūtur. Singulū aut significat substātiā aut quātitatē aut qualitatē:aut ad aliquid:aut ubi: aut qñ: aut situm esse siue positionē: aut habere siue habit⁹ :aut facere siue agere :aut pati. Est autē substātia ut exēplariter dicatur: ut homo equus:q̄ntitas ut bicubitū tricubitū:qualitas ut albedo nigredo : ad aliquid ut duplū triplū. vbi vero ut in loco. quādo aūt ut heri cras. situs ut iacere sedere. habitus ut calciatum esse:armatū esse:facere ut secare vrere. pati ut secari vri.

Postq̄ꝫ auctor determinauit de antepredicamentis q̄ necessario requirunt' ad cognitionē predicamentoꝝ. Hic consequēter incipit determinare de predicamentis. et quia cognitio generalis ꝛ confusa precedit in nobis cognitionē specialē ꝛ distinctā:ideo determinat de ipsis in generali priusq̄ꝫ in speciali premittens talē diuisionē. Eorū que dicuntur fm̄ nullā cōplexionē. i. vnūquodq̄ꝫ dicibiliū incōplexorū singulū aut significat substātiā aut q̄ntitatē aut qualitatē aut ad aliqd: ꝛ sic de aliis. ꝛ de qlibet istoꝝ satis patet exēplariter:vn pꝫ q: ista diuisio nō ē vnū anpredicamentū . q: precedit determinationē predicamētoꝝ. sꝫ determinat de predicamētis in generali distinguēdo ipa ꝛ exēplificādo de quolibet ipsoꝝ. Primo sciendū: q: dicibile incōpletum accipitur dupliciter . vno modo pro oī illo qd̄ significatur per vnā vocē incōpletā:ut capitur in p̄ma diuisione antep̄dicamētali:isto mō non capitur hic q: multa dicibilia hoc modo incōpleta sunt q̄ nō ponunt' in aliq̄ predicamēto ut chymera ꝛ multa alia entia rōnis. Alio mō capitur spālit solū pro dicibili incōpleto ordinabile in genere : ꝛ hoc modo sumitur dicibile in ista diuisiōe fm̄ q: significat substantiā quātitatē ꝛc. ꝛ per hoc q: dicit significat: dat intelligere q: hic nō cōsiderant' res sub rōne entis: nec hō ordinatur in predicamētis . Sed cōsiderant' ille voces per quas res significantur: ꝛ sub tali cōsideratiōe ordinantur res in p̄dicamēto. Secūdo sciēdū ē: q: ad hoc q: aliqd sit ordinabile in genere quattuoꝛ ꝯditiones reqruntur . Prima ē:q: tale dicibile sit vnū formaliter ꝛ virtualiter. q: si eēt equiuocū: essent plura dicibilia: ꝛ posset ordinari in diuersis ordinib⁹ siue in diuēsis p̄dicamētis : ꝛ ꝓpter hoc equoca ut eq̄uoca sūt nō ordinant' in p̄dicamēto . Secūda cōditio ē:q: tale dicibile sit incōplexū. q: si eēt cōplexū fm̄ diuersas ptes eius eēt in diuersis predicamētis vel in diuersis locis eiusdē ordinis:sicut patet de diffinitiōe. gen⁹ eni ponitur in recta linea. differētia vero in linea laterali. ꝛ ꝓpter hāc rōnem cōplexa nō ponunt' in genere fm̄ se ut cōplexa sunt:sed fm̄ suas ptes solū vel in quātū sumunt' pro vno incōplexo. Tertia conditio est q: tale dicibile sit ens reale: ꝛ q: hēat ordinē certū in rebus: ꝛ propter hoc entia rationis: ut chymera ꝛ hircoceruus ꝛ similia non ponunt' in predicamētis. Quarta conditio est: q: tale dicibile sit vniuersale vel particulare: quia ordinatio scd̄m sub ꝛ supra fit secundū rōnes vniuersalis vel particularis:sic q: particulare ponitur sub: ꝛ vniūsale supra. ꝛ propter hoc deus non ponitur in predicamento. nō eni est vniuersalis: q: nō pōt esse plures dii: nec pticularis cū non habeat aliquid super⁹ vniuocū: ꝛ per hoc patet q: id qd̄ diuiditur in p̄nti diuisione est dicibile incōplexū ordinabile in genere. Tertio sciēdū q: hui⁹ diuisionis sic habetur sufficiētia. q: omne dicibile ordinabile in genere vel dicit ens per se vel in alio: si primū sic est substantia: si scd̄m hoc est dupliciter: vel est ens absolutū vel respectiuū. si absolutū hoc est duplr̄ vel cōsequitur substantiā grā materie ꝛ sic ē quātitas. vel grā forme sic est qualitas. si respectiuū hoc est duplr̄ vel sumitur a respectu substantie ad aliqd extrinsecū vel a respectu alicui⁹ extrinseci ad substātiā: si primū hoc est dupliciter vel dicit respectū ptiū substātie ad suum totū ꝛ ad locū ꝛ sic est situs . vel dicit respectū simplicē substātie ad aliqd extrinsecū: ꝛ hoc ē tripliciter : q: vel orit' a forma ꝛ sic est actio: vel oritur a materia ꝛ sic ē passio: vel a toto cōposito ꝛ sic est ad aliqd. Si vero dicat respectū extrinseci ad substātiā hoc ē dupliciter : vel tale extrinsecū est adiacēs et applicatū simul ꝛ sic ē habitus: vel adiacēs tantū ꝛ hoc est dupliciter: vel adiacet rei in motu ꝛ sic est qñ: vel in q̄ete ꝛ sic est vbi ꝛ per hoc habetur q: tm̄ decē sunt predicamēta. Quarto sciendū: q: p̄dicamētū ē gen⁹ generalissimū respectu alicui⁹ coordinatiōis: vel est ipsa tota coordinatio: ꝛ dr̄ predicamentū de predicari ꝛ metioꝛ metiris : q: est mēsura oīm alioꝝ que sunt in tali genere : vel etiā q: in se vel sub se colligit oīa p̄dicata eiusdē generis: ꝛ sicut pꝫ in diffinitiōe predicamēti p̄dicamentū pōt accipi duplr̄ : ꝛ vtroq̄ꝫ mō tm̄ decē sunt p̄dicamenta. q: si sumat' primo mō pro genere generalissimo tm̄ decē sunt genera generalissima: ꝛ q: coordinationes p̄dicamētales distinguūtur per generalissima q̄ sunt p̄ma p̄ncipia formalia illarū coordinationū. igit' si scd̄o mō sumat' ꝓ tota coordinatione erūt decē predicamenta solū. Sꝫ ꝯtra p̄dicta arguitur. Primo sic ens est dicibile ꝛ incōplexū ꝛ silr̄ res aliqd vnū verū bonum que sunt trāscēdētia ꝛ tñ non ponunt' in aliq̄ predicamēto cū eis sit cōmunius q̄libet predicamento ergo ista diuisio nō valet. Secundo sic: deus est in predicamento ꝛ tñ nō est in aliq̄ istoꝝ: ergo diuisio mala : antecedēs patet quia oē particulare dicibile incōplexū ponit' in p̄dicamento: sed deus est quoddā pticulare cū sit vnū ens in numero: sed vnū in numero ꝛ pticulare idē sunt ergo. Tertio sic. genus et species sunt dicibilia incōplexa ꝛ tamen nō ponūtur in aliquo istoꝝ predicamentoꝝ igitur. Quarto sic:

isti termini incomplexi propositio et oratio sunt dicibilia incomplexa et ordinabilia in genere quia propositio est species respectu orationis et tamen non sunt in aliquo istorum predicamentorum. Quinto sic: materia est dicibile incomplexum et ens reale et sibi conueniunt conditiones ordinabilium et tamen non ponitur in aliquo istorum ergo non sufficienter enumerantur hic predicamenta. Ad primum istorum dicitur: quod licet ens ex parte vocis sit vnum dicibile quodammodo: tamen ex parte significatorum eius non est vnum dicibile sed multa dicibilia: quia ipsum acceptum in communi non est vniuocum igitur non ponitur in aliquo vno predicamento sed secundum diuersa significata eius ponitur in diuersis predicamentis: similiter dicendum est de alijs transcendentibus. Ad secundum dicitur: quod licet deus sit vnus in numero quia est indiuisibilis: non est tamen quoddam particulare quia particulare dicitur partem alicuius totius: deus autem sub nullo toto continetur: et licet vnum in numero et particulare in aliquo sunt idem realiter tamen non sunt idem formaliter sed differunt ratione ut dictum est.

Ad tertium dicitur quod licet genus et species de materiali significato eorum dicant ens reale aliquod: tamen quantum ad sua formalia significata important entia rationis a quibus sumuntur intentiones secunde: et illi respectus non sunt entia realia: ideo genus et species non ponuntur per se in predicamento. Ad quartum dicitur: quod licet isti termini propositio et oratio ex parte vocis sint dicibilia incomplexa tamen ex parte significatorum sunt dicibilia complexa: et quia hic non considerantur voces tantum sed capiuntur voces pro rebus significatis: ideo propositio et oratio et alia que important dicibilia complexa non sunt in predicamento: ideo male ponit Buridanus vndecimum predicamentum scilicet signi ad reponendum omnia ista signa vel entia rationis. Ad quintum dicitur: quod licet materia sit ens reale reductiue et per modum principij: non tamen est ens completum: ideo per se non ponitur in predicamento: sed bene ponitur reductiue in predicamento substantie: et per modum principij substantie corporee eo modo quo ipsa est ens.

Capitulum de substantia.

His habitis dicendum est de vnoquoque ipsorum predicamentorum. et prius de substantia cum sit prior alijs predicamentis. Substantia diuiditur per primam substantiam et secundam. Substantia autem prima est: que proprie et principaliter et maxime substare dicitur. Siue prima substantia est que neque de subiecto dicitur neque in subiecto est: ut aliquis homo et aliquis equus.

Postquam auctor determinauit de decem predicamentis in generali. Hic consequenter determinat de ipsis in speciali: et quia substantia est prior accidentibus natura diffinitione et tempore: et est causa omnium accidentium in triplici genere cause scilicet efficientis materialis et finalis: et causa naturaliter precedit suum effectum, ideo prius auctor determinat de substantia quam de accidentibus: ipsam primo diuidens per primam et secundam substantiam. Cuius diuisionis sic habetur sufficientia. quia omnis substantia vel per se primo substat accidentibus ut substantia particularis: et sic est substantia prima. vel secundario substat accidentibus ut substantia vniuersalis: et sic est secunda substantia. et per hoc patet quod non sunt ponende tres aut quattuor substantie: sed solum due. scilicet prima et secunda: eo quod omnis substantia vel est particularis vel vniuersalis: sed omnes vniuersales substantie secundum substant accidentibus per hoc quod sunt in primis: particulares vero primo et per se substant. Primo sciendum quod substantia tripliciter accipitur. Uno modo ut est prima et perfectior pars entis: et sic est de consideratione methaphisici. Secundo modo ut est genus et principium primum omnium substantiarum: ad quod omnes alie reducuntur. Tertio modo accipitur ut est primum subiectum omnium accidentium: et istis duobus modis consideratur a logico. principalius tamen ut est subiectum accidentium quam distinguuntur inter se secundum diuersos modos predicandi de prima substantia. ideo hic conuenientius diuiditur per primam et secundam in quantum est subiectum accidentium et diuersimode substat ipsis quam diuideretur sub ratione generis in suas species. Secundo sciendum: quod nomen substantie a duobus sumitur. Primo modo a per se essendo: et sic sumitur a proprio esse substantie: quod est esse per se et absolutum: et hoc modo substantia vniuoce dicitur de omnibus substantijs: et est genus ipsarum. Alio modo sumitur a substando: et sic sumitur ab esse respectiuo substantie quo est in potentia ad substandum accidentibus. et isto modo substantia prius dicitur de substantijs particularibus que principaliter substant accidentibus quam de substantijs vniuersalibus que secundario substant: et quia hic diuiditur substantia in quantum habet substare accidentibus: et ut sic per prius dicitur de primis substantijs quam de secundis: ideo ista diuisio est diuisio analogi in sua analogata. et hinc est quod per prius substantia diuiditur quam diffiniatur: quia equiuocum prius est diuidendum quam diffiniendum. Tertio sciendum. quod substantia prima vno modo sic diffinitur. Prima substantia est que proprie et principaliter et maxime substare dicitur. in qua diffinitione per illud relatiuum que subintelligitur substantia loco generis diffiniti: et ponitur proprie ad differentiam accidentium in quibus licet vnum aliquo modo substet alteri sicut superficies albedini. tamen hoc non est proprie et tanquam subiectum principale et per se subsistens sicut prima substantia. deinde ponitur principaliter ad differentiam secundarum substantiarum que minus principaliter et secundario substant accidentibus. Tertio ponitur maxime ad differentiam specierum de genere substantie que magis principaliter videntur substare quam genera: sed adhuc prima substantia pluribus substat quam illa species: quia quibuscumque substat species substat indiuiduum et vltra hoc ipsi speciei. et ponitur substare ad explanandum esse substantie quod est susceptiua accidentium. Quarto sciendum: quod aliter diffinitur prima substantia que est que nec in subiecto est nec de subiecto dicitur ut aliquis homo aliquis equus: in qua diffinitione subintelligitur genus diffiniti. scilicet substantia. Deinde dicitur que nec est in subiecto ad differentiam accidentium que sunt in subiecto. deinde ponitur nec de subiecto dicitur ad differentiam secundarum substantiarum que licet non sint in subiecto tamen de subiecto dicuntur. Prima enim substantia habet quod sit substantia et quod sit prima: in quantum enim substantia conuenit cum secundis substantijs et sibi conuenit non esse in subiecto: quia hoc est commune omni substantie. sed in quantum prima est non habet inferiora sub se nec dicitur de subiecto: et per hoc differt a secundis substantijs: et in ista diffinitione exemplificatur per indiuiduum vagum ut aliquis homo aliquis equus magis quam per indiuiduum determinatum eo quod indiuidua determinata ut determinata sunt per conditiones indiuiduantes sunt ab arte relinquenda: et per hoc patet diuisio substantie et diffinitiones primi membri eius. Sed contra predicta arguitur primo: vbi est equalitas ibi non est primum et secundum. sed substantia equaliter dicitur de ambabus substantijs cum sit genus ipsarum: ergo male hic diuiditur per primam et secundam. Secundo sic: vnum membrum huius diuisionis predicatur de alio: quia secunda predicatur de prima: ergo prima et secunda non opponuntur ergo ista diuisio non datur per opposita.

Tertio sic. materia prima principaliter substat quia substat forme substantiali et prima substantia solum substat accidentibus et tamen non est prima substantia ergo illa diffinitio conuenit alijs a diffinito. Quarto sic: omnis passio que realiter conuenit pluribus indiuiduis conuenit ipsis realiter ratione alicuius communis in quo conueniunt: sed substare est passio communis omnibus substantijs primis: ergo conuenit ipsis ratione alicuius superioris ipsarum: sed tale superius non est nisi secunda substantia: ergo substare per prius conuenit secunde substantie et principalius quam prime. Quinto sic: diffinitio prime substantie solum datur per negationem: ergo non sufficienter naturam diffiniti explicat: ergo non est sufficiens. Ad primum dicitur: quod licet substantia ut dicitur a per se essendo dicatur equaliter de omnibus substantijs et vniuoce: tamen non ut dicitur a substando et isto modo diuiditur hic.

Ad secundū dr̄: ꝙ licet scḋa substātia ⁊ prima secundū
id quod sunt non opponātur ⁊ secunda predicetur de pri-
ma: tñ s̄m rōnem primi ⁊ scḋi opponūtur ⁊ sic sunt mēbra
diuisiōis. Ad tertiū dr̄: ꝙ lꝫ materia prima ꝓprie ⁊ pri
cipalr̄ subsistet respectu forme substātialis: nō tñ respectu ac-
cidentiū: sꝫ totū cōpositū principalr̄ substat accidētibus et
materia ⁊ forma nō substant ipsis nisi ex consequēti in q̄n-
tum sunt in toto cōposito: ⁊ de tali substare accidentib⁹ so
lum intelligitur in ista diffinitiōe. Ad q̄rtū dicitur: ꝙ lꝫ
substare per prius cōueniat scḋe substātie. s. substātie in cō-
muni sicut cause ⁊ forme a qua prouenit talis passio: non
tñ sibi primo ꝯuenit tāq̄ꝫ subiecto: sꝫ istud per prius conue-
nit prime substātie q̄ est ens seu subiectū cōpletū seu subsi-
stēs per hoc ꝙ nō ē in alio ⁊ ꝙ est vltima. Ad quintū
dr̄: ꝙ in scḋa diffinitiōe prime substātie lꝫ ponantur due ne
gatiōes tñ ponunt̄ ad explicādū aliquā affirmationem: ubi
enī explicat̄ ꝙ prima substātia ē prima in substādo ꝑ hoc
q̄ nō est in alio: ⁊ ꝙ ē vltima in ꝑdicando per hoc ꝙ non
dicitur de subiecto idest de inferiori. et etiam prima pars dif
finitionis est affirmatiua.

¶ Secunde substātie sunt spēs in quib⁹
sunt prime substātie: ⁊ harū spērū genera
ut hō ⁊ aial. Est enim aliquis hō in hoīe
vno genere eēndi. i. in vniuersali. s. qui hō
est spēs sicut hō in aiali q̄ ē genus. Indi
uidua substātie dicūtur prime substantie
q̄ primo substāt alijs. genera vero ⁊ spe
cies eorū dicuntur secūde substātie: q̄ se-
cundo substant. Aliquis autē homo dici-
tur grāmaticus ⁊ currens: ⁊ ita homo di-
citur grāmaticus ⁊ currēs ⁊ aial ⁊ substā
tia. Itē ea q̄ dicuntur de subiecto omnia
predicant̄ noīe de rōne: ut homo de sorte.
Eorū vero que sunt in subiecto ut in plu-
ribus inuenit̄: quorū neqꝫ nomē de subie
cto neqꝫ rō predicat̄ ut hec albedo: ⁊ hoc
albū. In aliquib⁹ aūt nomē nihil prohi-
bet predicari aliq̄n de subiecto: rōne vero
impossibile ē: ut albū de subiecto ꝑdicat̄.
rō vero albi nunq̄ꝫ de subiecto ꝑdicatur.

Postq̄ꝫ auctor supius determinauit de ꝑmo mēbro di-
uisiōis substātie. s. de primis substātijs. Hic ꝯsequenter de-
terminat de scḋo mēbro. s. de secūdis substātijs dicēs: ꝙ se-
cūde substātie sunt vlīa ut genera ⁊ spēs in q̄b⁹ sunt prime
substātie. ⁊ dicunt̄ substātie vlēs secūde: eo ꝙ tales substā-
tie secūdario substāt accidētib⁹ nō primo ⁊ per se sicut sub-
stātie pticulares. Cui⁹ rō ē: q̄ accn̄s fluūt imediate a princi
pijs īdiuidui: ⁊ substātie vlēs nō includūt p̄ncipia indiuidui
ideo nō primo substāt accidētib⁹: sꝫ solū ex cōsequēti inq̄ꝫtuꝫ
hn̄t eē in primis substātijs. Primo sciēdū ꝙ substantie
vlēs dupliciter ꝯsiderant̄. vno mō q̄ꝫtū ad eē eēntie ipsarū
⁊ q̄ꝫtū ad hoc q̄ ē per se eē: ⁊ hoc modo sunt priores substā
tijs pticularib⁹: eo ꝙ sunt cause formales ipsarū ipsis dātes
eē nomē ⁊ rōnē. Alio mō ꝯsiderant̄ s̄m eē existētie: ⁊ quā
tū ad hoc ꝙ ē substare accidētib⁹: ⁊ hoc mō substātie ptricu
lares ꝑcedūt vlēs. cui⁹ rō ē q̄ substātie vlēs nō hn̄t eē existē
tie nec substare accidētib⁹ nisi ex ꝯsequēti ⁊ s̄m eē q̄ hn̄t i
primis substātijs. ⁊ iō substātie vlēs q̄ꝫtū ad existere et sub-
stare accidētib⁹ dicunt̄ scḋe substātie. Scḋo sciēdū: ꝙ se
cūde substātie diuersimode sunt in ꝑmis ⁊ prime i scḋis. ꝑme

enī sunt in scḋis virtualr̄ ⁊ potētialr̄ sicut ps toti⁹ vni
uersal' est in toto vlī: ⁊ inferi⁹ in suo supiori. sꝫ scḋe substan
tie sunt in primis actu ⁊ intellectu: q̄ sunt de intellectu ⁊ es
sentia primarū substātiarū ⁊ solū hn̄t eē existētie in primis
substātijs. nō tñ capiūt illud eē existētie a primis substātijs
sꝫ in genere cause efficiētis ⁊ finalis causant̄ a causis extrin-
secis sicut a prima causa ⁊ a natura. sed in genere cause for-
malis hn̄t a seipsis sicut sunt forme quedaꝫ ⁊ non habent
ipsuꝫ ab alia causa formali: ⁊ i genere cause materialis quo
dāmodo: ⁊ secundum quid accipiūt esse a primis que sunt
materia in qua respectu ipsārum secundarū substantiarū.
Tertio sciendū: ꝙ ea que dicuntur de subiecto. s. superi-
ora aliquorꝫ inferiorꝫ ⁊ ea que sunt in subiecto scilicet acci-
dētia diuersimode predicantur de suis subijcibilibus: quia
supiora predicant̄ de suis inferiorib⁹ nomie ⁊ rōne. ⁊ causa
est q̄ illud dr̄ predicari s̄m nomen cuius nomen de aliquo
ꝑdicatur seu verificatur: ⁊ illud dr̄ ꝑdicari rōne cui⁹ diffini
tio vel essentia includit̄ eēntialr̄ in inferiori: sed omne supe
rius s̄m nomē eius verificat̄ de inferiori ⁊ includitur eēntia
lr̄ in diffinitiōe sui inferioris: ⁊ etiā diffinitio eius cōuenit
suo inferiori: ideo omne supius essentiale predicat̄ nomie ⁊
rōe de suis inferiorib⁹: ⁊ sic predicatur vniuoce: sꝫ accidētia
aliq̄ nec noīe nec rōne de subiecto ꝑdicant̄ ut albedo ⁊ ni-
gredo. Alia vo noīe ꝑdicant̄: sꝫ nō rōne sicut albū vl' nigrū
⁊ sic solū ꝑdicant̄ denoīatiue de suis subiectis. Quarto
sciēdū ꝙ duplex ē accidēs quia quoddam est accidēs abstra
ctum q̄ iportat formā accidētalē s̄m se ⁊ nō secūdū inherē
tiā ei⁹ ad subiectū ut albedo. ⁊ tale accidens nullo modo de
subiecto ꝑdicat̄: q̄ oē illud q̄ de alio predicatur debet di-
cere totū eē eius: sed accidēs abstractū nō dicit totū esse sui
subiecti sed importat̄ cū precisione subiecti ⁊ sine inherēn-
tia ad ipm̄: iō nō ꝑdicatur de subiecto nec noīe nec ratione.
Aliud ē accidens cōcretum q̄ iportat formā cū inherētia
ad subiectū: ⁊ tale de subiecto predicat̄ noīe sꝫ nō ratione.
Cui⁹ cā est: q̄ ꝑdicari rōne est eēntialr̄ includi in rōne alte
rius: modo accidēs cōcretū non predicat̄ eēntialiter de suo
subiecto: nec includit̄ eēntialiter in rōne sui subiecti: iō non
predicat̄ de ipso s̄m rōnē ⁊ per hoc cognoscit̄ dr̄ia secūda-
rū substātiarū ⁊ accidētiū respectu prime substātie: secunde
enī substātie predicant̄ de ipsis vniuoce: accidētia vo denoīa
tiue tñ per hoc etiā cognosci pōt q̄d est esse in subiecto ⁊ q̄d
dici de subiecto q̄ in diffinitiōe prime substantie ponuntur.
Cōtra predicta arg. ꝑmo sic: substātie scḋe substāt secū-
dario accidētib⁹: sꝫ substātie vlēs nō substāt accidentibus
cū accidēs solū i indiuiduis sit ⁊ solū fluat a principijs indi-
uidui: ergo substātie vlēs non sunt secūde substātie. Se-
cūdo sic: substātie vlēs sunt priores pticularib⁹ ⁊ per prius
ꝯuenit eis rō substātie. s. per se eē q̄ꝫ indiuiduis ergo substā
tie vlēs debēt dici prime ⁊ nō pticulares. Tertio sic: gen⁹
generalissimū dr̄ de subiecto. s. de suis inferiorib⁹ ⁊ tñ non
predicat̄ rōne q̄ nō hꝫ diffinitionē ergo nō oē supius pre-
dicatur noīe ⁊ rōne de inferiori. Quarto sic: oīs forma
dās eē alteri dat etiā nomē sibi ⁊ predicatur noīe de ipo: sꝫ
accidēs abstractū ē forma dās eē suo subiecto. ergo s̄m no-
mē de subiecto ꝑdicat̄. Quinto sic: de q̄cūqꝫ predicatur
diffinitū predicatur ⁊ diffinitio: ergo si accidēs cōcretū pre-
dicat̄ de subiecto: ergo ⁊ diffinitio ei⁹: ⁊ per cōsequēs predi
catur noīe ⁊ rōne sit. Ad ꝑmū istorꝫ dicitur: ꝙ lꝫ substā-
tie vlēs nō primo ⁊ per se substēt accidētib⁹. tñ substāt secū
dario ut sunt in primis substātijs ⁊ accidēs conueniens pri
mis substātijs: etiā cōuenit ex consequenti secundis substā
tijs que sunt in primis. ut quia sortes est albus ex consequē
ti homo dicitur albus ⁊ animal ⁊ substātia. Ad secūdū
dr̄ ꝙ lꝫ substātie vlēs sunt priores primis quātuꝫ ad esse es-
sentie ⁊ quātū ad esse per se: tñ sunt posteriores quantū ad
eē: ⁊ substādi accidētib⁹. Ad tertiū dicitur: ꝙ lꝫ genus
generalissimū non habeat propriā diffinitionē q̄dicatiuam
qua predicetur de suis inferiorib⁹: tñ includitur eēntialiter
in rōne suorꝫ inferiorꝫ. et etiā diffinitio notificās essentiam
eius conuenit ipsis: ideo predicatur nomie ⁊ ratione de su-
is inferioribus. Ad quartum dicitur: ꝙ licet omnis for-
ma designata per modū totius det nomen suo subiecto et

predicetur nomine de ipso non tamen forma designata per modū partis: cū illa non dicat totū esse subiectū: modo acci dēs abstractū designatur per modū partis. Ad quintū dicitur: ꝙ licet diffinitio accidētis cōcreti predicetur de suo subiecto denominatiue sicut ipm̄ accidēs: non tn̄ predicat̄ essentialiter: ideo non predicatur rōne. diffinitio enī debet conuertibiliter ⁊ essentialiter inesse.

¶ Itē secundarū substātiarū magis substantia est species q̃z genus: quia species est propinquior prime substātie q̃z genꝰ: et etiam qꝛ pluribus substat. quibuscūq̃z enī substat genꝰ: eisdē substat spēs et etiā ipsi generi. sed species specialissima equaliter sunt substātie: ut hō equꝰ ⁊ cōsimilia.

Postq̃z auctor determinauit de primis substātijs ⁊ secūdis secundū seipsas diffiniendo ⁊ comparando etiam eas ad inuicem. Hic consequenter cōparat secūdas inter se dicēs ꝙ secundarū substantiarū magis spēs est substantia q̃z genus. Cuius auctor duas assignat rationes. Prima ē: quia secundarū substantiarū illa est magis substantia q̄ ē propinquior prime substātie: cū in omni analogia illud quod est propinquius primo ⁊ magis pricipat rationē analogi. sed spēs est propinquior prime substātie q̃z genus: qꝛ ordinat̄ inter prima substātiā ⁊ suū genus: ergo spēs est magis substantia q̃z genus. Secūda ratio est: quia secundarū substantiarum illa est magis substātia que pluribus substat fm̄ diuersos modos substādi. sed spēs pluribus substat q̃z genus quia substat accidentibus generis: ⁊ cum hoc substat ipsi generi: ⁊ sic substat ut subiectū accidentibus: et generi ut inferius superiori: ideo species est magis substantia q̃z genus.

Primo sciendū ꝙ substantia ut visum est dupliciter cōsideratur. vno modo quantū ad suū propriū esse: quod est per se eē: ⁊ sic sumitur a per se essendo. ⁊ sic vna substantia nunq̃z dicitur magis vel minus substantia q̃z alia. Secundo modo quantum ad esse accidentale quo est in potentia ad substandū alteri: ⁊ hoc modo vna substantia potest esse magis substantia q̃z altera. sed quia tale eē scilicet in potentia ad substandū alteri non est propriū substantie: sed subsequitur suum proprium eē: ideo ipsa in proprio suo eē non intenditur nec remittitur. Ideo propter hoc non debet dici suscipere magis ⁊ minus: sicut etiam dicetur in vna proprietate eius. Secundo sciendū: ꝙ speciē eē propinquiorem prime substantie dupliciter intelligi potest. vno modo ꝙ sit propinquior prime substantie quantū ad eius esse: et hoc modo ipsa non est propinquior q̃z genus: quia in esse prime substantie genus ⁊ species idem sunt essentialiter et sub actu simul: ideo quātum ad tale eē non dicitur species prime substantie propinquior q̃z genus. Secūdo modo potest intelligi ꝙ sit propinquior prime substantie quantum ad modos substandi alijs et hoc modo species est propinquior prime substantie q̃z genus: quia genus habet esse indeterminatū ⁊ confusum. species vero habet eē determinatū per differentiā non secundū numerū: sed secundū speciem prima vero substantia habet eē determinatū secundū numerum: ⁊ sic secundū istum modum essendi species est genere propinquior prime substantie: ⁊ etiam quia species substat accidentibus ⁊ etiam suis superioribus. genus autē in quātum genus non: sed solum substat accidentibus ⁊ non superioribꝰ: ideo quantū ad illud quod est substare alijs magis conuenit species cum prima substantia q̃z genus. Tertio sciendū: ꝙ omnes species specialissime de genere substantie dicuntur equaliter substantie. Cuius ratio est: quia ille substantie que equaliter appropinquant primis substantijs: ⁊ equaliter habent subiecta suis accidentibus sunt eq̄liter substantie. sed omnes tales species specialissime equaliter appropinquant primis substantijs: quia omnes imediate in vnione materiali descendunt ad indiuidua: ⁊ sic species specialissime sunt equaliter substantie. ⁊ licet in analogia membra subordinata inquantum sunt subordinata inequaliter suscipiant rationem analogi: tamen membra nō subordinata int̄ se que solū sunt subordinata vni tertio possunt equaliter suscipere rationē sui superioris. modo species specialissime non sunt subordinate inter se. ideo licet substantia sit quoddam analogū tamen non est inconueniens ꝙ species specialissime equalit̄ dicant̄ substantie. Quarto sciendum ꝙ omnes prime substantie dicuntur equaliter substantie. vnde sortes non est magis substātia q̃z plato vel econtra. Cuius rō est: qꝛ ille equalit̄ dicunt̄ substantie que eq̄ primo substant accidētibus: sz omnes p̄me substantie eque primo substant accidētibus ergo equaliter debent dici substantie. Et licet q̄nq̃z vnū indiuiduū substet pluribꝰ accidentibus q̃z aliud: tn̄ eque primo substat: modo substantia non dicitur magis substātia ꝑpter numerū illorum quibus substat: sz fm̄ ꝙ habet plures modos substandi et perfectiores q̃z alia substantia. Sz cōtra predicta arguitur primo sic: oīs substātia est ens per se sz genus ⁊ species non sunt entia per se: sz solū habēt eē in alio scz in prima substantia: ergo spēs et genus non sunt substātie: ⁊ sic vnū nō ē magis substātia q̃z aliud. Secūdo sic: genus substat pluribꝰ accidentibꝰ q̃z spēs: qꝛ substat oībus accidētibus plurium specierū eius: spēs aūt substat accidentibus vnius speciei: sicut animal substat accidentibus oīm aialiū: homo aūt solum substat accidētibus hominis ergo genus ē magis substantia q̃z species. ⁊ per consequens male dicitur ꝙ spēs est magis substantia q̃z genus. Tertio sic: genus per prius conuenit prime substātie q̃z species: quia sor. fm̄ naturā ē ꝑus animal q̃z sit hō: ergo genus est ꝑpinquius p̄me substantie q̃z spēs ⁊ per consequens male dicitur ꝙ species est sibi propinquior. Quarto sic: genus et indiuiduū in hoc conueniūt qꝛ vtrūq̃z est indeterminatū ⁊ quodāmodo infinitum quia indiuidua variantur in infinitū fm̄ potentiā: ⁊ etiam genus habet de se eē cōfusum: ergo genus magis cōuenit cū prima substantia q̃z species: ergo est sibi ꝑpinquiꝰ. Quinto sic: vna species specialissima est ꝑfectior substantia q̃z alia species sicut homo ē ꝑfectior ⁊ prior ceteris speciebus aialis ergo vna species specialissima ē prior alijs: ⁊ per consequens non sunt equaliter substantie sicut dictū ē. Ad primum dicitur: ꝙ licet species ⁊ genus sint in aliquo sicut superius in suo inferiori: non tamen sunt in alio sicut accidēs in subiecto suo: mō illud qđ est in alio sicut superius in inferiori potest eē ens per se quando suū inferius ē substantia: quia per vnū ⁊ idem eē sunt inferius ⁊ superius in ipso inferiori. vnde cū substantia dicitur ens per se ibi per se non dicit negationē cuiuslibet cause a qua substātia habeat eē. sed solū dicit negationē alicuius entis completi quod sit causa materialis in qua per cuius existentiaz substantia habeat esse. Ad secundū dicitur: ꝙ licet genus quantū ad numerū accidentiū pluribus substet q̃z species non tamen pluribus substat quātū ad plures modos substandi alijs q̃z species: quia species substat alteri ut subiectū accidentibus ⁊ alteri ut inferius superiori. Ad tertiū dicitur: ꝙ licet genꝰ quātum ad viā generationis prius cōcurrat ad esse prime substantie q̃z species: non tamen ē propinquius prime substātie quātum ad modū eēndi eius: nec etiā quantū ad modū substandi alijs: sed illo modo species est propinquior prime substantie ut dictū est. Ad quartū dicitur: ꝙ licet indiuiduū sit indeterminatū q̄ztū ad conditiones accidentales eius que variantur in infinitū: tn̄ quantū ad esse substantiale est determinatū: cū illud eē sit tn̄ vnū in numero genus aūt nō est hoc modo determinatū. Ad quintū dicitur: ꝙ licet vna species sit perfectior alijs quantū ad gradū perfectionis sue nature ⁊ secundū hoc dicatur prior ⁊ perfectior alijs speciebus tn̄ quantū ad modū substādi suis accidē tibus vna non est perfectior alijs: sz hoc modo omnes spēs specialissime de genere substātie dicūtur equalit̄ substātie.

¶ His aūt visis dicēdū ē de cōmunitatibus ⁊ proprietatibus substātie. Cōmune est autē omni substātie in subiecto nō esse

q2 eē in subiecto solū cōuenit accidenti: et hoc patet de primis substantijs per diffinitionē prime substantie. de secundis autē patet inductione et sillogismo. Inductione sic: homo non est in subiecto: equus nō est in subiecto: neqȝ animal: ꝛ sic ꝺ alijs secundis substantijs: ergo nulla substantia secunda est in subiecto. Sillogismo sic. Nihil eorum que sunt in subiecto predicantur nomine ꝛ ratione: sed omnis secunda substantia predicatur nomine ꝛ ratione: ergo nulla secunda substātia est in subiecto. Hoc autē scȝ non esse in subiecto nō est propriū substantie: sȝ etiā conuenit differentie: ꝛ hoc intelligit̄ de differētijs substantie. Neqȝ est instantia de partibꝰ substantie que sunt in suo toto: ꝛ ita videntur esse in subiecto: quia alius est modus eēndi in: ut accidens in subiecto: ꝛ alius sicut pars in suo toto ut prius patuit.

Postq̄ȝ auctor determinauit de substantia ſm se ꝛ quātū ad esse substantiale eius. Hic consequenter determinat de proprietatibus eius: q2 esse substantiale rei debet precedere proprietatē eius cū tale esse sit causa illarū ꝓprietatū: primo ponēs istā proprietatē q̄ cōe est omni substātie in subiecto nō esse. Et istiꝰ proprietatis rō est: q2 nullū ens per se ē in subiecto per cuius esse subsistet. q2 tunc non eēt ens per se sed ens in alio: vñ esse in alio solū cōuenit accidentibus sed omnis substantia est ens per se: cum hec sit diffinitio eius: ideo conuenit oī substantie in subiecto non esse. Primo sciendum: q̄ per id quod dicitur: cōmune est omni substātie in subiecto non esse: non intelligit̄ pura negatio: sȝ ista negatio fundatur in affirmatione: ꝛ dat intelligere vnā affirmatiuā. s. q̄ ꝓpriū est substātie eē per se ꝛ nō eē in subiecto. vnde in tali eē duo sunt ſm rationē. s. esse per se: qui est modus eēndi substātie. ꝛ negatio modi accidentis: qui modus est eē in alio: ꝛ licet eē per se nō sit proprietas substātie: q2 non cōsequit̄ suū eē completū: sed est ipsum eē: tamē negatio modi essendi accidētis bene ponit̄ proprietas substātie: q2 consequitur rationē substantie licet nō distinguat̄ realiter a tali eē. ꝛ per hoc patet q̄ ista proprietas non cōuenit chymere necentibꝰ rōnis: q2 licet non sint in subiecto: tñ non habent eē quod presupponitur in ista proprietate. Secundo sciendū: q̄ ista proprietas cōuenit tam primis substantijs q̄ȝ secundis. de primis patet per suā diffinitionē ꝛ de secundis per inductionē. ꝛ sillogismū in textu: que probatio satis clara est. Aliter etiā probatur: quia eē in subiecto ut accidens: non est esse in alio tanq̄ȝ forma adueniens sibi post eius eē completū. sed secunde substantie non adueniunt primis post eē earum completū: cum sint cause formales dantes esse primis substantijs: ideo secunde substantie non sunt in subiecto. Tertio sciendum: q̄ substantia dupliciter accipitur. vno modo generaliter pro omni illo quod importat naturā vel eēntiam de genere substantie: ꝛ hoc modo substantia cōprehendit omnes substantias cōpletas ꝛ differentias substantiales: ꝛ si hoc modo sumatur substantia sic ista proprietas est substantia proprie quarto modo. Alio modo capit̄ substantia specialiter pro substātia completa solū que est substantia secundū rem ꝛ modū simul. per hoc quod importat substantie eēntiā ꝛ propriū modū essendi eius ꝛ sic substantia continet substantias perfectas q̄ ponuntur in recta linea predicamentali: ꝛ hoc modo hec proprietas est propria secundo modo substātie quia cōuenit omni ꝛ non soli quia conuenit differentijs substantie que non sunt substantie hoc modo. Quarto sciēdū: q̄ licet partes substantie que sunt in toto suo aliquo modo videantur eē in subiecto: que tamen sunt substātie ꝛ per hoc aliqua substātia videatur eē in subiecto. tamen ille partes non sunt in suo toto sicut accidens in subiecto quia est alius modus essendi in quo ꝑtes sunt in suo toto ab illo q̄ accidens est in subiecto. vnde differunt tripliciter. vno modo quia pars integralis est de cōpositione ꝛ perfectione totius ꝛ requiritur ad esse eiꝰ cōpletū. accidens vero non: sed consequit̄ eē cōpletū sui subiecti. Secundo modo differūt quia per separationē ꝑtiū a suo toto aliquo modo destruitur totū: accidens vero potest a subiecto separari preter subiecti corruptionem. Differunt tertio q2 pars integralis potest remanere separata a suo toto: accidēs vero nō: nisi hoc sit supnaturaliter: quia ſm naturā accidens semper est in subiecto subsistens: ꝛ per hoc patet prima proprietas substantie. Contra predicta arguitur: primo sic: proprium est substantie in subiecto non esse: ergo male dicitur q̄ cōmune est omni substantie in subiecto non esse. Secundo sic: ista proprietas non conuenit omni nec soli: ergo nullo modo est ꝓprietas: antecedēs patet pro prima parte q2 forma substantialis est substantia q̄ est in subiecto cū sit in materia: ꝛ scḋa pars ꝓbatur: q2 antecedēs quiqȝ non est in subiecto ut in sacramenta altaris vbi accidentia existunt sine subiecto: ergo non esse in subiecto non cōuenit soli substantie. Tertio sic: illud quod est in ente cōpleto in actu habet eē in subiecto sed substantie scḋe sunt in primis ꝛ prima substantia est ens cōpletū in actu: ergo secunda substātia est in subiecto. Quarto sic: omne qualificās aliquid est in subieco qḋ qualificat: sȝ differentia substātialis qualificat aliq̇d scȝ essentiā generis: ergo ē in ipsa ut in subiecto: ergo male dicitur q̄ ista proprietas differentijs conuenit. Quinto sic: differētia substātialis dicit̄ substantia ergo ista proprietas non conuenit alijs a substantia per hoc q̄ ipsa conuenit ipsi differētie: ꝛ sic male dicitur in textu qḋ cōuenit alijs scȝ differentijs. Ad primū istoꝝ dicit̄: q̄ licet non esse in subiecto sit propriū substātie in cōmuni scȝ ſm se cōsiderate: tñ hoc est cōmune substātie diuise ꝛ multiplicate per sua inferiora. Ad scḋm dicit̄: q̄ licet forma substantialis adueniat materie tanq̄ȝ in illo quod recipit ipam tamen nō aduenit materie post eiꝰ eē cōpletū: sȝ dat esse materie: ideo non est in ea sicut accidēs in subiecto. ꝛ ad secundam ꝓbationē dicitur q̄ licet accidens supernaturaliter sit sine subiecto actu hoc est ſm actū tñ est semꝑ in subiecto secundū aptitudinē: sȝ substantia actu nec aptitudine nunq̄ȝ est in subiecto. Ad tertiū dicitur: q̄ licet scḋa substantia sit in prima ut principiū eius: non tñ aduenit ei post esse eiꝰ completū: ideo non est in ipa ut accidēs in subiecto. Ad quartū dicitur: q̄ differētia non aduenit generi post esse eiꝰ cōpletū sed implet ꝛ perficit suū esse determinando ipm ad certā spēm. Ad quintū dicitur q̄ licet differētia substātie sit substantia scḋm rem quia importat eēntiam substantie: non tamē secundū rem ꝛ modū simul: quia non importat eā per modū entis per se sed sub modo eēndi accidentis scilicet qualificantis: ideo non est substantia cōpleta cū nō habeat simul essentiā ꝛ proprium modum essendi.

Inē omnibus secūdis substātijs ꝛ differētijs substātie cōuenit vniuoce ꝑdicari. Hec eni oia predicātur de primis substātijs noīe ꝛ rōne: quare vniuoce ꝑdicant̄. Itē oīs prima substātia significat hoc aliqd id est indiuiduū ꝛ vnū numero. sed substātia secunda videtur significare hoc aliquid eo q̄ est in ꝑma ꝛ de eēntia eiꝰ: nō tñ

significat hoc aliquid: sꝫ potius significat aliq̄d cōe. nō eni qd̄ significat per substā-tiā ē vnū: sicut ē illd̄ qd̄ significat p p̄mā.

Postq̄ʒ auctor posuit primam proprietatē substantie. Hic consequēter ponit secundā dicēs: q̄ oībus secūdis substantijs et differētijs earū cōuenit vniuoce p̄dicari de p̄mis. Cuius rō est: q2 vniuoce predicari est p̄dicari vno nomie ꝛ vna rōne. sꝫ oēs secūde substātie ꝛ differentie earū vno noīe ꝛ vna rōne predicantur de primis substātijs ꝛ includuntur eēntialr̄ in rōnibꝰ primarū: iō oībus secūdis substantijs et differētijs earū cōuenit vniuoce p̄dicari de primis. ꝛ dr̄ notanter de p̄mis substātijs ad differentiā accidentiū vīum: q̄ licet p̄dicent̄ vniuoce de suis inferioribꝰ: tn̄ de primis substantijs p̄dicant̄ denoīatiue solū ꝛ nō vniuoce. Primo sciendū: q̄ predicari vniuoce tripliciter accipit̄. vno mō cōiter pro omni illo q̄ s̄m vnū significatū p̄dicat̄ de pluribus ꝛ sic cōtinet sub se denoīatiue predicari: ꝛ hoc modo accñs vniuoce predicat̄ de multis p̄mis substātijs: ut albū de sor-te ꝛ platone predicat̄ s̄m vnū significatū. Alio modo capi-tur minꝰ cōiter pro illo solū qd̄ predicat̄ vno nomie ꝛ vna rōne de multis siue sit rōne q̄dditatiua siue descriptiua: et sic ꝓpriū tm̄modo p̄dicat̄ vniuoce de p̄mis substantijs: ut dictū est in predicabilibꝰ: q̄ propriū vniuoce predicat̄ d̄ in-diuiduis spēi. Tertio mō sumitur proprie ut solū cōuenit illi qd̄ s̄m vnū significatū p̄dicat̄ qd̄ inest eēntialr̄ subiecto. et cuiꝰ ē rō eēntialis subiecti: ꝛ hoc mō ꝓpriū ꝛ accidēs nō pre-dicant̄ vniuoce de primis substātijs: cū nullū eoꝝ insit eis essentialr̄: sed hoc solū cōuenit secūdis substātijs ꝛ differē-tijs earū: ꝛ sic capit̄ in ꝓposito. ꝛ per hoc pꝫ: q̄ si capiatur substātia scd̄a generalr̄ pro oī substātia vł cōpleta vł incō-pleta hec ꝓprietas ē sibi ꝓpria q̄rto mō. sꝫ si capiat̄ solū pro substātia cōpleta q̄ importat substātiā sub mō substātie sic est ꝓpria secūdo mō: q2 cōuenit oī sꝫ nō soli. Secūdo sci-endū: q̄ tertia ꝓprietas substātie ponit̄: q̄ oīs substantia p̄ma significat hoc aliq̄d. i. indiuiduū ꝛ vnū numero. cuius rō est: q2 hoc aliq̄d est indiuiduū subsistēs in spē completū. sꝫ oīs substātia prima significat indiuiduum subsistēs: cum oīs substātia ꝑticularis sit per se subsistēs. ꝛ etiam importat aliq̄d cōpletū in specie: aliter nō eēt p̄ma substātia q̄ directe ponit̄ sub spē: iō oīs prima substātia significat hoc aliquid. et ad rōnē huiꝰ q̄ est hoc aliq̄d tria req̄runt̄. Primo req̄ri-tur q̄ sit indiuiduū: quare nullū vł̄e significat hoc aliquid. Secūdo requirit̄ q̄ subsistet per se: rōne cuiꝰ nulla accidētia significāt hoc aliq̄d. nec etiā secūde substātie: q2 nō ꝑ se sub-stant: sꝫ in primis. subsistere eni est sub suo proprio eē stare. Tertio requirit̄ q̄ tale indiuiduū sit specie cōpletū. ꝛ pro-pter hoc aīa rōnalis ꝯ corpore sepata nō significat hoc ali-qd q2 lꝫ sit indiuiduū subsistēs: nō tn̄ est in specie ens cōple-tū: cū sit ps spēi humane: ꝛ hec tria sil'r req̄runt̄ ad suppo-siti: qd̄ idē dicit sicut hoc aliq̄d. ꝛ primū istoꝝ triū importa-tur cū dicit̄: hoc eni est pronomē demonstratiuū tm̄ rei sin-gularis. Tertiū ipoꝛtat cū dr̄ aliq̄d: aliq̄d eni dicit ꝓprieta-tē substātie in spē distinctā: s̄m ꝯuenit. s. q̄ sit subsistens ex cōiunctiōe illoꝝ duoꝝ ꝛ per hoc pꝫ q̄ prima substantia hꝫ q̄ significet hoc a principio indiuiduatiōis: ꝛ q̄ significet ali-q̄d hꝫ a forma spēi quā includit. Tertio sciēdū: q̄ lꝫ scd̄a substātia nō significet hoc aliq̄d: eo q̄ nō ē idiuidua sꝫ vl'is videt̄ tn̄ significare hoc aliq̄d. p̄mo ꝓpt̄ hoc q̄ inest eēnti-alr̄ p̄me substātie ꝛ eadē ē realr̄ cū ipsa: scd̄o ꝓpt̄ figuram appellatiōis q2 eadē res q̄n̄qꝫ vocat̄ noīe p̄me substantie et q̄n̄qꝫ noīe scd̄e: sic̄ socrates q̄n̄qꝫ vocat̄ sub noīe socratis: et q̄n̄qꝫ sub noīe hoīs sicut per hoc nomē hō q̄n̄qꝫ vocat̄ hō ī cōi: q̄n̄qꝫ vō ī ꝑticulari sub eadē forma vocis q̄ ē figura ap-pellatiōis. Quarto sciēdū: q̄ oīs scd̄a substātia significat q̄le q̄d: sicut oīs prima substātia significat hoc aliq̄d. Cuiꝰ rō ē: q2 q̄le q̄d dr̄ forma substātiat̄ cōicabil' mult̄ q̄ in q̄ztū forma ē dr̄ q̄lis s̄m modū q2 q̄lificat aliq̄ mō illud cuiꝰ est forma ꝛ in q̄ztū substātiat̄ ē dr̄ q̄d: q̄uiditas. n. ꝓprie sub-stātiā ipoꝛtat: sꝫ oīs scd̄a substātia ipoꝛtat formā substātia-lē cōem mult̄ iō q̄libꝫ significat q̄le q̄d: ꝛ per hoc pꝫ de ge-nere qd̄ ipoꝛtat eēntiā q̄lificabilē p dr̄iam eiꝰ: ꝛ rōeꝫ eēntie dicit q̄d: ꝛ rōne eiꝰ q̄ q̄lificabile est dicit q̄le: ꝛ sil'r dr̄ia dicit eēntiā q̄lificantē: spēs vō q̄lificatā: ꝛ per hoc patet scd̄a ꝛ ter-tia ꝓprietates substātie. Sꝫ ꝯtra p̄dicta arguit̄ p̄mo sic: prima substātia p̄dicat̄ vniuoce de se ipsa: q2 nō p̄dicat̄ eq̄-uoce nec denoīatiue: ergo nō est ꝓpriū oībꝰ scd̄is substātijs vniuoce p̄dicari de p̄mis. Secūdo sic: dr̄ia substātie non hꝫ genꝰ ꝛ dr̄iam: q2 differētie nō ē differētia: ergo non hꝫ rō-nē: ergo nō p̄dicat̄ noīe ꝛ rōne de p̄mis substātijs. Ter-tio sic: idē nō significat se ipm̄ sꝫ substātia p̄ma ē hoc aliq̄d: ergo nō significat hoc aliq̄d. Quarto sic: hoc albū signi-ficat hoc aliq̄d: ꝛ tn̄ nō est prima substātia: ergo significare hoc aliq̄d nō ē ꝓpriū prime substātie: añs patet primo q̄ si-gnificet hoc ꝓbat̄: q2 ē indiuiduū: ꝛ q2 significet aliq̄d: pro-bat̄ q2 nihil ē qd̄ nō significet aliq̄d vel nihil: sꝫ nō signifi-cat nihil: ergo significat aliq̄d. Quinto sic: idē significat̄ per primā substantiā ꝛ scd̄am: sꝫ prima substātia significat hoc aliq̄d igitur ꝛ etiā scd̄a: ꝛ sic nō solum significat quale.

Ad primū dr̄: q̄ lꝫ p̄dicatiōe impropria substātia p̄ma p̄-dicetur de se ipsa nō tn̄ p̄dicatiōe ꝓpria: q̄ in p̄dicatiōe pro-pria denotat̄ p̄dicatū eē in subiecto. sꝫ idē totalr̄ nō ē ꝓpe in seipso iō idē nō predicatur p̄dicatiōe ꝓprie dicta de seipso: iō ut hic dr̄ ab Aris. a prima substātia nulla est predicatio.

Ad s̄m dr̄: q̄ lꝫ dr̄ia nō hēat ꝓprie diffinitionē: tn̄ bene est eēntialr̄ in diffinitiōe p̄me substātie ꝛ hoc sufficit ad p̄-dicandū vniuoce de ipsa. Ad tertium dr̄: q̄ lꝫ prima sub-stātia capta pro re subiecta intētioni sit hoc aliq̄d ꝛ non si-gnificet hoc aliq̄d: tn̄ ipsa accepta pro intētione cōcreta rei bene significat hoc aliq̄d: ꝛ sic cōsiderat̄ a logico q̄ cōside-rat res ut per voces important̄. Ad q̄rtū dr̄: q̄ si capiat̄ aliq̄d ut cōuertitur cū ente hoc albū significat hoc aliq̄d: sꝫ si capiatur ꝓprie ut dicit q̄dditatē spēi substātialis ut capit̄ ī ꝓposito: hoc albū nō significat hoc aliq̄d sꝫ bene significat hoc q̄le: albū enim solā q̄litatē significat. Ad q̄ntū dr̄: q̄ lꝫ p̄ma substātia ꝛ scd̄a dicāt idē s̄m eēntiā: hoc tn̄ ē sub diuꝰ sis mōis eēndi: q2 scd̄a dicit illd̄ sub eē cōi: prima vō sub eē ꝑticulari: ꝛ iō nō oꝫ q̄ si p̄ma significet hoc aliq̄d q̄ etiā scd̄a cū istm̄ ōi significādi sumant̄ a diuisis mōis eēndi.

¶ Item substātie nihil est cōtrariū ꝛ hoc non est propriū substātie q2 conuenit om-ni substātie ꝛ oī quātitati: ꝛ q̄busdā alijs. Item substātia non suscipit magis nec mi-nus: non autē dico q̄ vna substantia non subsistet magis q̄ʒ alia: sed dico q̄ vna que-qꝫ substantia secundū esse suū non inten-ditur nec remittitur, ut albū qd̄ q̄n̄qꝫ est magis albū: q̄n̄qꝫ minꝰ. sortes. n. nō ma-gis ē hō in vno tpe q̄ʒ in alio: nec magis hō q̄ʒ plato: sꝫ hoc nō est oīno ꝓpriū sub-stantie: q2 cōuenit quātitati ꝛ relationi.

Postq̄ʒ auctor posuit tertiā ꝓprietatē subē. hꝫ ꝯsequen-ter poīt q̄rtā q̄ talr̄ ē q̄ subē nihil ē ꝯtrariū. Cuiꝰ rō ē q2 cō-traria sūt forme actiue ꝛ passiue sub eodē genere maxime di-stātes q̄ ab eodē subiecto mutuo se expellūt actu vel aptitu-dine. nulla aūt substātia ē in subiecto ut dictū ē prius. ergo nulle substātie adinuicē cōtrariant̄: ꝛ hec ꝓprietas non est ꝓpria q̄rto mō ipsi substātie: q2 cōuenit alijs. s. quātitati et q̄busdā alijs ut postea dicetur. Primo sciēdū q̄ ꝯtrarie-tas dupl'r accipitur vno mō generalr̄ prout se extēdit ad cō-trarietatē ꝑfectā ꝛ impfectā: ꝛ isto mō cōtrarietas ꝯtinet op-positionē inter p̄uationē ꝛ hitū: ꝛ etiā ꝯtinet sub se repugnā-tiā dr̄iarū que ecōtrario diuidūt aliqd̄ genus: ꝛ aliq̄ mō ta-les dr̄e dicunt̄ ꝯtrarie s̄m q̄ dr̄ q̄ in vnoq̄qꝫ genere ē vna prima ꝯtrarietas. s. repugnātia dr̄iarū q̄ īmediate diuidunt ipsum genꝰ. Alio mō capitur ꝯtrarietas solū pro cōtrarie-

tate pfecta q̄ est repugnātia formarū actiuarū ⁊ passiuarū eiusdē generis q̄ mutuo se expellūt ab eodē subiecto ⁊ talis cōtrarietas solū reperitur inter q̄litates de tertia specie qualitatis. Secūdo sciendū q̄ si substātia capiatur generaliter pro omni illo qđ ponitur per se vel reductiue in genere substantie siue ponatur ut substātia cōpleta in recta linea predicamētali ut gen⁹ spēs vel indiuiduū siue ponatur reductiue tanq̄ꝫ principiū diuisiuū generis ⁊ ꝯstitutiuū spēi ut sunt dr̄ie. Siue ponatur ut principia spērū de tali genere ut materia ⁊ forma. siue ponatur ut via ad terminū ut generatio ⁊ corruptio: siue ut negatio vel priuatio aliquoꝝ de tali genere tūc hoc mō in substātia bene reperitur ꝯtrarietas impfecta. q2 ibi reperitur repugnātia oppositarū dr̄iarū: q̄ impfecte ꝯtrariantur. etiā ibi reperitur oppositio forme ⁊ priuatiōis ⁊ ꝯtrarietas formarū naturaliū q̄ aliq̄ modo se expellūt ab eodē subiecto. ⁊ etiā generatio ⁊ corruptio aliq̄ mō ꝯtrariātur impfecte: ꝫ si capiat̄ spāliť substātia pro substātia ꝯpleta solū q̄ ē substātia ꝭm eentiā ⁊ modū eēndi ⁊ ponitur in recta linea p̄dicamētali sic in substātia nō reperitur ꝯtrarietas nec pfecta nec impfecta: ⁊ q2 hoc mō accipit̄ iō bene dicitur simplr̄ q̄ substātie nihil est contrariū: eo q̄ nulla talis substātia ē in subiecto: ⁊ per hoc pꝫ intellect⁹ hui⁹ proprietatis ⁊ quō est ꝓpria substātie. Tertio sciendū q̄ q̄nta ꝓprietas substātie ponit̄. s. q̄ substātia nō suscipit magis et min⁹: cui⁹ rō ē: q2 suscipe magis ⁊ min⁹ ē aliq̄d intēdi et remitti ꝭm suū eē eentiale ꝓpriū: ꝫ substātia nō intenditur nec remittit̄ ꝭm suū propriū eē eentiale q2 eē eentiale substātie solū sil̄ acq̄ritur ⁊ cōsistit in indiuisibili. iō substātia nō suscipit magis ⁊ min⁹. ⁊ lꝫ vna substātia quantū ad esse accidētale et⁹. s. quātū ad actū substandi: alijs dicat̄ magis substātia q̄ꝫ alia. ut prima ē magis substātia q̄ꝫ scđa quantū ad suū ꝓpriū eē qđ ē eē per se vna nō dr̄ magis substantia q̄ꝫ alia: iō nō intendit̄ nec remittit̄ ꝭm suū ꝓpriū esse neq̄ꝫ suscipit magis neq̄ꝫ min⁹. Quarto sciendū q̄ intēdi ē aliq̄d successiue pfici in suo ꝓprio eē ut cū aliq̄d ē albū ⁊ efficitur albi⁹ illa albedo pficitur in suo ꝓprio esse: ⁊ talis augmētatio pfectiōis vocat̄ intēsio: q2 ibi forma tendit ab eē impfecto in suū eē cōpletū. ⁊ ecōtra remitti ē aliq̄d impfici in suo eē: ⁊ dr̄ illa impfectio remissio q̄si forme missio retro suū eē pfectū vel iterata missio ad suū eē incōpletū ⁊ impfectū. Et duplr̄ aliq̄d pōt suscipe intensionē ⁊ remissionē. vno mō ꝭm maiorē ⁊ minorē pmixtionē cū suo ꝯtrario ut aliq̄d dr̄ eē albi⁹ qđ ē nigro impmixti⁹: vel dr̄ min⁹ albū ꝭm q̄ ē nigro plus pmixtū. Alio mō fit intēsio ⁊ remissio scđm maiorē ⁊ minorē radicationē forme in subiecto: q̄ q̄dē radicatio sequit̄ actionē cōtrarioꝝ q̄ magis ⁊ min⁹ disponunt subiectū ad susceptionē talis forme: ⁊ q2 substātia nō est in subiecto neq̄ꝫ hꝫ ꝯtrariū ut prius dictū ē iō nullo istoꝝ modoꝝ pōt suscipe intēsionē ⁊ remissionē siue magis ⁊ minus capiēdo substātiā pro substātia ꝯpleta ut in ꝓprietate p̄cedēti. ⁊ est hec ꝓprietas eodē mō ꝓpria substātie sic̄ p̄cedēs.

Sꝫ ꝯtra p̄dicta arguitur. pmo sic ignis ⁊ aqua ꝯtrariantur ⁊ tn̄ sunt substātie. ergo substātie aliq̄d ē ꝯtrariū. Secūdo sic: oē qđ corrūpit̄ a suo ꝯtrario corrūpitur. ꝫ multe substātie corrūpunt̄. ergo substantia hꝫ ꝯtrariū. Tertio sic: elemēta ut ignis ⁊ aqua sunt substātie ⁊ tn̄ in mixto intēdunt̄ ⁊ remittunt̄. ergo substātia suscipit magis ⁊ minus. Quarto sic: rōnale ē substātia ⁊ tn̄ suscipit magis ⁊ minus. q2 aliq̄ hoīes dicuntur magis rōnales alijs. Quinto sic: ignis lux ē magis substātia q̄ꝫ ignis flāma: ⁊ ignis flāma q̄ꝫ ignis carbo. ergo tn̄ ignis sit substātia cōpleta: sequitur q̄ substātia suscipit magis et min⁹. Ad pmū dicitur q̄ ignis ⁊ aqua ꝭm accn̄s cōtrariant̄. s. ꝭm suas q̄litates: q̄ sunt calidū ⁊ frigidū hūidū ⁊ siccū. tn̄ nō cōtrariant̄ per se ꝭm suas formas substātiales. ⁊ de ꝯtrarietate per se solū est hic ad ꝓpositū. Ad ꝭm dr̄ q̄ oē qđ corrūpit̄ corrumpit̄ a suo ꝯtrario per se vel per accn̄s ꝫ nō oꝫ oē qđ corrūpitur habere ꝯtrariū. vñ ā substātia q̄ corrūpit̄ corrūpitur ab aliqua q̄litate. Ad tertiū dr̄ q̄ lꝫ elemēta in mixto ꝭm suas q̄litates intendant̄ ⁊ remittantur: nō tn̄ ꝭm suū ꝓpriū eē substātiale. iō nō suscipiūt magis ⁊ min⁹. Ad quartū dr̄ q̄ rōnale capitur duplr̄. vno mō quātū ad formā quā importat ꝭm se: ⁊ sic nō suscipit magis ⁊ min⁹. Alio mō capit̄ ut ē principiū opatiōis rōnis. Et adhuc duplr̄. vno mō ex pte ipius forme et sic iterū non suscipit magis ⁊ min⁹. Alio mō ex pte materie q̄ ꝭm magis ⁊ min⁹ pōt eē disposita ad talē opationē rōnis: ⁊ sic ex pte materie rōnale quātū ad opatiōes et⁹ suscipit magis ⁊ min⁹: ꝫ hoc ē ꝭm sua accidētia. ꝫ ꝭm ꝓpriū eē non suscipit intēsionē nec remissionē. Ad quintū dr̄ q̄ ignis lux quātū ad eē substātiale non ē magis ignis q̄ꝫ ignis flāma. sed solū quātum ad esse accidētale: ut sunt claritas puritas ⁊ luciditas. ⁊ sic de alijs. ideo secundū suū propriū esse non suscipit magis ⁊ minus.

niant omnibus accidētibus: ergo non est spēs eius. Secūdo sic: figura est quedā quantitas que termino vel terminis clauditur: ergo non est species qualitatis. Tertio sic: omnis terminus est eiusdē predicamenti cū suo terminato sicut differentia terminās genus est eiusdē predicamēti cū ipso. sꝫ figura est terminus quātitatis: ergo est de predicamēto quātitatis ⁊ non qualitatis. Quarto sic: illud qđ cōtinetur ⁊ includitur infra hoc aliquid nō est circa hoc aliqđ sed figura continetur infra hoc aliquid cum sit in eo ut in subiecto: ergo nō est cōstans circa hoc aliquid. Quinto sic: forma domus ⁊ figura est de ista specie: ⁊ tamen non est circa vnū indiuiduū sed constat in quadam multitudine lignorū ⁊ lapidū: ergo male dicitur: ꝙ hec qualitas est figura constans circa hoc aliquid. Ad primū dicitur: ꝙ si capiatur forma pro omni illo qđ dat eē rei est quoddā superius ad qualitatē. Sed si capiatur pro qualitate q̄ dicit terminationē quantitatis secundū exigentiā forme substantialis non est superius ad qualitatē et hoc modo solū hic accipitur. Ad secundū dicitur: ꝙ licet figura accepta materialiter sit quantitas: non tamē figura formaliter accepta ut dictū est. Ad tertiū dr̄. ꝙ licet terminus intrinsecus ⁊ essentialis sit eiusdē predicamēti cū suo terminato: nō tamen terminus extrinsecus: modo forma vel figura est terminus extrinsecus quantitatis: iō non ponitur in eodē p̄dicamento cum ipsa. Ad quartū dicitur: ꝙ licet figura contineatur infra hoc aliqđ: tamen hoc nō fit secundū profunditatē sꝫ secundū suā superficiē qui aliquo mō intrinsece circundat ipm̄ hoc aliquid: iō bene dr̄ cōstās circa ipm̄. Ad quintū dicitur: ꝙ licet forma domus sit multitudo indiuiduorū scꝫ lignorꝫ ⁊ lapidū tn̄ oia indiuidua per aggregationē ⁊ ordinē illorꝫ inter se se habēt per modū vnius indiuidui suscipientes talē figurā ideo illa figura est circa hoc aliquid.

¶ Qualia vero dicitur que secundū hec denominatiua dicuntur ut a grammatica grāmaticus: ⁊ a iusticia iustus denominatiue dicuntur: vel que dicuntur ab alia q̄litate non denominatiue. Et hoc dupliciter quia quedam dicuntur nō denominatiue ab aliqua qualitate eo ꝙ nomen non est impositū ipsi qualitati ut cursor aut pugillator non dicitur denominatiue a q̄litate a qua dicitur quale non est nomē impositum ut cursor aut pugillator. Et nota ꝙ cursor aut pugillator dicuntur dupliciter: quia vno modo dicitur cursor ab arte currendi: ⁊ pugillator ab arte pugnandi: ⁊ sic sunt in primo genere qualitatis: quia ille artes habitus sunt qui sunt sub primo genere qualitatis. Alio modo dicitur cursor: non quia habeat artem currendi: sed naturalem potentiam habet facile currendi. ⁊ pugillator non quia habeat artē pugillatiuā: sed quia habeat naturalem potentiam pugillandi: ⁊ ideo hoc modo dicūtur qualia ab istis naturalibus potentijs sed non denominatiue eo ꝙ nomina non sunt imposita istis potentijs a quibus dicūtur qualia: ⁊ sic cursor ⁊ pugillator sunt in secundo genere qualitatis. Alia vero dicuntur qualia non denominatiue non q2 nomē sit impositum qualitati: sed dicitur quia non participant nomen qualitatis a qua dicuntur qualia licet nomen sit impositum: ut studiosus a virtute: ⁊ sic sunt tres modi sumendi quale a qualitate.

Postq̄ʒ auctor determinauit de qualitate in cōmuni et quantū ad suas spēs. Hic cōsequenter determinat de quali qđ est denoiatiuū eius. Et rō ordinis est: q2 qualitas dat formaliter eē quale: ⁊ est causa ipsius qualis. Ideo prius diffinita est a posteriori per quale tanq̄ʒ per suū effectū. sꝫ quia quale ē pprius effectus ⁊ formalis ipsius q̄litatis: ⁊ causa naturaliter pcedit suū effectū: iō prius determinatū est de qualitate anteq̄ʒ determinaretur de quali. Primo sciendū: ꝙ qualitas ⁊ quale in hoc cōueniūt ꝙ dicunt eādē eēntiā qualitatis: ⁊ sic conueniūt in significato: sꝫ differūt in hoc ꝙ q̄litas dicit illā eēntiā secundū se ⁊ non ſm inherentiā ad subiectū. Quale vero importat illā eēntiā cū inherētia ad subiectū: ⁊ ideo differūt quale ⁊ q̄litas sicut ɔcretū ⁊ abstractū sic ꝙ qualitas est abstractū: quale vero eius cōcretū. ⁊ quia dicit eādē eēntiā: iō reponuntur in eodē predicamēto. ⁊ sicut q̄litas est vnū genus generalissimū qđ p̄dicatur de suis inferioribus acceptis in abstracto: ita etiā ⁊ quale ē vnū genus generalissimū nō distinctū a q̄litate qđ predicatur de suis inferiorib⁹ in ɔcreto acceptis. ut dicēdo albū ē q̄le: nigrū ē q̄le.

Scđo sciendū: ꝙ cōcretū dupliciter ɔsideratur. vno modo ſm respectū quē hꝫ ad suū subiectū: ⁊ ſm talē respectū nō ordinatur in p̄dicamēto: ⁊ hoc mō nō ē genus nec spēs sꝫ accńs. Alio mō ɔsideratur ſm respectū quē hꝫ ad sua supiora: quorꝫ est spēs: ⁊ ad sua inferiora quorꝫ est gen⁹: ⁊ ſm talē respectū ē ordinabile secūdū sub ⁊ supra: ⁊ per se reponitur in predicamēto. vnde lꝫ respiciat suū subiectū: tn̄ ille respectus ab eo nō collit respectū eēntialē ad sua supiora ⁊ inferiora: iō nō impedit ipm̄ per se reponi in predicamēto: ⁊ licet cōnotet suū subiectū eo ꝙ significat formā cū inherētia ad suū subiectū: tn̄ nō significat ipm̄ de suo principali significato q2 ut dr̄ in p̄dicamētis pħi albū solā qualitatē significat. Et q2 vnūqđq̄ʒ reponitur in p̄dicamēto ſm suā eēntiā quā importat ⁊ cōcretū dicat solū eēntiā sui abstracti: ideo ponitur in eodē predicamento cū suo abstracto. Tertio sciendū: ꝙ quale sic diffinitur. Qualia dicuntur q̄ secūdū hec ab aliqua qualitate denoiatiue dicuntur: vel que dicuntur ab aliqua q̄litate nō denoiatiue. In qua diffinitiōe loco generis diffiniti subintelligitur dicibilia: dicibile. n. habet modū generis respectu oīum predicamentorꝫ. Deinde ponitur q̄ ſm hec denoiatiue dicuntur: ad denotandū qualia q̄ ſm verā denoiationē ab aliqua q̄litate dicuntur: sicut a grāmatica grāmaticus: a iusticia iustus q̄ dicuntur denoiatiue scđm hec. i. scđm istas species qualitatis superius positas. Deinde ponitur vel ab aliqua qualitate nō denoiatiue ad denotandū qualia que dicuntur a qualitate non scđm verā denominationē sicut studiosus a v̄tute. Quarto sciendū: ꝙ plurib⁹ modis non dr̄ quale denoiatiue a q̄litate. vno mō qn̄ qualitas hꝫ imꝑfectū eē in suo subiecto: ut qn̄ hꝫ eē remissum in suo subiecto qđ nō sufficit denoiare subiectū sicut est caliditas in aqua tepida: vel qn̄ ē solū in trāsitu ⁊ non pmanet in subiecto ut pallor ex timore: vel qn̄ inest subiecto solū ſm ꝑtē q̄ nō sufficit denoiare totū sicut ē albedo in dētib⁹ ethiopis q̄ nō sufficit denoiare ipm̄ albū. His trib⁹ modis q̄ sumuntur ex pte rei nō sumitur q̄le a q̄litate. Sꝫ alio mō q̄le sumitur a q̄litate nō denoiatiue ex pte vocis qn̄. s. ipm̄ q̄le non hꝫ denoiationē ſm noiationē abstracti: sic ꝙ conueniat cū ipso in pncipio ⁊ differat in fine. qđ tn̄ reqritur ad denoiationē et hoc ɔtingit adhuc dupliciter. vno mō qn̄ q̄litati a qua sumitur q̄le nō ē nomē impositū ut cursor ⁊ pugillator qn̄ dicuntur a naturali potētia currēdi vel pugillādi dicuntur nō denoiatiue q2 illi naturali potētie nō ē nomē impositū: sꝫ ut di

dr ab arte currēdi vel pugillādi ut sunt in p̄ma specie qualitatis bene dicunt̄ denoīatiue. Alio mō qñ q̄litati a qua sumit̄ quale ē nomē impositū: ⁊ nomē q̄lis non sumit̄ sm̄ nomē suū abstractū ut studiosus dicatur a virtute. Et ppter istos vltimos modos q̄lis ponitur vltima ps diffinitionis qualiū. Cōtra p̄dicta argui⁊ primo sic in predicamento q̄ātitatis nō ponitur diffinitio cōcreti quātitatis vl' denominatiui ei⁹: ergo similiter hic non debet poni seu diffiniri denoīatiuū q̄litatis. Scd̄o sic: oē q̄d diffinit̄ debet capi per modū vnius sed quale hic nō capit̄ per modū vni⁹ sed plurīū cum ponat̄ in plurali numero: ergo male hic diffinitur qualia in plurali numero. Tertio sic: simile dicit̄ ab aliqua q̄litate nō denoīatiue ergo sibi cōuenit hec diffinitio ⁊ tamē non est quale: sed ad aliquid: ergo ista diffinitio nō conuenit soli diffinito. Quarto sic: nulla bona diffinitio debet dari per disiūctionē quia disiunctio non significat aliquid determinate ꝫ significat vnū per disiūctionē ad aliud mō diffinitio debet dicere determinate eē diffiniti. ꝫ ista diffinitio datur per disiunctionē: ergo nō ē bona. Quinto sic: oē q̄le sumit̄ ab aliqua q̄litate ⁊ illa q̄litas est natura denominās ⁊ quale ē denoīatiuū eius: ergo nullū quale sumitur ab aliqua q̄litate nō denoīatiue. Ad p̄mū dicit̄: q̄ ꝫ in quātitate sint duo denoīatiua. s. quātū ⁊ q̄tū: tn̄ vtrūqꝫ illoꝝ semꝑ dicitur eodē mō denoīatiue a quantitate: sed q̄le nō semꝑ dicit̄ eodē modo a q̄litate ꝫ qñqꝫ nō. Ideo ad ostendū hāc diuersitatē qualiū magis hic oportet determinare de quali: q̄ꝫ de cōcreto quātitatis. Ad scd̄m dicitur: q̄ ꝫ quale nō sumat̄ hic per modū vnius in numero sed pluriū: tñ sumit̄ per modum vnius in genere ⁊ hoc sufficit ad hoc q̄d diffiniatur: tñ hic ponitur in plurali numero ad denotandā pluralitatē qualiū quoꝝ aliqua dicunt̄ a q̄litate denominatiue ⁊ aliqua nō. Ad tertiū dicit̄: q̄ licet simile dicatur effectiue ab aliqua qualitate: nō tñ dicitur formaliter ab aliqua: ⁊ hoc mō intelligitur q̄ quale dicitur a qualitate. Ad quartū dr̄: q̄ licet nulla diffinitio sm̄ se cota debeat dari per disiunctionē q̄ nihil determinat: notificare tñ pōt dari per disiunctionē quantū ad aliquas partes eius propter diuersitatē aliquā inferioꝝ diffiniti ⁊ sic est in ista in qua ponit̄ determinate illa pars q̄lia dicunt̄ q̄ dicūtur ab aliq̄ q̄litate denoīatiue. ⁊ ponit̄ disiunctio, inter istas ptes denoīatiue vel nō denomiatiue propter diuersos modos qualiū. Ad quintū dicitur: q̄ licet oē quale sumat̄ a qualitate sm̄ rem: non tamē scd̄m rem ⁊ vocem simul in aliquib⁹ ut dictū est. Ideo aliqua dicunt̄ nō denomiatiue.

¶ Inest cōtrarietas in q̄litatib⁹: ut albedo nigredini: iusticia iniusticie contraria sunt. Hoc autē nō est propriū qualitatis: quia non conuenit omni. Figura enī non habet cōtrariū neqꝫ aliquis medi⁹ color. Itē si vnū cōtrarioꝝ erit quale: reliquū erit quale: ut iusticia iniusticie cōtraria ē. iusticia enī q̄litas est: ergo iniusticia est q̄litas. ⁊ iustū quale: ergo et iniustū. Itē q̄litas suscipit magis ⁊ minus. Iustū enim magis ⁊ minus dicitur ⁊ grāmaticus ⁊ albus. Sꝫ hoc nō est propriū q̄litatis: q̄ q̄dratū nō suscipit magis ⁊ min⁹: neqꝫ circulus siue quadrāgulatio neqꝫ circulatio. Itē propriū est qualitatis scd̄m eā simile ⁊ dissimile dici: ut albus albo similis dicitur: ⁊ iustus iusto. albus autem dissimilis nigro dicitur: ⁊ sic de consimilibus.

Postq̄ꝫ auctor determinauit de qualitate ⁊ quali quantū ad suū esse essentiale. Hic cōsequenter assignat tres proprietates ei⁹. In quarū prima dr̄ q̄ in qualitatib⁹ reperit̄ cōtrarietas. Cuius rō est: q̄ oēs formeꝛ repugnātes q̄ se mutuo expellūt ab eodē subiecto inter se cōtrariant̄. sed alique qualitates inter se repugnāt respectu subiecti vnius a q̄ mutuo se expellūt sicut virtus ⁊ vitiū repugnāt adinuicē respectu eiusdē subiecti. ⁊ iusticia et iniusticia: ⁊ multe alie de prima specie qualitatis: ⁊ multe qualitates de tertia specie qualitatis: ut calidū ⁊ frigidū humidū ⁊ siccū. ⁊ qualitates secūde q̄ causantur ab istis qualitatibus primis: ut graue ⁊ leue albū ⁊ nigrū: ⁊ sic de multis alijs qualitatibus: ergo cōtrarietas inest qualitati. Primo sciendū: q̄ cōtrarietas qualitatū dupliciter sumit̄. Uno modo cōmunit̄ pro repugnātia quacūqꝫ qualitatū que se expellūt ab eodē subiecto propter repugnantiā quā habēt ad inuicē: ⁊ sic reperit̄ cōtrarietas in qualitatibus prime speciei ⁊ etiā tertie. Alio modo sumitur proprie pro repugnātia qualitatū passiuarū ⁊ actiuarū: q̄ per actionē phisicā ⁊ ꝓpriā se expellūt ab eodē subiecto: sicut calidū ⁊ frigidū ab eodē corpore: ⁊ hoc modo solum reperit̄ contrarietas inter qualitates tertie speciei: ille enī sole proprie sunt actiue ⁊ passiue. Sꝫ hic p̄mo mō sumitur ꝯtrarietas: ⁊ nō cōuenit q̄litatib⁹ scd̄e spēi: q̄ contraria successiue sunt in eodē subiecto q̄d nō cōuenit naturali potētie vel impotētie: q̄ si subiectū sit naturalr̄ potēs ad vnā operationē nō pōt eē naturaliter impotēs ad ipsam. Similiter etiā multe qualitates quarte speciei nō ꝯtrariant̄: sicut triāgulus ⁊ quadrāgulus: ⁊ sic de multis alijs. ⁊ per hoc pꝫ q̄ habere cōtrariū non cōuenit oī qualitati. nec etiā soli cū conueniat actioni ⁊ passioni. ⁊ sic nō est sibi propriū aliquo modo propriꝫ: sed ē quedā cōmunitas in qua cōueniūt plures spēs qualitatis. Scd̄o sciendū q̄ si vnū cōtrarioꝝ fuerit quale reliquū erit quale. Cuius rō est. q̄ cōtraria sub eodē genere posita sunt. sed quale est vnū genus ergo si vnū cōtrarioꝝ fuerit quale ⁊ de genere qualitatis reliquū erit q̄le ⁊ in genere q̄litatis. ut si iustū sit quale iniustū erit quale. ⁊ lꝫ ꝯtraria sm̄ suas formas specificas habeāt repugnantiā ⁊ nō cōueniāt in vna forma specifica: tñ nō habet repugnātiā sm̄ formā sui generis ꝫ semꝑ illa in genere cōueniūt. ratione cuius semꝑ requirūt idē subiectū q̄d est ꝓportionatū forme sui generis. Ideo si vnū cōtrarioꝝ fuerit quale reliquū erit quale. ⁊ si vnū fuerit qualitas reliquū erit q̄litas ⁊ sicut due spēs sub eodē genere. Tertio sciendū q̄ scd̄a ꝓprietas q̄litatis est q̄ qualitas suscipit magis ⁊ minus. ⁊ rō est q̄ aliq̄ qualitates sm̄ suū eē ꝓpriū intendunt̄ ⁊ remittunt̄ ⁊ magis ⁊ minus p̄cipiunt̄ sm̄ suū propriū esse q̄d habent in subiecto ut qualitates prime speciei intendunt̄ ⁊ remittuntur sm̄ maiorē ⁊ minorē radicationē in subiecto ut virtus ⁊ scia ⁊ multe alie ⁊ qualitates de tertia specie intendunt̄ ⁊ remittuntur sm̄ permixtionē cōtrarij tū contrario ut calidū dicit̄ magis vel minus calidū sm̄ q̄ magis ⁊ minus miscetur tū frigido ⁊ alique q̄litates quarte speciei intēdunt̄ ⁊ remittunt̄ lꝫ pauce intēdantur ⁊ remittantur sicut rectū nō pōt eē magis aut minus. ꝫ curuū pōt suscipere magis ⁊ minus ⁊ sic suscipe magis ⁊ minus non cōuenit oī qualitati nec etiā soli ut dictū est de precedenti cōmunitate ⁊ non est hic intelligendū q̄ qualitas sm̄ suā eēntiā ⁊ in abstracto suscipiat magis ⁊ minus sed scd̄m esse q̄d hēt in subiecto ⁊ in cōcreto. Quarto sciendū q̄ tertia proprietas qualitatis est. Propriū est qualitati scd̄m eā simile vel dissimile dici. Cui⁹ rō est q̄ similitudo est rerū differentiū eadē qualitas. ꝫ nō in numero q̄ idē accīs in numero nō pōt eē in diuersis subiectis nec s[u]fficit q̄ sit eadē qualitas in genere. q̄ si sic albū ⁊ nigrū eēnt similia: ꝫ requiritur q̄ sit eadē qualitas in specie specialissima. Et dissimilitudo est rerū differentiū diuersa qualitas in specie. sicut albū ⁊ nigrū dicunt̄ dissimilia. ergo simile ⁊ dissimile dicunt̄ sm̄ qualitatē capiēdo sm̄ ut dicat circūstātiā cause efficiētis ⁊ nō formalis. ⁊ hoc cōuenit oī qualitati ⁊ soli ⁊ sꝑ ut pꝫ inductiue. per exēpla etiā ꝓbari posset ergo ista proprietas est sibi propria q̄rto mō. Sꝫ cōtra p̄dicta argui⁊ p̄mo sic oīa cōtraria sub eodē genere ponunt̄. ꝫ q̄litas nō ponit̄ sub aliquo

genere cũ sit genus generalissimũ ergo qualitas non habet cõtrariũ. Secũdo sic: mediũ cõtrarioꝝ vtriqʒ cõtrariat̃ cũ possit fieri motus ab illo ad vtrũqʒ extremoꝝ: ut de rubeo ad albũ ꝛ ad nigrũ: ergo male dicit̃ in textu ꝙ nullus medius color hẽt cõtrariũ. Tertio sic: contraria inter se maxime abinuicẽ distãt: ergo nõ conueniunt genere: ergo si vnũ cõtrarioꝝ fuerit q̃le aliud nõ põt esse q̃ale. Quarto sic: vna albedo nõ est magis albedo q̃ʒ alia nec nigredo ẽ magis qualitas q̃ʒ albedo ꝛ sic de oĩb⁹ alijs qualitatib⁹: ergo nulla qualitas suscipit magis ꝛ min⁹. Quinto sic: species est tota silitudo oĩum suoꝝ indiuiduoꝝ: ergo indiuidua eiusdẽ spẽi substãtie dicũtur similia per formã sue spẽi: ergo nõ cõuenit soli qualitati secũdũ eã simile vel dissimile dici.

Ad primũ dr̃: ꝙ lʒ qualitas accepta in cõmuni ꝛ in genere nõ ponatur sub aliquo genere neqʒ illo mõ hẽat contrariũ: tñ ut est in suis spẽb⁹ quarũ aliq̃ inter se ꝯtrariant̃ bene hẽt cõtrariũ ꝛ ponit̃ sub genere. Ad scḋʒ dr̃ ꝙ si mediũ cõtrarioꝝ cõsideretur ut mediũ sic nõ hẽt cõtrariũ q̄ nõ maxime distat ab extremis: sʒ si cõsiderret̃ in quãtũ ẽ participatiuũ vtriusqʒ extremoꝝ sic ꝯtrariatur vtrisqʒ extremorũ licet cõtrarietate imꝑfecta: ut rubeũ in quãtũ importat aliq̃d de nigro cõtrariatur albo ꝛ in quãtũ hẽt aliq̃d de albo ꝯtrariatur nigro sʒ primo mõ intelligitur hic ꝙ media nõ cõtrariantur extremis. Ad tertiũ dr̃ ꝙ licet cõtraria maxime distẽt sub eodẽ genere: nõ tñ maxime distãt simpliciter. Ideo si vnũ est quale aliud põt bene esse q̃le. Ad quartũ dr̃: ꝙ licet albedo ꝛ alie qualitates in abstracto nõ suscipiũt magis ꝛ minus: tñ bene suscipiũt in cõcreto: ut albũ dicatur magis ꝛ min⁹ albũ. Ad quintũ dicitur ꝙ lʒ species sit similitudo essentialis suoꝝ indiuiduorũ q̃ proprie non est similitudo sed magis proprie dicatur idẽtitas: tamẽ non est similitudo accidentalis que proprie est similitudo: de qua hic intelligitur, ideo indiuidua substantie non dicãtur per suã spẽm silia silitudine accñtali: sʒ hoc solũ conuenit qualitatibus.

Capitulum actionis.

Actio est secundũ quã in id qḋ subijcit̃ agere dicimus: ut secans dicit̃ aliquis eo ꝙ quid secat, nomẽ secatio est actio ꝛ scḋm actionẽ agit secans in eo ꝙ secatur ꝛ percussio est actio. Propriuʒ autem actionis est ex se inserre passionẽ. Recipit autem facere ꝛ pati cõtrarietatẽ. Calefacere enim est cõtrariuʒ ei quod est frigidum facere: ꝛ calidũ fieri ꝛ frigidum fieri ꝛ delectari ꝛ tristari. Itẽ recipit magis ꝛ minus. Calefacere enim magis ꝛ minus quod est agere ꝛ calefieri similiter quod est pati: ꝛ delectari ꝛ tristari magis ꝛ minus.

Postq̃ʒ auctor determinauit de quattuor p̄dicamentis principalibus in quib⁹ reperiuntur q̃ttuor simplices modi predicãdi scʒ de substãtia quãtitate ad aliquid ꝛ qualitate. Hic ꝯsequent̃ determinat de alijs p̄dicamẽtis min⁹ principalibus: quoꝝ modi predicãdi fundantur in modis predicandi precedẽtiũ. ꝛ quia actio imediate causatur a qualitate: q̄ ꝓcedit a substãtia mediãte naturali potẽtia: ꝛ passio imediate causat̃ ab actione. Ideo cõuenient auctor post q̃litatẽ ꝛ añ passionẽ determinat de actiõe ipsam p̄mo sic diffiniẽs. Actio est ẽm quã in id qḋ subijcit̃ agere dicimur: ut ẽm sectionẽ dicimur secare. Primo sciẽdũ ꝙ in hac diffinitione loco generis diffiniti subintelligit̃ forma accñtalis ꝛ aliq̃ mõ dat̃ intelligi per hoc relatiuũ quã: ꝛ totũ residuũ ponitur ad dr̃iam oĩum alioꝝ p̄dicamentoꝝ. ꝛ dr̃ scḋm quã agere dicimur: ita ꝙ ẽm dicit circũstantiã cause formalis ꝛ nõ cause efficiẽtis: q̄ ẽm q̃litatẽ vl̃ formã substãtialem bene dicimur agere effectiue ꝛ dʒ itelligi dicimur. s. nos substãtie: ꝛ nõ solũ nos hoĩes in spẽ dicimur agere ꝛ lʒ actio et agere realr̃ idẽ sint sicut q̃litas et q̃le tñ differunt sic abstractũ ꝛ cõcretũ: ideo actio diffinitur per agere tanq̃ʒ per suũ effectũ nobis notiorẽ ipsa actione. Vltimo ponit̃ in id qḋ subijcitur. i. in ipm patiẽs. actio. n. agẽtis semꝑ fit in patiens dispositũ. Scḋo sciendũ ꝙ actio dupliciter accipit̃ vno mõ spãliter ut distinguit̃ cõtra factionẽ a qua differt hoc mõ: q̄ actio importat actionẽ q̃ nõ trãsit in rem opatã sicut est eq̃tare nauigare intelligere, sʒ factio noĩat opationẽ q̃ transit in rem opatã vbi scʒ preter opationẽ est res opata: ut sũt domificatio frenefactio ꝛc̃. Alio mõ accipit̃ actio generalr̃ ut se extẽdit ad actionẽ ꝛ factionẽ proprie captaʒ. ꝛ isto mõ sumit̃ in hac diffinitiõe. Tertio sciendũ ꝙ proprie proprium est actiõi ex se inferre passionẽ. Et rõ est q̄ actio est processus virtutis agentis per effectũ ab agẽte in patiẽs ut calefactio q̃ fit ab agẽte est ꝓcessus caloris ignis per suũ effectũ in id qḋ calefit. Passio vero est receptio forme procedentis ab agẽte in patiẽs ut receptio caloris in id qḋ calefit vocat̃ passio. Sed talis receptio causatur a fluxu forme ab agẽte: ergo cõuenit actioni ex se inferre passionẽ. ꝛ q̄ hoc cõuenit omni actioni: ꝛ soli ꝛ semꝑ ĩõ dicitur sibi ꝓprie ꝓpriũ. licet qualitas aliqua inferat passionẽ hoc tamen nõ est ex se ipsa imediate sed mediante actione. Quarto sciendũ ꝙ ip̄s actionis ꝛ etiam passionis sunt due cõmunitates: quarum prima est ꝙ actio ꝛ passio recipiũt contrarietatẽ. ratio ẽ q̄ alique actiones imediate causantur a qualitatibus contrarijs: et etiã imediate causant qualitates contrarias: ut calefacere ꝛ frigefacere imediate causantur a calore ꝛ frigore: ꝛ imediate causant caliditatẽ ꝛ frigiditatẽ, ergo alique actiones inter se cõtrariantur. Et eadẽ ratione alique passiões: ut calefieri ꝛ frigefieri. Alia cõmunitas est ꝙ actio ꝛ passio suscipiunt magis et minus. Ratio est quia alique actiones ꝛ passiones causantur a qualitatibus: q̃ in agẽdo quãdoqʒ intendunt̃ ꝛ remittunt̃ ideo actiones que fiunt ex ipsis et etiã passiones intẽduntur ꝛ remittuntur ut calefacere intẽditur per intensionẽ caloris calefacientis. Et dicunt̃ bene iste due cõmunitates: quia nulla illarũ conuenit omni actioni vel passioni: nec etiã soli: cum cõueniat p̄mo aliq̃bus qualitatibus. sed in istis cõmunitatibus conueniunt multe species actionis ꝛ passionis. Contra predicta arguit̃ primo sic secundũ securim dicamur agere in id quod secatur: ꝛ tamen securis non est actio ergo ista diffinitio conuenit alijs a diffinito. Secundo sic: creatio est actio: ꝛ tamen non fit in id quod subijcitur q̄ in creatiõe nihil presupponitur tanq̃ʒ subiectũ: sed res secundũ se tota simul producitur. ergo male dicitur ꝙ actio fit in id quod subijcitur. Tertio sic: omne principiũ precedit principiatũ. sed actio non precedit passionẽ: cum simul fiant actio ꝛ passio. ut calefacere et calefieri. ergo non conuenit actioni ex se inferre passionem.

Quarto sic: ꝯtraria sunt forme actiue et pass iue inter se. sed due actiones nunq̃ʒ sunt actiue: quia si sic mediãte actione agerent ꝛ sic actioni cõueniret alia actio ꝛ eẽt processus in infinitũ: qḋ est incõueniẽs. ergo actio non habet contrariũ. Quinto sic: nulla forma simplex suscipit magis ꝛ minus cum forma sit cõpositioni cõtingẽs simplici ꝛ inuariabili essentia cõsistẽs. illud eñi qḋ est inuariabile nõ intẽdit̃ nec remittitur. sed oĩs actio ꝛ etiã passio est forma simplex: ergo actio ꝛ passio non suscipiunt magis ꝛ minus. Ad primũ dicitur ꝙ licet scḋm securim dicamur agere effectiue ꝛ instrumentaliter nõ tamen formaliter sicut de actione intelligitur. Ad secundũ dicitur ꝙ licet creatio sit actio secundũ modũ non tñ est actio ẽm rem: q̃ sit de predicamento actionis. eo ꝙ ipsa non est accidẽs a creatura distinctũ. nec est ens limitatũ ad aliquod certũ genus sicut neqʒ prima causa. ꝛ hoc intelligendo de creatione actiua: q̄ creatio passiua est accidens creature ꝛ in genere relationis. Ad tertiũ dicitur ꝙ licet actio sit sil̃ tpe cum passione: tñ scḋm

naturā actio precedit passionē q2 cā ſm naturā precedit effectū. Ad quartū dr̄ ꝙ lȝ cōtraria q̄ primo ⁊ per ſe contrariant̄ ſint forme actiue ⁊ paſſiue: ut ſunt q̄litates cōtrarie. tñ nō oportet de his q̄ ſolū et cōſequēti ꝯtrariant̄ ⁊ per aliud: ⁊ hoc mō ſolū actiones cōtrariant̄. ſ. per q̄litates q̄s inferūt vel a q̄bꝰ inferunt̄. Ad q̄ntū dr̄ ꝙ licet oīs forma ſit inuariabilis ſm ſuam ēentiā ⁊ in abſtracto: ⁊ ſic non ſuſcipit magis ⁊ minus. tamen aliqua eſt variabilis ſcđm ee in ſubiecto ut deſignatur in cōcreto. et hoc modo actio ⁊ paſſio ſuſcipiunt magis et minus.

¶ Capitulum paſſionis.

Paſſio eſt effectꝰ illatioq3 actiōis ut calefieri efficit̄ ⁊ infert̄ a calefacere. Propriū aūt eſt paſſiōis p̄mo inferri ex actiōe. Itē paſſio nō eſt in agente ſed in patiente.

Poſtq̄ȝ auctor determinauit de actiōe q̄ eſt cauſa paſſionis. Hic cōſequenter determinat de paſſione q̄ eſt effectꝰ propinquus actiōis: ipſam primo ſic diffinitēs. Paſſio eſt effectus illatioq3 actionis: ut calefieri efficitur: et infert̄ a calefacere. In qua diffinitione ponitur effectus loco generis. Effectus enim cōuenit generaliter oībus entibꝰ creatis que ponuntur in predicamento. Deinde ponitur illatio ad differentiā effectus permanentis: qui ſolū nō habet eſſe in fieri ſicut ipſa paſſio: ſed etiā in facto eſſe. Deinde ponit̄ actionis ad differentiā ipſius actionis: que licet ſit effectus ⁊ illatio reſpectu qualitatis a qua cauſatur: non tamen reſpectu actionis. Primo ſciendū ꝙ in cōmuni duplex eſt effectus quidam eſt effectus permanens qui non ſolū habet eſſe in fieri: ſed etiā in facto eſſe; ut ſunt domus ⁊ ſcamnū. Alius eſt effectus ſucceſſiuus qui ſolū habet eſſe in fieri ⁊ nunq̄ȝ in facto eſſe: ut equitatio vel nauigatio. Effectus autem generaliter dicitur tam de effectu permanente q̄ȝ ſucceſſiuo. Illatio vero ſolum dicitur de effectu ſucceſſiuo qui ſolū habet eſſe in fieri: ⁊ in quadā illatione ſecundū ꝙ infertur ab alio. ⁊ ideo effectus eſt quoddā ſuperius ad illationē: ratione cuius in hac diffinitione effectus bene preponitur illationi tanq̄ȝ ſuperius eius ⁊ ſubiungitur illatio tanq̄ȝ inferiꝰ eius contrahens ipſum. Secundo ſciendū ꝙ paſſio pluribus modis accipitur. vno modo accipitur pro accidente proprio alicuius ſubiecti: ut riſibile dicit̄ propria paſſio hominis: ⁊ hinnibile equi. Secundo modo accipitur pro conceptu anime vel affectu ut dicitur ꝙ voces ſunt note vel ſigna paſſionū que ſunt in anima idest conceptuū vl̄ affectuum anime. Tertio modo accipit̄ pro motu appetitus ſenſitiui: ut ſunt paſſiones ire vel timoris vel gaudij ut dicitur tertio ethicorū ꝙ fortitudo moderatur paſſiones timoris ⁊ audacie. Quarto modo pro dolore vl̄ pena que alicui violenter infertur ut fuit paſſio xp̄i. Quinto mō ſumitur pro qualitate ſenſibili q̄ hēt eē imꝑfectū ⁊ eſt inferēs paſſionem ſenſibus vel illata ab aliqua naturali paſſione: ⁊ ſic eſt vna ſpēs qualitatis. Sexto modo ſumit̄ prout eſt imediatꝰ effectus actiōis: ut eſt ſuſceptio forme ab agēte in patiēte: ⁊ hoc vltimo mō diffinitur hic paſſio ⁊ eſt vnū p̄dicamētū ab alijs diſtinctū. Tertio ſciendū ꝙ ipſius paſſiōis hic aſſignātur due ꝓprietates: quarū prima eſt ꝙ propriū eſt paſſioni inferri ex actione. Ratio eſt q2 paſſio ē ſuſceptio forme ab agēte in patiēte. ⁊ talis ſuſceptio imediate infertur per actionē agētis. et hoc eſt prope ꝓpriū ipſi paſſioni. Scđa ꝓprietas eſt ꝙ paſſio nō eſt in agēte ſubiectiue ſȝ in patiēte. Cuius rō eſt q2 ſuſceptio forme q̄ fit per actionē agētis cauſat̄ in patiēte qđ ſubijcit̄ actioni ergo paſſio q̄ noīat talē ſuſceptionē eſt in patiēte ſubiectiue: ⁊ q2 accidēs hēt p̄dicari denoīatiue de ſubiecto in quo eſt: iđ paſſio p̄dicat̄ de patiente in hoc qđ eſt aliquo modo ſe hēre ad ipm̄ agēs: q2 denoīat ipm̄ pati ⁊ non denoīat ipm̄ agēs pati: quare non eſt in eo ſubiectiue. Quarto ſciendū ꝙ paſſio de qua eſt ad propoſitū dupliciter accipit̄. Vno modo materialiter pro forma fluēte ab agēte in patiēs. Alio mō formaliter pro receptiōe illius forme: ut cū peregrinus calefit ibi eſt calor fluēs ab igne in ꝑegrinū: et ibi eſt receptio caloris in ꝑegrino que eſt paſſio formaliter accepta. ⁊ vtroq3 mō paſſio eſt in patiente: ut in ſubiecto. Et ſimilit̄ actio vno modo accipit̄ materialiter pro illa forma q̄ fluit ab agēte in patiēs: ⁊ ſic eſt in patiēte ſubiectiue. Alio modo capit̄ formaliter pro tali fluxu forme ab agēte ⁊ ſic eſt ſubiectiue in agēte ⁊ nō in patiēte. ⁊ rō eſt q2 oē illud in q̄ eſt actio formaliter accepta dr̄ agere ſed patiēs nō dicit̄ agere. ergo in ipſo non eſt actio formaliter accepta. ſi eni eēt in patiēte patiens diceretur agere qđ falſum eſt. ⁊ ſic patet q̄d ſit paſſio: ⁊ de proprietatibꝰ eiꝰ.

Cōtra predicta argui̅t̄ primo ſic: nullū primū principiū eſt effectꝰ alterius: ſȝ decē predicamēta ſunt decē p̄ncipia prima rerū. ergo paſſio cū ſit vnū predicamētū eſt vnū primū principiū. ergo nō eſt effectus. Scđo ſic effectus ⁊ illatio idē ſunt. ergo ſuꝑflue ponit̄ vnū illoꝝ in iſta diffinitione. Tertio ſic: eoꝝ q̄ ſunt idē realiter vnū nō eſt cā alterius: ſed actio ⁊ paſſio realiter idē ſunt: cū vtrūq3 ſit forma fluēs ab agēte in patiēs: q̄ eſt eadē realiter: ergo paſſio nō eſt effectus actionis. Quarto ſic: ꝙ ē propriū cōſequitur ee̅ completū ſui ſubiecti: ſȝ inferri ex actione nō cōſequit̄ ee̅ cōpletū paſſiōis: cū ſit productio eiꝰ. ergo inferri ex actione nō ē propriū paſſiōis. Quinto ſic: in oī illo qđ patit̄ eſt paſſio ſubiectiue: ſȝ oē agēs phiſicū in agēdo repatitur. ergo in tali agēte eſt paſſio ſubiectiue: ⁊ non ſolū in patiēte. Ad p̄mū argumentū dicitur ꝙ lȝ paſſio ſit primū principiū in genere cauſe formalis ſuoꝝ dicibiliū ſue coordinatiōis: ⁊ in tali genere cauſe nō poſſit ee̅ effectꝰ alicuius p̄ncipij prioris tñ in genere cauſe efficiētis bene pōt ee̅ effectꝰ actionis ⁊ ſubſtātie. cū eni p̄dicamēta dicantur prima principia rerū: que nō habēt aliq̄d ante ſe: ſolū itelligit̄ de p̄ncipijs formalibꝰ. Ad ſm dicit̄ ꝙ lȝ effectꝰ ⁊ illatio dicant idē ſm ēentiā tñ differūt ſm modos ēendi: ſicut ſuperius ⁊ inferius: ⁊ vnū illorū cōtrahit aliud: q̄re nullū illoꝝ ſuꝑfluit. Ad tertiū dr̄: ꝙ lȝ actio ⁊ paſſio materialiter accepte pro forma fluēte ab agēte in paſſum realr̄ idē ſint: tñ ſi ſumantur formalr̄ ſcȝ actio pro fluxu forme ab agēte: ⁊ paſſio pro receptione eiꝰ in patiēte: ſic realr̄ diſtinguunt̄: q2 in diuſis ſubiectis ſunt: et ſic vnū bene pōt ee̅ effectꝰ alteriꝰ. Ad quartū dr̄: ꝙ lȝ inferri ex actiōe nō ſequat̄ ſm rēꝫ ee̅ cōpletū paſſiōis: ſequit̄ tñ ipm̄ ſm rōnē ⁊ ſm mo dū intelligēdi: eo mō q̄ eſt paſſio eiꝰ: q2 nō eſt paſſio realr̄ diſtincta a ſuo ſubiecto: ſed rōne tñ. Ad quintū dr̄: ꝙ lȝ in agēte phiſico ea ꝑte qua patitur ſit paſſio ut in ſubiecto: nō tñ ea ꝑte qua agit. iđ paſſio nō eſt in eo ut agēs ſed ut ipm̄ ſm aliud eſt patiēs. vn̄ de tali agēs rōne ſue forme agit ⁊ ratione materie ſue in qua cōmunicat cum patiente patitur ⁊ ſic ſecundū diuerſa agit et patit̄. De reliquis autē ſufficiant que dicta ſunt prius.

¶ Capl̄m predicamēti quando.

Quādo ē qđ ex adiacētia ⁊c̄. Poſtq̄ȝ auctor determinauit de actione ⁊ paſſione. Hic cōſequēter eſt determinandū de quattuor predicamētis vltimis: de q̄bus aut nullā aut paruam fecit auctor mētionē. Et p̄mo de qñ qđ ab auctore ſex p̄ncipioꝝ ſic diffinitur. Qñ eſt qđ ex adiacētia tp̄is relinq̄tur in re tp̄ali. In qua diffinitione datur intelligi accidēs pro genere diffiniti per illud relatiuū qđ. Deinde ponitur relinquitur et adiacētia tp̄is ad explicandū cauſam ꝓpinquā ipſius qñq3 ē tēpus. Quando eni eſt ee̅ in tp̄e: ſed ee̅ in tp̄e relinquitur immediate per adiacentiam tp̄is in re tēporali. Et per hoc differt qñ ab omnibus alijs accidētibus quoꝝ nullū imediate cauſat̄ a tēpore. Deinde ponit̄ in re tēporali ad explicādū propriū ſubiectū ipſius quādo. et in hac diffinitione capit̄ tēpus non ſolū pro menſura durationis rerū temporaliū: ſed generaliter pro omni menſura duratiōis ee̅ rerum ſub ſe continet eternitatem euiternitatem ⁊ tempus proprie dictum. Primo ſciendum ꝙ tempus ⁊ quādo licet inter

se multū ꝯueniāt in hoc ꝙ vtrūq; est successiuū: ⁊ vnū immediate est causa alterius: tñ ab inuicē realiter distinguūtur: quia omnis causa efficiens extrinseca realiter distinguitur a suo effectu: tēpus autē est causa efficiens extrinseca respectu quando. ergo ab ipso realiter distinguitur. Unde differūt inter se in duobus. Primo quia tēpus est in motu p̄mi mobilis sicut in subiecto. Quando vero est subiectiue in re tēporali que per tempus mensurat̄. Secundo differunt quia tēpus est accidēs absolutū ⁊ mēsurat durationē rei. Sed quādo non est mēsura durationis sed est accidēs respectiuū qd̄ relinquitur in re temporali per respectū ad mensuram sue durationis que est tempus: non est tamen respectiuū secundum esse: sed secundū dici: quia totū esse eius non est ad aliud cū quo proprie dicatur ad conuertentiam. Secundo sciendū ꝙ quando tripliciter accipitur. Uno modo interrogatiue ut si dicatur querēdo quādo venit petrus. Alio modo relatiue ut dicendo: sortes venit quando fuit meridies. ⁊ his duobus modis quando est sinchategorema: quia proprie non significat ens: sed est modus entis. ideo istis duobus modis non ponitur in predicamento nec est predicamentum. Tertio modo capitur indefinite ut tantū valet sicut aliquando vl' esse in aliquo tempore. et hoc modo dicit ens reale: ⁊ sic capitur hic: et est vnum predicamentū: cuius genera subalterna sunt esse fuisse ⁊ fore in tempore. ⁊ species specialissime sunt fuisse in hora vel esse in die: vl' esse in nūc. ⁊ indiuidua sunt esse in ista hora vel in illa die vl' in illo nūc. Et eius modus predicandi est predicari de prima substantia in hoc quod est esse in tempore. Tertio sciendum ꝙ quando diuiditur per quando simplex ⁊ quando compositum. Quando simplex est quod causatur a tempore simplici: ut ab instanti: vel a nunc. vel a tempore indiuisibili quoad nos: ut esse nunc. Sed quando cōpositū est quod causatur a tempore composito: ut est fuisse in preterito fore in futuro esse in p̄senti. Et licet iste tres species scilicet esse in presenti fuisse in preterito ⁊ fore in futuro non causentur in re eterna ab eternitate: eo ꝙ in eterno non est preteritū neq; futurū: sed oīa sunt simul ⁊ nihil acquiritur de nouo vel deperditur: tamē ipsi eterno per relationē ad tempus: et quoad existentiā eius cum tempore attribuitur esse fuisse ⁊ fore ut dicendo: deus est fuit ⁊ erit tamen ut attribuūtur eterno non sunt accidentia realiter distincta ab eo: que reponant̄ in aliquo predicamento: sed solū est ibi modus predicandi huius predicamenti. Sed ab eternitate bene causat̄ quādo repontibile in isto predicamēto. ⁊ per hoc patet que sint species per quas diuiditur quando. Quarto sciendū ꝙ ipsius quādo due sunt proprietates. Prima est ꝙ quando non habet contrariū. cuius ratio est: quia si haberet cōtrariū maxime conueniret preterito ⁊ futuro. sed hoc non potest dici quia quādo presens preteritū ⁊ futurū simul verificantur de eodem ut dicendo iste est fuit ⁊ erit cōtraria vero de eodē nunq; simul verificantur. Secūda proprietas: est ꝙ quando nō suscipit magis et minus. Cuius ratio est quia quando immediate causatur a tempore et dicit esse in tempore. sz tēpus non suscipit magis ⁊ minus ergo neq; quando. Et per hoc patet quid sit quādo ⁊ quomodo est predicamentū ⁊ que sint species ⁊ proprietates eius. Contra predicta arguitur primo sic: iuuentus et senectus ex adiacētia temporis in re tēporali relinquuntur: ⁊ tamen senectus non est quando sed est qualitas de secunda specie qualitatis: ergo ista diffinitio quando conuenit alijs a diffinito. Secundo sic: sicut se habent esse albū ⁊ albedo: ita esse in tempore ⁊ tempus: sed albū et albedo realiter idem sunt: ergo esse in tēpore siue quādo et tēpus idem sunt realiter. ergo quando non est predicamentū a tempore distinctū: sed continetur sub quantitate. Tertio sic nullū est tempus simplex: cum temp⁹ diuisibile sit in plures partes: ergo nullū quando causatur a tempore simplici ⁊ sic nullū est quando simplex. Quarto sic: quādo preteritū ⁊ quādo futurū maxime distāt ⁊ eidē susceptibili vicissim insunt ⁊ ab eodem mutuo se expellunt: quia idē non pōt simul esse preteritū et futurū. ergo quādo habet contrariū. Quinto sic fuisse in tempore dicit quando ⁊ tamen suscipit magis ⁊ minus quia aliquid dicitur magis vel minus fuisse in tempore ergo quando suscipit magis ⁊ minus. Ad primū dicit̄ ꝙ si capiatur senectus ut dicit naturalē impotentiā: que causatur per longā transmutationē: que fit sub motu ⁊ tempore: ⁊ etiā iuuentus ut dicit naturalē potentiam hoc modo sunt qualitates de secunda specie qualitatis et non relinquuntur imediate ⁊ per se ex adiacētia temporis sed per alterationē: que sub tempore causatur. Sed si capiātur ut dicunt diu fuisse in tempore vel parū sic aliquo modo important quando: et hoc non est significatū principale eoꝝ: ⁊ eo modo quo dicūt quando relinquūtur ex adiacentia temporis in re temporali. Ad secundū dicitur ꝙ licet albedo ⁊ esse albū ⁊ tempus ⁊ esse in tēpore habeant similitudinem aliquo modo in denominatione: quia sicut albū dicitur ab albedine: ita quando dicitur a tempore: tamen dissimile est in hoc: quia tempus non dat intrinsece ⁊ formaliter esse in tempore: quia non semper est in eodem subiecto: cum esse in tēpore sicut albedo dat intrinsece ⁊ formaliter esse albū. Ad tertiū dicitur ꝙ licet tēpus quod importat esse ⁊ essentiam temporis sit diuisibile: tñ si capiatur generaliter tēpus pro illo quod dicit essentiam temporis. sic aliquod tempus dicitur indiuisibile sicut est ipsum nunc. Ad quartū dicitur ꝙ licet in eodem non sint simul in actu preteritū ⁊ futurum: tamen secundū denominationē quando preteritū ⁊ quando futurū bene possunt dici de eodem simul: ut prius dictum est: ⁊ ꝙ secundū actum se expellant ab eodem hoc est propter successionem ipsorū: ⁊ non propter contrarietatem vel repugnantiam quam habeant. Ad quintum dicitur ꝙ licet aliquid dicatur magis ⁊ minus fuisse in tempore secundū extensionē: non tamen secundū intensionem: adeo quando per hoc non suscipit magis et minus.

Capitulum. vbi.

Ubi est circūscriptio. Postq; auctor determinauit de quando qd̄ conuenit tā substantijs corporeis q; incorporeis. Hic cōsequēter determinat de vbi qd̄ proprie conuenit solū substātijs corporeis: qd̄ a gilberto porretano sic diffinitur. Ubi est circūscriptio corporis a loci circūscriptione procedēs. In qua diffinitione ponitur circumscriptio loco generis qz ipsa se hēt per modum generis: respectu vbi. Deinde ponitur corporis ad explicandū propriū subiectū ipsius vbi quod est subiectiue in corpore locato. Et per hoc differt a circūscriptione actiua loci. Deinde ponitur a circūscriptione loci procedens ad ostendendū propriā causam ⁊ propinquam ipsius vbi: que est locus circūscribens locatum. Et per hoc differt vbi ab alijs predicamētis accidentiū: quoꝝ nullū causatur imediate a loci circūscriptione ut pōssit videri inducendo in omnibus. Primo sciendū ꝙ triplex est circumscriptio quedā est circūscriptio actiua loci: que est actio ipsius circūscribentis locatum que ponitur in predicamento actionis. Secūda est circūscriptio siue circūdatio passiua q̄ ē passio corporis circūdati: q̄ reponitur in predicamēto passionis. ⁊ q̄ubet istarū duarū est ens successiuū ⁊ non permanens. Tertia est circūscriptio neutralis q̄ est esse circundatū a loco ipsi⁹ locati: seu esse circūscriptū a loco: ⁊ hec circūscriptio est ens p̄manēs in locato: ⁊ causatur a circūscriptione actiua ⁊ passiua. ⁊ de tali circūscriptione intelligitur in diffinitione vbi. ⁊ per hoc patet ꝙ substantie incorporee ⁊ etiā accidentia que non proprie circūscribuntur in loco per se sed per accidēs proprie non habēt vbi: sed solū corpora que in loco circūscribunt̄ habent proprie vbi. Secūdo sciendū ꝙ licet locus ⁊ vbi magnā habeāt cōuenientiā: qz locus est causa propinqua ipsius vbi. ratione cuius ponitur in sua diffinitione tamē ab inuicē realiter distinguūt̄: eo ꝙ locus est causa efficiens extrinseca ipsius vbi: ⁊ talis causa semper realiter distinguitur a suo effectu. Unde differūt primo locus ⁊ vbi ex parte sui subiecti: quia locus est subiectiue in locante. vbi vero in corpore locato: ut cum lapis est in aqua superficies aque circundantis lapidem que est locus eius

est subiectiue in aqua circūdante: ⁊ esse circūdatū vel esse locatū: quod est vbi lapis est subiectiue in lapide: quia de ipso affirmatiue predicatur. Differunt secūdo quia locus est mēsura extrinseca locati. vbi vero est accidens respectiuū locati quod dicit respectum ad talem mensuram: quia proprie vbi non est aliud q̄ esse in loco vel cōmensurari in loco. Et per hoc habetur tertia differentia ꝙ locus est ens absolutū ⁊ vbi est ens respectiuum. Tertio sciendum ꝙ vbi diuiditur per vbi compositū ⁊ vbi simplex. Ubi compositum est esse locatum vel esse mensuratum loco composico vel circūscriptum, ⁊ sic solū causatur a loco composito. Sed vbi simplex est quod causatur a loco simplici: ⁊ est locus simplex aliquod indiuisibile loci correspondens indiuisibili sui locati. Et dicitur tale vbi per similitudinem ad vbi compositum: quia sicut totum locatum circumscribitur adequate a loco ⁊ habet proportionē ad ipsum: sic etiam quodlibet indiuisibile locati habet proportionem ad indiuisibile loci: sicut cētrum locati ad centrum loci: licet tamen vnum non circundetur proprie ab alio: nec realiter distinguatur ab ipso. ratione cuius dicit textus ꝙ idem sunt punctus ⁊ puncti locus. ideo vbi simplex non est proprie vbi: sed per similitudinem solum ad vbi compositum. ⁊ quia vbi compositum causatur a loco qui diuiditur per locum sursum ⁊ deorsum ante ⁊ retro dextrum ⁊ sinistrum. ideo vbi compositum diuiditur per vbi sursum quod est esse sursum: ⁊ vbi deorsum ⁊ sic de alijs. Et per hoc patet que sūt genera subalterna ⁊ species vbi. Quarto sciendum ꝙ ipsius vbi due sunt proprietates. Prima est ꝙ vbi non habet contrarium. Cuius ratio est quia vbi causatur immediate a loco: quia est esse circumscriptum a loco: sed locus cum sit quantitas non habet cōtrariū. ergo eadē ratiōe nec vbi. vnde si vbi sursum ⁊ vbi deorsum contraria sint: cū idem dicatur sursum ⁊ deorsū respectu diuersorum sequeretur ꝙ duo contraria simul verificarentur de eodem quod est impossibile. Secūda proprietas est ꝙ vbi non suscipit magis ⁊ minus. Cuius ratio est: quia vbi est esse in loco: sed esse in loco non intenditur nec remittitur: licet possit augmentari per maiorem extensionē loci ⁊ locati. ergo vbi non suscipit magis ⁊ minus. ⁊ per hoc habetur diffinitio vbi species ⁊ proprietates eius. Contra predicta arguitur primo sic. circumscriptio est actio cum circūscribere sit agere. sed vbi non est actio. ergo non est circumscriptio. Secūdo sic. anima a corpore separata habet vbi quia est in aliquo loco ⁊ tamē in ea non est circumscriptio corporis. ergo vbi non est circumscriptio corporis. Tertio sic vbi est sincathegorema ⁊ solum significat modum entis ergo hic male diffinitur tanq̄ vnū predicamentū quod debet esse ens reale. Quarto sic omne vbi est circumscriptio corporis. sed vbi simplex non est circumscriptio corporis: ergo nō ponetur sub genere vbi: ⁊ sic vbi male diuiditur per vbi simplex ⁊ compositum. Quinto sic. omnis motus fit de contrario in contrarium. sed de vno vbi ad aliud fit motus: ergo vbi habet contrarium. Ad primū dicitur ꝙ licet circumscriptio actiua sit quedam actio. non tamen circumscriptio permanens ⁊ neutralis de qua solum intelligitur in diffinitione vbi. Ad secundum dicitur ꝙ licet anima separata sit in loco diffinitiue ⁊ secundū similitudinē nō tamen est in loco circumscriptiue ⁊ proprie. ideo solū habet vbi secundū similitudinē eo modo quo ponitur esse in loco. Ad tertium dicitur ꝙ licet vbi acceptum interrogatiue vel relatiue sit sincathegorema. nō tamen quando sumitur pro alicubi ⁊ solum hoc modo hic accipitur. Ad quartū dicitur ꝙ vbi proprie dictum est circumscriptio corporis ut ponitur in sua diffinitione sed non oportet de vbi similitudinarie accepto. modo vbi simplex est vbi secūdū quādam similitudinem ad vbi compositum. Ad quintū dicitur ꝙ duo vbi considerata ut maxime distantia sunt contraria ⁊ fit motus de vno in aliud. tamen si considerentur ut solum dicunt esse circumscriptum locati ⁊ predicantur denominatiue de prima substantia hoc modo non habent contrarietatē. item nec sub tali ratione fit motus de vno in aliud ⁊ quia vbi sic a logico consideratur. ideo non dicitur habere contrarium.

Capitulum. Positionis.

Positio est quedā. Postq̄ auctor determinauit de predicamento vbi quod dicit simpliciter esse in loco. Hic consequēter determinat de predicamento situs quod dicit modum essendi partium in toto ⁊ in loco. quod ab auctore prius dicto sub nomine positiōis hoc modo diffinitur. Positio est quedā partiū situs ⁊ generationis ordinatio sicut sedere vel stare dicit quandā situationē partiū in toto ⁊ in loco ⁊ ordinem compositionis illarū partiū. In qua diffinitiōe situs se habet per modū generis ⁊ notioris. Et ponitur partiū ad denotandū subiectū immediatū positionis in quo est tota compositio. Deinde ponitur generationis ordinatio quia positio dicit proprie ordinē partiū qui conuenit ipsis per compositionē quam habent in toto. ⁊ illam compositionē habent in generatione totius si totū generetur. Si autem sit ingenerabile tunc habent talem ordinem per formā totius que ipsas continet ⁊ sub qua ordinantur: ⁊ non debet hic poni ⁊ copulatiue sed expositiue ut tantū valet sicut idest. Primo sciendum ꝙ licet situs ⁊ positio realiter ⁊ essentialiter conueniant differunt tamen ab inuicē secundū rationem: primo quia situs reperitur tā in naturalibus q̄ in mathematicis. Positio vero si capiatur proprie solum reperitur in naturalibus in quibus ē naturalis ordinatio partiū ex compositione rei si tamen vtrūq̄ capiatur generaliter conuertuntur. sed adhuc differunt hoc modo quia situs dicit per prius ordinē partiū ad locū q̄ ad sitū totū. ⁊ positio econuerso per prius dicit ordinē partiū inter se. secūdo in respectu ad totū tertio ad locum. Ista autē triplex ordinatio partiū per positionē importatur: ⁊ per ea que in hoc predicamento reponuntur. ideo positio denominat substantiā in hoc ꝙ ē suas partes sic se habere ad inuicē: ⁊ ad totū ⁊ ad locū: quare prius dictum est ꝙ situs nō dicit simplicē cōparationē substantie ad aliquid extrinsecū.

Secūdo sciendū ꝙ positio cum sit vnū genus generalissimū nō habens supra se superius vniuocū: conuenienter ponitur vnū predicamentū: ⁊ quia habet vnū specialē modum predicandi de prima substantia. s. in hoc ꝙ est se habere ad aliud secundū suas partes. ideo conuenienter ponitur vnū predicamentum ab alijs distinctum. Cuius species sunt positio innata positio acquisita ex consueto motu nature: ⁊ equaliter poni sursum ⁊ deorsum ante ⁊ retro: dextrū ⁊ sinistrū. Iste enim sunt communes differentie vel species positiōis. ⁊ eius species specialissime sunt iacere sedere stare. ⁊ indiuidua sunt sessio petri: sessio sortis. sed questiuum huius predicamenti sub nomine proprio non habemus: sed circumloquimur ipsum querendo qualiter hoc ponitur vel situatur.

Tertio sciendum ꝙ positionis tres sunt proprietates. Prima est ꝙ positio non habet contrarium. Cuius ratio est: quia si haberet cōtrarium sequeretur ꝙ vni ⁊ eidē ēent plura contraria: quod est inconueniens. consequētia tenet: quia si sedere ⁊ stare essent contraria: eadem ratione iacere esset contrarium huic quod est sedere: vel etiam stare. quia sicut duo prima non possunt esse simul in eodem sic iacere non potest simul esse cum ipsis. ⁊ sic vni contrariarētur plura. Item contraria sunt forme actiue ⁊ passiue sed positiones nō sunt actiue vel passiue. ergo nō contrariantur. Secūda proprietas est ꝙ situs non suscipit magis ⁊ minus: quia nihil dicitur magis ⁊ minus sedere intēsiue. ⁊ si dicatur magis ⁊ minus sedetur extensiue: hoc est quo ad durationem: nec aliquid dicitur similiter magis vel minus stare. ⁊ sic de alijs positionibus. ergo positio non suscipit magis vel minus. Quarto sciendum ꝙ tertia proprietas positionis inest sibi propria quarto modo est ꝙ maxime est proprium positioni proximius assistere substantie. ⁊ dicitur illud accidens assistere substantie: quod in nomine suo nō dicit ee in subiecto: sed dicit principalius cōparationē vel respectū substantie ad aliquod extrinsecū: ut sunt ad aliquid quādo vbi situs ⁊ habitus: q̄ magis dicunt respectū ad aliquid extrinsecū suo subiecto q̄ inherentiā eorum in suo subiecto. ⁊ q̄ inter

ista positio nõ dicit solum respectum ad aliquid extrinsecū .s. ad locum. sed etiam dicit respectū partium inter se ad situz totius: qui respectus proximior est q̄z respectus ad extrinsecum solum. Ideo inter omnia que hoc modo assistunt. positio dicitur proximus assistere substantie. Et hoc modo satis patet diffinitio species ⁊ proprietates positionis. Sed cõtra predicta arguitur primo sic: positio ⁊ situs idem sunt ⁊ inter se conuertuntur. sed idem non debet diffiniri per seipsum. ergo diffinitio male diffinitur per situm. Secūdo sic: positio vel situs denominare habet totū ⁊ non partem: ut totus homo dicitur iacere vel sedere: ⁊ nõ partes eius. ergo diffinitio nõ cõuenit partibus sed toti. ergo male dicitur ꝙ est situs partiū. Tertio sic: in celo est positio vel situs: ⁊ tamē ibi nõ est generationis ordinatio, cū celū sit ingenerabile. ergo male dicitur in diffinitione positionis qđ est generationis ordinatio. Quarto sic: sedere ⁊ stare maxime distant ⁊ se expellunt ab eodez subiecto in quo sunt successiue ⁊ etiam de vno in aliud fit motus. ergo contrariantur. ⁊ sic positio habet cõtrariū. Quinto sic: ad aliquid oritur in substantia ex parte totius. positio vero oritur ex parte partiū tantū. ergo positio nõ proximius assistit substãtie sed ad aliquid. Ad primū dicitur ꝙ si situs et positio capiant̃ ſm̃ bo generaliter sic bene conuertuntur: quia q̄cunq̄z habent positionē etiam dicuntur situm habere ⁊ econuerso. Sed si capiatur positio specialiter pro ordine partium qui prouenit ex compositione totius: ut hic principaliter capitur: situs se habet ut superius ad positionem ut dictū est. Ad secundū dicitur ꝙ licet situs conueniat toti principaliter tanq̄z illi quod denominatur ꝑ ipsum: tamē primo cõuenit ipsis ꝑtibus inter se ordinatis. ⁊ postea ordinant̃ ad totū ⁊ ad locū eo ꝙ dicit ordinē partiū inter se ad totū ⁊ ad locū. vñ ꝑtes se habent ut subiectū quo totū vero ut subiectū qđ ⁊ principale. Ad tertiū dicitur ꝙ si capiatur generatio ꝓprie pro ut est ꝓgressio de non esse ad esse subiecto presupposito sic in celo nõ est generatio. sed si capiatur generaliter ꝓ quacunq̄z progressione cõpositione rei vel ꝑdicatione sic in celo reperitur generatio ⁊ sic capitur generatio in hac diffinitione. Ad quartū dicit̃ ꝙ lz sedere ⁊ stare ꝑ accidēs se expellant ab eodē subiecto ꝑ hoc ꝙ per motū localē cū vnū acquiritur aliud abiicitur: non tamen se expellunt ꝑ se a tali subiecto nec per se fit de vno in aliud motus. Ad quintū dicitur ꝙ licet relatio se teneat ex parte totius ⁊ positio ex parte partiū: tamen positio importat respectū ad aliquid intrinsecū relatio vero non. ideo positio dicitur proximius assistere substantie q̄z relatio.

Capitulum. Habitus

Habitus est corporum. Postq̄z prius determinatū est de situ quod cõmuniter ⁊ vniuersaliter cõuenit omnibus substantiis. Hic consequenter determinandū est de vltimo predicamento .s. de habitu qđ solum ꝯuenit homini ⁊ his q̄ instrumentaliter subseruiunt homini ⁊ ab auctore prius dicto sic diffinitur. habit⁹ est corporū ⁊ eorū q̄ circa corpus sunt adiacentia. In qua diffinitione ponitur adiacētia loco generis. ⁊ licet secundū vocē ⁊ causa ornatus ponatur in vltimo loco diffinitionis tamen ſm̃ rē ⁊ intellectū ponitur in primo loco. Deinde ponitur corporū ad explicandū subiectū habitus ⁊ causam finalē eius. Deinde ponitur ⁊ eorū q̄ circa corpus sunt ad explicandū causam efficientē ⁊ quodãmõ materialē ipsi⁹ habitus: ⁊ per hoc intelligūtur ea q̄ adiacēt ⁊ applicantur corpori secundū figuram eius ⁊ per hoc differt habitus ab omnibus aliis. Primo sciendū ꝙ habit⁹ ut hic sumitur nõ est res habens nec res habita. sed est quodãmodo accidens respectiuū inter rē habitam ⁊ habentē sicut esse capuciatuz non est res habens capuciū nec ipsum capuciū. sed dicit esse accidentale hominis sibi ꝓueniens ex adiacentia capucii ⁊ ideo hic nõ capitur habitus ut ē qualitas de difficili mobilis: neq̄z ut opponitur priuationi. sed pro tali accidente respectiuo qđ est mediū rei habentis ⁊ rei habite. ⁊ licet sit ens respectiuū non tamē est relatiuū ſm̃ esse. quia nõ refert̃ ad aliud cū quo dicatur ad conuertentiā sub habitudine eiusdē casus sed solū est relatiuū ſm̃ dici. Secūdo sciendū ꝙ habitus hoc mõ acceptus est vnū ꝑdicamentū ab aliis distinctū. Cuius rõ est q2 est vnū genus generalissimū ⁊ habz vnū specialē modū predicandi de prima substãtia. ꝑdicat̃ enim de ipsa in hoc ꝙ est esse sic vel sic habituatū. Cui⁹ q̄si tiuū sub nõie ꝓprio nõ habemus sed ipsum circūloquimur dicēdo qualiter est hoc habituatū: ⁊ eius species sunt habitus totius ⁊ habitus partis. Exemplum de primo ut armatū esse vestitū esse. Exemplū de secūdo ut tunicatū eē vl' capuciatū esse. ⁊ iterū armatū esse plures ꝯtinet species specialissimas ut loricatū esse lanceatum esse ⁊ sic de aliis. ⁊ vestitum eē plures species specialissimas ꝯtinet etiā sub se ut tunicatum eē ⁊ capuciatuz esse. ⁊ indiuidua sunt ut armatio sortis ⁊ platonis ⁊ sic de aliis. Tertio sciendum ꝙ habitus tres ponuntur cõmunitates. quarum prima est ꝙ habitus suscipit magis ⁊ minus. Cuius ratio est. quia suscipere magis ⁊ minus est idem manēs in specie magis vl' minus accedere ad perfectum esse illius speciei. ita ꝙ per accessum ad talem terminum dicitur suscipere magis: ⁊ min⁹ ꝑ recessum ab eo. sed hoc cõuenit habitui sicut aliquis dicit̃ magis armatus vel minus armatus nam vnus est armatior alio secundū ꝙ magis vel minus accedit ad perfectuz eē sue speciei: ⁊ sic habitus suscipit magis ⁊ min⁹. Secunda ꝓprietas est ꝙ habitui nihil est contrarium. Cuius ratio est quia nullum accidens respectiuum habet contrariū inq̄ntum respectiuum est: quia non per se contrariatur illi ad quod refertur: sed tantū ratione sui fundamenti: sed fundamenta habitus non contrariantur: ut corpora inter se non contrariantur: nec illa que sunt circa corpus ut sunt tunica capucium: ⁊ sic de aliis. ergo habitus non habet contrariū.

Quarto sciendum ꝙ ipsius habitus tertia proprietas est ꝙ proprium est habitui semper in pluribus existere. Cuius ratio est: quia habitus est corporum ⁊ eorum que circa corpus sunt adiacentia. sed in tali adiacentia illa que habētur applicantur ⁊ figurantur secundū figuram habentis: ratione cuius aliquid dicitur habere: ⁊ econtra ipsū habens quodãmõ applicatur: ⁊ quodãmodo adiacet rei habite ratione cuius dicitur haberi. ⁊ ideo vtrūq̄z illorum est aliquo modo adiacens ⁊ applicatum ad alterum. Ideo habit⁹ semper in pluribus existit: tamen non est proprie: ut in principali subiecto in re habita ratione cuius non per se denominat rem habitam: ut capuciū non dicitur capuciatum: sed ut in principali subiecto est in ipso habente ⁊ ipsum denominat: ut dicendo sortes est capuciatus. Et per hoc satis patent diffinitio modus predicandi species indiuidua ⁊ proprietates ipsius habitus. Contra predicta arguitur primo sic: visus est habitus: ⁊ tamen non est adiacentia corporū. ergo diffinitio mala. Secundo sic tunica est habitus ⁊ similiter capucium: ⁊ tamen non est adiacentia corporum: sed est illud quod est circa corpus. ergo contra diffinitionem. Tertio sic: vbi est adiacentia corporis ⁊ loci existentis circa corpus: et tamen non est habitus. ergo ista diffinitio conuenit aliis a diffinito. Quarto sic suscipere magis ⁊ minus presupponit habere contrarium: sed habitus non habet contrarium. ergo non suscipit magis ⁊ minus. Quinto sic: nullū accidens est in pluribus subiectis: quia accidēs numeratur ⁊ multiplicatur secundum multitudinē suorū subiectorum. ergo nulli habitui conuenit in plurib⁹ existere: ⁊ per consequens male ponitur tertia ꝓprietas ipsius habitus. Ad primū dicitur ꝙ si capiatur habit⁹ pro puro habitu seu forma positiua que opponitur priuationi que est carentia forme in subiecto apto nato sic visus est habitus: sed non ē habitus capiendo habitum pro accidente medio inter rē habentē ⁊ rem habitam ut hic solum accipitur. Ad secundū dicitur ꝙ licet tunica ⁊ capucium dicantur materialiter habitus nõ tamē formaliter. sz adiacentia ipsorum ipsis habentibus dicitur formaliter habitus: tamen illa sunt nobis notiora q̄z illa adiacentia. Ideo sepe noiantur noie habit⁹ ⁊ sic reponūtur in q̄rta specie q̄litatis. Ad tertiū dicit̃ ꝙ licet vbi dicat adiacentiã locati ⁊ loci: nõ tamen adiacentia

am habentis ⁊ habiti quod applicatur ⁊ figuratur ad figuram habentis. vnde ad habitum requiritur adiacentia dñi ⁊ applicatio simul que conuenit corpori ⁊ in vbi ẽ adiacentia dñi ⁊ hoc intelligitur in hac diffinitione cũ dicitur eorũ que sunt circa corpus adiacentia. Ad quartũ dicitur q̄ suscipere magis ⁊ minus ex permixtione contrarij cũ contrario semper presupponit contrarietatem: non tamen suscipere magis ⁊ minus per accessum ad terminũ ⁊ recessum a termino. ⁊ hoc modo habit⁹ suscipit magis ⁊ minus quãuis non habeat contrariũ. Ad quintũ dicitur q̄ licz nullum accidens in numero sit pfecte in pluribus subiectis: quia cũe nõ esset vnũ: tamẽ bene põt esse cõplete ⁊ pfecte in vno subiecto ⁊ imperfecte in alio et in causa ꝓpinqua: ⁊ sic ẽ de habitu qui est in habẽte cõplete ut in subiecto. ⁊ in re habita incõplete ⁊ ut in causa ut dictum est prius.

❡ Capitulum postpredicamentorum.

Dicitur autẽ alterũ alteri opponi q̄drupliciter. Oppositorum enim alia sunt relatiue opposita ut pater et fili⁹ duplũ ⁊ dimidiũ: dñs ⁊ seruus. Alia sunt priuatiue opposita ut priuatio ⁊ habitus ut visus ⁊ cecitas: aut auditus ⁊ surditas. Alie sunt cõtrarie opposita ut album ⁊ nigrũ. Alia cõtradictorie opposita ut affirmatio et negatio sicut sedet ⁊ non sedet.

Postq̄z auctor determinauit de p̄dicamẽtis. Hic consequenter determinat de postpredicamẽtis: ⁊ rõ ordinis ẽ: quia p̄dicamentũ dicit solũ coordinationem dicibiliũ q̄ sunt sub codẽ genere tantũ. Postpredicamẽtũ vero dicit coordinatione corũ q̄ in diuersis p̄dicamẽtis reponunt̄. diffinit̄ enim sic: postp̄dicamẽtũ ẽ coordiatio pluriũ dicibiliũ reducibiliũ ad diuersa p̄dicamẽta valẽs ad ꝯpletã noticiã eorũ habẽdã sicut mor⁹ dicit coordinationẽ suarũ specierũ q̄ ad diuersa p̄dicamẽta reduciũtur. ut patebit inferi⁹. ⁊ quia prius oportet cognoscere coordinationẽ dicibiliũ sub vno genere q̄z coordinationẽ eorũ q̄ ad diuersa gñã reducũtur. Ideo cõueniẽter post predicamenta determinatur de postpredicamentis.

Primo sciendũ q̄ hic ponuntur quinq̄z postpredicamẽta. s. oppositio: prius: simul: motus: ⁊ habere. Quorũ sic habetur sufficiẽtia: quia oẽ postp̄dicamẽtũ valet ad noticiã cõpletam p̄dicamentorũ vel ergo valet ad cognoscendũ ea que sunt in p̄dicamento q̄ntũ ad suũ fieri ⁊ sic est motus: vel q̄ntũ ad suũ esse. ⁊ hoc tripliciter: quia vel valet ad cognoscẽdum repugnantiã eorũ vel ordinẽ vel cõuenientiã. Si repugnãtiã sic est oppositio: ꝑ quã cognoscimus diuersitatez ⁊ distinctionẽ generũ ⁊ eorũ q̄ ponuntur sub genere: distinctio enim ⁊ diuersitas semꝑ in aliq̄ oppositione fundãtur. Si ad cognoscendũ ordinem sic ẽ prius. Si ad cognoscẽdũ cõuenientiã hoc est dupliciter: vel valet ad cognoscendũ cõuenientiã inferiorũ in suis superioribus ⁊ sic est simul. vel accidentiũ in substãtiã ⁊ sic est habere. Et q̄ oppositio valet ad cognoscendũ diuersitatẽ q̄ inter generalissima primo reperitur: alia aũt postpredicamenta magis valent ad cognoscendũ ea q̄ in diuersis generibus reponuntur. Ideo inter postp̄dicamẽta prius determinatur de oppositione. Secũdo sciẽdũ q̄ oppositiõ capit̄ dupl'r. Uno mõ ut ẽ repugnãtia duarũ ꝓpositionũ in q̄ntitate vel q̄litate. ⁊ sic ẽ passio ꝓpõnis ⁊ de tali oppositiõe nõ ẽ ad ꝓpositũ bieuiz de illa determiatur in p̄mo tractatu. Alio mõ capitur oppositio ꝓ oppositiõe rerũ siue dicibiliũ incõplexorũ: ⁊ talis oppositio capitur adhuc dupliciter: vno mõ in q̄ntũ valet ad cognoscẽdũ diuersitatẽ dicibiliũ q̄ ordinant̄ in p̄dicamẽto: ⁊ sic ꝯsiderat̄ in isto tractatu. Alio mõ ꝯsiderat̄ in q̄ntũ valet ad cognoscẽdũ habitudines locales oppositorũ: ⁊ sic de ipsa determinatur in locis dialetic͂. Tertio sciẽdũ q̄ oppositio ut est passio rerũ sic solet diffiniri. Oppositio est repugnantia duorũ extremorũ nõ ꝑmittentiũ se simul in eodem subiecto ⁊ respectu eiusdẽ: sicut contrarietas calidi ⁊ frigidi est repugnantia caliditatis ⁊ frigiditatis q̄ nõ ꝑmittunt se simul in eodẽ subiecto. In qua diffinitione ponitur repugnantia loco generis repugnantia enim est quoddam superius ad repugnantiam materialem ⁊ formalez que est oppositio. Deinde ponitur duorũ extremorum ad explicandum subiecta vel terminos oppositionis: que est quoddã ens respectiuũ ⁊ dicitur non ꝑmittentiũ se simul in eodez subiecto ꝓpter contraria priuatiua ⁊ cõtradictoria. ⁊ dicitur respectu eiusdem propter relatiua: que simul se permittunt in eodẽ respectu tamen diuersorum sicut pater ⁊ filius. Quarto sciendũ q̄ oppositio diuiditur in quattuor species. s. in oppositionẽ relatiuã cõtrariã priuatiuã ⁊ cõtradictoriã: q̄rũ sic habetur sufficientia: oĩs oppositio est repugnãtia duorũ extremorũ: vel ergo est inter ens ⁊ ens: vel inter ens ⁊ nõ ens. Si inter ens ⁊ ens hoc est dupliciter: vel illa extrema se expellũt ab eodẽ subiecto secundũ actũ tantũ ⁊ se permittunt secundũ potentiã: ⁊ sic est oppositio contraria. vel se expellunt secundũ actũ ⁊ potentiã simul respectu eiusdẽ ⁊ sic est relatiua oppositio. Si inter ens ⁊ nõ ens hoc est dupliciter: vel inter ens ⁊ non ens simpliciter: ⁊ sic est contradictoria oppositio: cuius vnũ extremũ est nõ ens simpliciter. vel inter ens ⁊ nõ ens secundũ quid: ⁊ sic est priuatiua oppositio. Contra predicta arguitur primo sic: quecunq̄z ponuntur in eadem coordinatione habent inter se cõueniẽtiã sed ea q̄ ponẽtur in diuersis predicamentis nõ habent inter se cõuenientiam ergo male dicitur q̄ postpredicamentũ est coordinatio pluriũ que reponũtur in diuersis predicamentis. Secundo sic: homo ⁊ asinus habẽt inter se repugnantiã ⁊ nõ se simul in codẽ permittunt: ⁊ tamen non opponuntur: quia nõ habent aliquã speciẽ oppositionis ergo diffinitio oppositiõis conuenit alijs a diffinito. Tertio sic: omne quod habet species est gen⁹: sed oppositio nõ est genus. ergo male dictũ est q̄ ipsius quattuor sunt species. Quarto sic: omnia opposita semper sunt relatiua: quia omne oppositũ semper refertur ad suũ oppositũ ⁊ econtra. ergo omnis oppositio ẽ relatiua. ergo male ponitur vna species distincta ab alijs speciebus oppositionis. Quinto sic: mẽbra huius diuisiõis coincidunt: ergo non est bona. antecedens patet: quia albedo ⁊ nigredo contrariantur: ⁊ similiter habẽt priuatiuam oppositionẽ quia nigrum dicit carentiã albedinis ⁊ relinq̄t aptitudinẽ ad illam: ⁊ similiter nigruz includit non album q̄d coincidit albo. ergo ibi sunt tres oppositiões. Ad primũ dicitur q̄ illa que ponuntur in vna coordinatione sub aliquo vniuoco habent ꝯuenientiã secundũ rem ⁊ vocem simul: ⁊ illa que simul ordinantur sub aliquo equiuoco habent conuenientiã solum ex parte vocis: ⁊ hoc modo fit coordinatio postpredicamentalis, mõ licet illa q̄ sunt in diuersis predicamentis non habeant conuenientiã secundũ rem ⁊ vocem simul: habent tamen bene conuenientiã secundũz vocem: et hoc sufficit ut simul cõtineantur sub vno postpredicamento. Ad secundũ dicitur q̄ homo ⁊ asin⁹ nõ habent repugnantiã formalez ad inuicẽ: sed materialiter ⁊ virtualiter includunt repugnantiã differẽtiarũ animalis: q̄ habent contrarietatẽ imperfectã. ideo homo ⁊ asinus virtualiter includunt contrariã oppositionẽ vel priuatiuã: ⁊ proprie dñr disꝑata ⁊ nõ opposita. Ad tertiũ dr̃ q̄ lz oppositio nõ sit genus s̄m rẽ ẽ tamẽ secundũ modũ: ⁊ hoc modo dicitur habere species. i. modos specierũ qui tamẽ nõ sunt species secundũ rem. Ad quartũ dicitur q̄ si considerentur opposita quantũ ad intentionẽ cõmunẽ oppositi vel cõtrarij: sic sunt relatiua inter se. Sed si considerentur opposita quantũ ad res subiectas illis intentionibus: sic nõ semꝑ opponuntur relatiue. sed quãdoq̄z contrarie quãdoq̄z ꝑuatiue vel contradictorie. ⁊ q̄ oppositio accipitur inter ea q̄ntum ad id q̄ sunt: ⁊ non ex parte intentionis. ideo nõ omnis oppositio est relatiua. Ad quintũ dr̃ q̄ licet albedo ⁊ nigredo [illegible] includãt oppõnez ꝑuatiuã ⁊ ꝯdictoriam

tamen formaliter solū habent oppositionē contrariā. ideo ille oppositiones formaliter nō coincidunt.

¶ Que autē sunt relatiue opposita dictū est prius. Contraria sunt que sub eodem genere posita sunt: et maxime a se distant ⁊ eodez susceptibili vicissim insunt nisi alterū insit a natura ut albedo cigno et niui ⁊ nigredo coruo ⁊ carboni ⁊ ebano: ⁊ caliditas igni. caliditas autem non est in igne ut accidens in subiecto: immo ut substantiale in eo cuius est substantiale: sicut sunt que cadunt in diffinitione alicuius non secundū predicationē sed potius ut principiū ut pūctus cadit in diffinitione linee: ⁊ vnitas in diffinitiōe nūeri. Et iste modus eēndi in cōtinetur sub q̄rto modo ſm ꝙ vnaquecꝫ ps diffinitiōis est in diffinito: ⁊ sic ignis nō est subiectū caliditatis sed materia ignis est subiectū eius hoc enim est receptibile caliditatis ⁊ frigiditatis: vnde caliditas est in materia ignis ut in subiecto in igne vero nō ut in subiecto sed ut substantiale in eodē cuius est substantiale.

Postq̄ʒ auctor posuit diuisionē oppositionis in generali de omnibus speciebus siue modis eius. Hic cōsiter explicat in spāli de illis modis oppositionū. Et qꝛ in oppositiōe relatiua ⁊ cōtraria extrema sunt entia ⁊ in puatiua ⁊ cōtradictoria vnū extremū est ens ⁊ aliud nō ens: ideo prius videndū est de relatiua oppositiōe ⁊ cōtraria q̄ʒ de alijs: ⁊ iterū qꝛ in relatiua oppositiōe vnū extremorū est in actu simul cū alio lʒ in diuersis subiectis: in contraria vero vnū extremū est in actu reliquū vero in potētia: qꝛ cōtraria ut opponuntur nū q̄ʒ possunt eē simul in eodē actu: ideo prius determinādū est de relatiua oppositiōe de cuius determinatiōe se excusat auctor eo ꝙ prius satis determinatū ē de ipsis relatiuis. Primo sciēdū ꝙ relatiua oppositio ē repugnātia relatiui ⁊ correlatiui inter se: sicut ē repugnātia patris ⁊ filij ad simul eēndū in eodē subiecto ⁊ respectu eiusdē licet in diuersis subiectis posita se ponāt ⁊ perempta se perimant. Que aūt sint relatiue opposita dictū est prius: qꝛ ſm rem idez sunt relatiua ⁊ relatiue opposita. Relatiua aūt sunt quoꝝ totū esse ē ad aliud quodāmō se habere. s. ꝙ referātur ad inuicē sicut prius dictū est. Et p hoc differt relatiua oppositio ab alijs oppositionibus: qꝛ in relatiua oppositiōe vnū extremū refert ad aliud ut dicēdo pater filij pater ⁊ ecōtra ⁊ etiā ambo extrema sunt simul in actu qḋ non fit in alijs ut pʒ inductiue: albū enim nō refertur ad nigrū dicēdo albū nigri albū: neq̄ʒ visus ad cecitatē: nec sedere ad nō sedere ⁊ sic de alijs: ideo relatiua oppositio cōuenienter distinguit ab alijs. Secūdo sciēdū ꝙ cōtrarietas est repugnātia duorū cōtrarioꝝ inter se. ⁊ sunt cōtraria q̄ sub eodē genere posita sunt ⁊ maxime a se inuicē distant: ⁊ eidē susceptibili vicissim insunt a q̄ mutuo se expellunt nisi alterū insit a natura. In qua diffinitione intelligit opposita loco generis. Deinde dī q̄ sub eodem genere posita sunt ad differētiam priuatiuoꝝ ⁊ cōtradictorioꝝ quorū vnū est semp nō ens qḋ nō ponit sub genere. Deinde ponit ⁊ maxime a se inuicem distāt ad dr̄iam medioꝝ q̄ sunt inter cōria: q̄ inquātū media sunt pprie nō cōtrariant extremis: sicut rubeum qḋ est mediū albi ⁊ nigri nō cōtrariat alicui illoꝝ. Deinde ponit eidē susceptibili vicissim insunt. i. successiue ad dr̄iam relatiue oppositoꝝ q̄ nō sunt successiue circa idē subiectū acceptū cum pprimo fundamēto relatiōis. Deinde ponitur mutuo se expellūt propter disperata quibus cōueniunt partes precedētes huius diffinitionis: sed illa nō se expellūt ab eodē actione propria nec sunt cōtraria. Et ponitur nisi alterū eorū insit a natura propter cōtraria q̄ naturaliter insunt suo subiecto: ut est calor in igne q̄ nō pōt ab eo expelli: ⁊ ē in eo ut principiū essentiale eius. Tertio sciendū ꝙ ignis dupliciter pōt cōsiderari. Vno modo ſm eē essentiale: ut est quoddā cōpositū ex materia ⁊ forma substātiali: et sic calor est sibi accidēs ⁊ nō forma substātialis: neq̄ʒ principiū essentiale eius: quia qḋ vni est substātia nulli est accidēs ideo si calor esset principiū essentiale ignis sequeretur ꝙ nulli esset accidēs: quod est falsum. Alio mō cōsideratur ut est principiū actiuū aliorū respectu corporū generabiliū ⁊ corruptibiliuʒ: ⁊ hoc modo qꝛ ignis agit mediante calore suo calor dicitur aliquo mō principiū essentiale ignis inquātū est actiuus. ⁊ hoc modo debēt intelligi ea q̄ dicuntur in textu: quia nisi sic intelligerentur viderentur esse falsa: qꝛ calor non est de essentia ignis: nec principium eius: si cōsideretur inquātum ad suū eē substantiale.

Quarto sciēdū ꝙ duplicia sunt cōtraria. s. mediata ⁊ immediata. mediata sunt inter que mediat aliqua species sui generis quodāmodo participans naturā vtriusq̄ʒ cōtrariorū: ut inter albū ⁊ nigrū mediat rubeum fuscū ⁊ croceū: q̄ quodāmodo participant naturam albedinis ⁊ nigredinis. Et dicuntur talia cōtraria mediata: quia habent mediū p participationē. Sed cōtraria immediata sunt inter que nō mediat aliqua species sui generis: ut sanū ⁊ egrū inter q̄ nō est aliqua species media: sed semp necesse est vnū illoꝝ esse in proprio subiecto ipsorū: quia quodlibet animal vel est sanū vel egrū: ⁊ non est dandū medium: quia in quolibet animali est adequatio humorū: ⁊ sic est sanū, vel inequatio: et sic est egrū. Et illa cōtraria dicuntur immediata per carentiā medij p participationē licet habeant mediū per abnegationē: de quo ambo extrema vere negantur: ut de lapide simul negatur sanum ⁊ egrū: ⁊ de vtrisq̄ʒ illorū cōtrariorum intelligitur diffinitio prius posita. Contra p̄dicta arguitur primo: sic nulla opposita ad se inuicē consequunt: tum vnū destruat aliud: sed relatiua se consequūtur mutuo cuʒ ad esse vnius sequat eē alterius: ⁊ inter se conuertunt secūdū existentiā. ergo relatiua nō sunt opposita. Secūdo sic quecunq̄ʒ opponunt habent oppositionē secūdū respectū vnius ad alterū: sed relatiua nō habent oppositionē secundū respectū vnius ad alterū quia vnius ad alterū est forma relationis in qua ambo cōuenīūt. ergo nulla relatiua opponūtur. Tertio sic: bonū ⁊ malū cōtrariant: ⁊ tamē non ponūtur sub eodē genere. sed sunt prima genera. ergo cōtraria nō ponuntur sub eodē genere. Quarto sic: contradictoria plus distant q̄ʒ cōtraria. ergo cōtraria nō maxime distant cōtra diffinitionē cōtrariorū. Quinto sic: calidū ⁊ frigidū cōtrariantur: ⁊ tamē nō se mutuo expellūt ab eodē subiecto: qꝛ simul sunt in tepido ergo male dī in diffinitiōe cōtrariorū ꝙ mutuo se expellūt ab eodē subiecto. Ad primū dicatur ꝙ licet relatiua quātū ad eē in diuersis subiectis consequant se inuicē ⁊ conuertūtur sc̄dm existentiā: nō tamē quātū ad esse in eodē subiecto: sed respectu eiusdem subiecti opponuntur. adeo eo modo quo cōsequūtur se inuicē non opponuntur. Ad secundū dicitur ꝙ inter relatiua est quidā respectus positiuus qui est forma relatiōis in qua relatiua cōueniunt: ⁊ secundū talē respectū non opponuntur. Alius est respectus repugnātie correlatiuorū ad simul esse in eodem subiecto: ⁊ secundū illū respectū habent oppositionē. Ad tertiū dicitur: ꝙ licet bonū ⁊ malū nō ponātur sub eodem genere morū: sed sint diuersa in moribus: tamē bene ponuntur sub eodē genere logico: qꝛ ponūtur sub prima specie qualitatis: ut dicūt habitus bonos vel malos ⁊ sub genere actionis inquātū dicūt actus. ⁊ hoc capiendo bonū ⁊ malū ut capiūtur in moralibus. qꝛ si caperentur ut sunt passiones entis: sic opponūtur priuatiue: ⁊ nō ponuntur sub eodē genere. Ad quartū dicitur: ꝙ licet contradictoria simplr̄ maxie distāt: nō tamē sub eodē genere: sʒ sic cōtraria maxime distant. Ad quintū dī: ꝙ licʒ in tepido

sit calidū ⁊ frigidū ſm eſſe remiſſum: non tamē ſm eſſe intenſum quo modo inter ſe contrariantur.

¶ Priuatiue oppoſita ſunt que circa idē habent fieri ordine irregreſſibili: ut ab habitu eſt deuenire in priuationem ⁊ nō ecōuerſo. Impoſſibile eſt enim a priuatione regreſſum fieri in habitū ut cecitas et viſus habent fieri circa oculum ⁊ a viſu contingit fieri motum ad cecitatem et nō ecōuerſo per naturam.

Poſtq̄ auctor determinauit de relatiua oppoſitiōe ⁊ cōtraria quarū ambo extrema ſunt duo entia. Hic cōſequenter determinat de oppoſitione priuatiua ⁊ cōtradictoria: q̄rū vnū extremū eſt ens: ⁊ aliud nō ens. Et q2 in oppoſitione cōtradictoria vnū extremorū eſt nō ens ſimpliciter. In priuatiua vero eſt nō ens ſm quid: ꝫ nō prius videndū eſt de priuatiua oppoſitione q̄ȝ de contradictoria. Itē oppoſitiones poſſunt dupliciter ꝯſiderari. vno mō ex parte repugnātie quam important. ⁊ q2 in contradictione eſt maior repugnātia q̄ȝ in aliis: ideo hoc mō precedit cōtradictoria oppoſitio: deinde priuatiua: tertio contraria: ⁊ vltimo relatiua. Alio modo conſiderantur quantū ad entitatē ſuorū extremorū: ⁊ hoc modo relatiua oppoſitio prior eſt: ſecūdo cōtraria: tertio ꝓuatiua: vltimo contradictoria. Et quia hic conſiderantur oppoſitiones ex parte ſuorū extremorū: ideo hic vltimo in textu ordinatur ⁊ conuenienter ponitur oppoſitio priuatiua ante contradictoriā. Primo ſciendū: q priuatiua oppoſitio eſt repugnātia habitus ⁊ priuationis ſiue ꝓuatiue oppoſitorū. ⁊ habit⁹ eſt forma habita in aliquo ſubiecto ſicut eſt viſus in oculo. Priuatio vero eſt negatio forme in ſubiecto cū aptitudine ad illam: ſicut cecitas dicit negationē potentie viſiue ⁊ relinquit aptitudinē ad illā eo q relinquit principia remota viſus. ⁊ illa duo. ſ. priuatio ⁊ habitus dicūtur priuatiue oppoſita: q̄ ſic poſſunt diffiniri. priuatiue oppoſita ſunt: quorū vnū dicit negationē alteri⁹ cū aptitudine ad ipſum. Secundo ſciendū: q aliter diffiniūtur in textu ſic. priuatiue oppoſita ſunt q̄ circa idem ſubiectū habēt fieri ordine irregreſſibili ⁊ tēpore determinato a natura ſicut viſus ⁊ cecitas circa oculū. Cuius ratio eſt: q2 priuatio dicit corruptionē habitus ⁊ principioꝝ eius in ſuo ſubiecto: ideo priuatio habet fieri circa idem ſubiectū ſicut ⁊ habitus. ⁊ quia corruptio preſupponit illud qđ corrūpitur: ideo priuatio preſupponit habitū: ⁊ habitus naturaliter precedit priuationē: ideo habent fieri in eodē ſubiecto ſecūdū ordinē: ⁊ q2 corruptis ꝓncipiis habitus non pōt fieri regreſſus in habitū. Et ꝓuatio dicat corruptionē illorū ꝓncipiorū. Ideo habitus ⁊ ꝓuatio ſūt circa idē ſubiectū ordine irregreſſibili. ⁊ q2 aliquis dicitur habere priuationē quando nō habet habitū tēpore quo debet habere: iō dicit̄ tēpore determinato a natura ſicut catulus ante nouē dies non dicitur cecus q̄uis caret viſu ⁊ faciliter pōt videri q̄d ſit genus ⁊ differentia in iſta diffinitione. Tertio ſciēdū: q duplex eſt priuatio q̄dā eſt ꝑfecta q̄ negat habitū ⁊ principia ꝓpinqua habitus ⁊ ſolū relinquit principia remota ipſius habitus ſicut eſt cecitas reſpectu viſus q̄ negat viſum ⁊ debitā cōplexionē organi ⁊ de tali priuatione non pōt fieri regreſſio in habitū ut dictum eſt. Alia eſt priuatio imꝑfecta q̄ negat habitū tantū ⁊ relinquit principia habitus tam ꝓpinqua q̄ȝ remota ut ē quies reſpectu motus: ⁊ de tali ꝓuatione pōt fieri regreſſus in habitu ⁊ ecōtra ut poſt quietē poteſt fieri motus ⁊ econtra. Et ſolū de priuatiue oppoſitis in quibus eſt ꝑfecta mutatio datur illa diffinitio ꝓuatiue oppoſitorū: ⁊ iō bene ponitur ordine irregreſſibili ad dr̄̃nā cōtrariorū ⁊ contradictoriorū. Quarto ſciendū q ꝯdictio ſic diffinitur. Contradictio eſt oppoſitio cuius ſm ſe nō eſt dare mediū. Et ponitur oppoſitio loco generis ⁊ ponit̄ cuius ſm ſe nō eſt dare mediū ad differentiā omniū aliaꝝ ſpecierū oppoſitionis vbi ſemꝑ pōt reperiri mediū vel per participationē vel ꝑ abnegationē: qđ non pōt fieri in cōtradictione. Cuius rō eſt: q2 cōtradictio eſt cōtradictorioꝝ repugnantia inter ſe: ſed inter cōtradictoria nullū eſt mediū: q2 cōtradictoria ſunt illa quorū vnū ſimpliciter dicit negationē alterius ⁊ nihil ponit affirmatiue ut ſunt ens ⁊ nō ens: ſedet ⁊ nō ſedet: ⁊ q2 inter ens ⁊ non ens ſimpliciter nō pōt eſſe mediū: iō in cōtradictione nō pōt repiri mediū: ⁊ hoc ſibi cōuenit per ſe primo ⁊ nō rōne alicuius oppoſitionis precedētis: iō dicitur q ſibi cōuenit ſm ſe. Et ꝑ hoc habet̄ intellectus diffinitionū illarū oppoſitionū ꝓcedentiū. Cōtra predicta arguitur ꝓmo ſic: rationale ⁊ irrationale ꝓuatiue opponuntur: ſimiliter equale ⁊ inequale: ⁊ tamē nō habent fieri circa idē: ergo male ponitur diffinitio ꝓuatiue oppoſitoꝝ. Scđo ſic: illō qđ eſt nō ens nō pōt fieri: q2 factio terminatur ad eē rei: ſed ꝓuatio eſt non ens: ergo nō habet fieri circa aliquod ſubiectū. Tertio ſic: ſciētia ⁊ ignorantia opponūtur priuatiue quia ignorantia eſt priuatio ſcientie: ⁊ tamen de ignorantia pōt fieri naturaliter egreſſus in habitū. ſ. ad ſcientiā: ſicut cū aliqui ſunt primo ignorantes poſtea efficiuntur ſcientes per ſtudiū: ergo priuatiue oppoſita non ſemꝑ ſunt ordine irregreſſibili. Quarto ſic: omnis oppoſitio habet duo extrema: ſed cōtradictio nō habet duo extrema cū ſit inter ens ⁊ nō ens ſimpliciter: modo nō ens nō eſt vnū extremū: ergo cōtradictio nō eſt oppoſitio. Quinto ſic: in oppoſitione cōtrariorū immediatoꝝ nō reperitur mediū: ergo diffinitio contradictionis cōuenit aliis a diffinito. Ad primū dicitur: q licȝ rationale ⁊ irrationale ſm modos ſignificandi ⁊ intelligendi quib⁹ cognoſcūtur a nobis. ſ. vnū per negationē alterius ſunt aliq̄ modo priuatiue oppoſita: tamen ſecūdū id quod ſunt nō ſunt priuatiue oppoſita cū ſint forme poſitiue: ſed magis habēt rationem cōtrariorū: ⁊ eo modo quo priuatiue opponuntur ſunt circa idem in genere licet nō in ſpecie vel in numero. Ad ſecūdū dicitur: q licet priuatio non fiat per ſe tamen bene per accidens. ſ. per corruptionem habitus: quare etiam non eſt ens niſi per accidens ⁊ ſecundū quid. Ad tertiū dicitur: q ſcientia ⁊ ignorantia priuatiue opponūtur priuatione imꝑfecta ⁊ ſolum de priuatione perfecta datur iſta diffinitio. Ad quartū dicitur: q licet nō ens ſimpliciter nō ſit vnū extremū ſm rem: ſed ſm intellectum q̄ concipit non ens per negationē eius nō ens bene eſt vnum extremū oppoſitionis quia tamen non eſt vnū extremum ſecluſo opere intellectus: ideo ſine opere rationis cōtradictio non habet eſſe in rebus completum in actu: ſed in potētia tantū ⁊ perficitur in actu per intellectum. Ad quintum dr̄: q licȝ inter ꝯtraria īmediata nō ſit mediū ꝑ participationē: ē tñ mediū ꝑ abnegationē: de quo pōt vere negari vtrūq̄ extremoꝝ: ⁊ inter ꝯdictoria nullū eſt ſimpliciter mediū.

¶ Prius autem dicitur quadrupliciter. Primo modo ⁊ proprie dicitur aliquid ꝓus altero ſecundum tempus prout dicitur aliquid antiquius ⁊ ſeni⁹ altero: ſicut homo habens triginta annos dicitur antiq̄or ⁊ ſenior illo qui habet viginti. Secundo autem modo dicitur prius quod nō cōuertitur ſecundum ſubſiſtendi conſequentiam: ut vnum prius eſt duobus: duobus enim exiſtentibus mox conſequēs eſt vnū eſſe: ut ſi duo ſunt vnum eſt: ⁊ non ecōuerſo. Tertio autem modo dicitur prius ſecūdū ordinē. ut in diſciplinis principia priora ſunt concluſionibus. ⁊ in grāmatica litere priores ſunt ſillabis: et in narratione

prohemiuz prius est narratione per ordinem. Quarto modo quod melius ⁊ honorabilius est dicitur prius cõsuetudine. Cõsueuerunt enim plurimi honorabiliores ⁊ magis dilectos dicere priores apud se. Preter quattuor modos iam dictos est alter modus prioris eorum. s. que cõuertuntur secundũ essentie consequentiã. ⁊ alterũ est causa alteri⁹ quodãmodo ut sit digne prius ipso: ut res est causa veritatis oratiõis facte de ipsa re: ut hominez currere cõuertitur cũ hac oratiõe: homo currit: ut si hominẽ currere est verũ: homo currit est verũ: ⁊ ecõuerso. Res enim est causa orationis vere de se facte. oratio autẽ nõ est causa q̃ res sit. ab eo enim q̃ res est vł nõ est: oratio est vera vel falsa.

Postq̃ȝ auctor determinauit de postpredicamẽto oppositionis qđ simpliciter valet ad cognoscendũ distinctionem ⁊ diuersitatẽ dicibiliũ incõplexorũ que ponũtur in predicamẽto. Hic cõsequẽter determinat de postpredicamẽto prioris quod valet ad cognoscẽdũ ordinem illorũ dicibiliũ assignans quinqȝ modos eius qui in his versibus continentur Tempore natura prius ordine uel ⁊ honore. Causaȝ causato dicimus esse prius. Et licet posterius sit vnum postpredicamentũ: tamẽ q2 prius ⁊ posterius opponũtur relatiue: ideo tot modis dicitur vnũ quot modis dicitur ⁊ reliquũ: ⁊ cognito vno oportet cognoscere aliud: ideo per distinctionẽ modorũ prioris satis habetur distinctio modorũ posterioris: nec erit specialiter determinanduȝ de ipso posteriori.

Primo sciendũ q̃ primus modus ⁊ secundus prioris sic differũt inter se: quia prius primo mõ quod est prius tẽpore dicitur illud cuius duratio precedit duratiõẽ alteri⁹: siue illa duratio precedat secundũ tẽpus proprie dictũ siue secundũ tẽpus captũ ꝓ eternitate ut aliquis senior altero dicitur prior illo secundũ tẽpus ⁊ durationẽ illius: ⁊ valet ille modus ad cognoscendũ ordinẽ inter vniuersalia q̃ sunt perpetua ⁊ singularia: q̃ sunt corruptibilia ⁊ tẽporalia. vniuersale. n. quod est semꝑ est prius duratione quolibet suorũ indiuiduorũ quod post non esse accipit eẽ. Sed prius secũdo mõ qđ est prius natura dicitur illud qđ nõ cõuertitur ꝺm existendi cõsequentiã: vel est illud qđ requiritur ad esse alterius ⁊ alterũ nõ requiritur ad eẽ eius: sicut vnũ est pri⁹ duobus. Et dicitur cõsequentia existẽdi in qua ad eẽ vnius sequitur esse alterius: ut homo est: ergo animal est. Et dicit̃ conuerti debite talis cõsequẽtia quãdo sicut ad esse ꝑmi sequitur existentia secũdi: ita ad existentiã secũdi sequitur existentia primi: ut hic hõ est: ergo risibile est ⁊ ecõtra: risibile ẽ: ergo homo est. Et valet ille modus generaliter ad cognoscendũ ordinẽ superioris ad inferius: q2 omne superius est hoc mõ prius suis inferioribus. Secũdo sciẽdũ: q̃ tertius mod⁹ ⁊ quartus sic inter se differũt: q2 prius tertio mõ dicitur qđ est prius alio ordine cõpositionis vel doctrine sicut illud qđ est simplicius alio sicut principia sunt priora cõclusionibus ⁊ littere sillabis: ⁊ sillabe dictionibus. Et dicitur tale prius prius ordine capiẽdo ordinẽ specialiter ꝓ ordine cõpositionis vel doctrine: vbi proceditur a simplicibus ad cõposita: ⁊ nõ capiẽdo ordinẽ gñaliter ꝓ quocũqȝ ordine rei vel rationis: ⁊ ꝑ hunc modũ cognoscimus ordinẽ generis ⁊ differentiarũ ad speciẽ q̃ ex ipsis cõponitur. Sȝ pri⁹ quarto modo quod est prius honore dicitur illud qđ est ꝑfectius ⁊ honorabilius alio qđ dicitur pri⁹ ꝺm ꝑfectionẽ ut homo virtuosus dicitur prior homini nõ virtuoso: ⁊ hoc mõ oẽ inferius cũ sit ꝑfectius suo superiori dicit̃ pri⁹ suo superiori: ⁊ sic ille modus valet ad cognoscendũ ordinẽ specieruȝ ad sua superiora.

Tertio sciendũ: q̃ prius quinto modo quod est pri⁹ causalitate dicitur quod cõuertitur ꝺm existendi cõsequentiaȝ: ⁊ tamen vnũ est causa alterius ut homo: ⁊ risibile conuertũtur ꝺm existẽdi cõsequentiam ⁊ tamen homo est causa risibilis: ⁊ etiã veritas orationis ⁊ res significata per eã q̃ est cõpositio ꝑdicati cũ subiecto cõuertũtur ꝺm esse ⁊ tamẽ res significata ꝑ orationẽ est causa veritatis orationis. Ab eo enim q̃ res est vel nõ est oratio dicitur vera vel falsa: quod intelligẽdũ est nõ de re subiecti vel ꝑdicati: sȝ de re formaliter significata per orationẽ ut est inherentia vel cõpositio ꝑdicati cũ subiecto. Et valet ille modus ad cognoscendũ ordinẽ differẽtie ad speciem ⁊ speciei ad sua accidentia ꝓpria. ⁊ differt ab omnib⁹ modis precedentibus quia in isto cõuertitur existendi consequentia quod nõ fit in alijs precedentibus. Quarto sciendũ: q̃ illorũ modorũ prioris sic habetur sufficientia: quia omne prius vel sumitur ꝺm ordinem discipline ⁊ cognitionis ⁊ sic est tertius modus: vel ꝺm ordinẽ rei ⁊ hoc dupliciter: vel sumitur ex parte rei vel ex parte consequentium ipsum esse ut sunt: perfectio: ⁊ causalitas. Si primũ hoc est dupliciter: vel sumitur ex parte esse rei simpliciter ⁊ absolute: ⁊ sic est secundus modus: vł ꝺm duratio nẽ esse illius: ⁊ sic est primus modus. Si ex parte consequentium hoc est dupliciter: vel sumitur ꝺm modum perfectionis ⁊ sic est quartus modus: vel causalitatis ⁊ sic est quint⁹ modus. Et sic patet de modis prioris. Sed contra predicta arguitur primo sicut in tempore non est prius nec posterius quia de tempore non habemus nisi nunc in quo non est prius neqȝ posterius cum sit indiuisibile: ergo nihil dicit̃ ꝑ prius tempore. Secũdo sic: omne superius est secundo modo prius suo inferiori: ⁊ tamen inter superius ⁊ inferius cõuertitur consequentia subsistendi quia sicut sequitur inferius est: ergo superius est: ⁊ ecõtra si superi⁹ ẽ: inferi⁹ est. ergo male diffinit̃ ꝑius natura qđ nõ ꝯuertit̃ ꝺm existẽdi ꝯñaȝ. Tertio sic. omne prius ẽ prius ꝺm ordinẽ: ergo ꝑius ordine nõ est modus distinct⁹ ab alijs. Quarto sic. spẽs ẽ ꝑfectior ⁊ honorabilior genere: ⁊ tñ nõ est prior illo: cũ principiatũ nõ ꝑcedat principiũ: ergo male dicitur q̃ honorabilius ⁊ melius dicatur pri⁹ quarto modo. Quinto sic. eoꝝ que sunt simul vnũ non est prius alio. sed ea que conuertũtur ꝺm esse simul sunt: ergo vnũ non est prius ut in quinto modo dicitur. Ad primũ dicatur: q̃ licet de tẽpore non sit nisi nunc in actu ⁊ in facto esse: tñ ꝺm successionẽ ⁊ secũdũ potentiã sunt plures partes tꝑis: ut preteritũ ⁊ futuruȝ que sunt in fieri ex fluxu ipsius nunc. Ad secundũ dicit̃: q̃ licet inferius ⁊ superius si cõsiderentur quantũ ad intẽtiones superioris ⁊ inferioris sic cõuertant̃ ꝺm existendi cõseq̃ntiam eo q̃ hoc mõ sunt relatiua: nõ tñ cõuertunt̃ si cõsiderãtur quantũ ad naturas eorũ: sed superius ꝑcedit inferius. Ad tertiũ dicitur: q̃ licet omne pri⁹ ꝺm ordinẽ gñaliter acceptũ sit prius: nõ tñ ordine doctrine vel cõpositionis: de quo ordine solũ est hic propositũ. Ad quartũ dicit̃: q̃ lȝ spẽs via generationis nõ sit prior genere: tñ ordine ꝑfectionis illa prior est. Ad quintũ dr̃: q̃ licet ea q̃ cõuertũtur ꝺm existendi consequentiã sunt simul tꝑe: nõ tñ sunt simul natura: quia cum vnum est causa alterius ẽ prius natura alio: cũ omnis causa natura ꝑcedat suũ effectum.

Simul aũt dicitur tribus modis. Primo enim modo dicitur simul: quorum generatio est in eodẽ tempore: neutrum enim illoruȝ non est prius neqȝ posterius: ⁊ hec dicũtur simul tẽpore. Secũdo mõ dicit̃ simul quecũqȝ cõuertũtur ⁊ neutrũ est causa alterius ut sit: ut quelibet relatiua ut duplum ⁊ dimidiuȝ: ⁊ sic de alijs. Tertio

modo dicitur simul quecũq₃ ecõtrario cõdiuidunt aliquod genus: ut homo equus et leo: ⁊ sic de alijs que diuidunt hoc gen⁹ aĩal. ⁊ etiã dr̃ sic: ut rõnale ⁊ irrõnale. Isti aũt duo vltimi modi dr̃r sl' natura. Primus aũt dicitur modus simul tpe.

Postq̃₃ auctor determinauit de postpredicamẽto prioris ⁊ posterioris qḋ valet ad cognoscẽdũ ordinem superioris ⁊ inferioris inter se. Hic cõsequẽter determinat de postpredicamẽto simul: qḋ valet ad cognoscẽdũ cõuenientiã plurium inferiorum in suo supiori: assignãs tres modos eius qui in his versibus cõtinẽtur. Tpe dico simul quor₃ generatio nũc ē. Sunt q₃ simul species genus vnũ cõdiuidentes. Que cõuertuntur dicamus esse simul. Et horũ modorũ sic habetur sufficientia: qr quecũq₃ sunt simul: sunt simul natura vl' tpe. Si simul tpore: sic est prim⁹ modus. si simul natura: hoc ē dupliciter. vel talia sunt simul natura diuisionis: ⁊ sic est terti⁹ modus. vel natura relationis: ⁊ sic est scḋus modus. Primo sciendũ: q simul dupliciter accipitur. Uno modo pro quacũq₃ conuenientia duorũ in vno tertio ut comprehendit omnia illa quecũq₃ sunt aliquo modo simul. ⁊ hoc modo cõtinentur sub ipso simul in loco: ⁊ simul in spacio: et simul in motu qui hic nõ enumerãtur. Alio modo capit' specialiter solũ ut se extẽdit ad modos siml' qui valẽt ad cognitionẽ pdicamẽtorũ habendã ⁊ hoc modo hic consideratur ⁊ nõ primo modo: ⁊ quia esse simul in motu vel esse in loco nõ requiritur ad noticiã predicamentorũ eo q proprie cõueniunt solũ indiuiduis q̃ sunt corruptibilia: ⁊ nõ habent esse in pdicamẽto tanq̃₃ dicibilia. sed ut subijcibilia tãtũ: iõ hic illi modi nõ enumerantur. Scḋo sciendũ: qḋ simul tempore dicuntur aliqua quorũ generatio est in eodẽ tẽpore ⁊ etiã tota duratio ut sunt illa q̃ simul generant' ⁊ corrũpũtur ut homo et risibile dicitur simul tẽpore: ⁊ debet intelligi q eorũ generatio sit in eodẽ tẽpore tam ẜm esse q̃₃ secundũ essentiã: ita q sit in eodẽ instanti tẽporis: ⁊ similiter corruptio eorũ: ⁊ nõ sufficit q generatio eorũ sit in eodẽ tẽpore ẜm essentiã: qr cũ sit tantũ vnũ tẽpus secundũ essentiã omniũ tgaliũ sequeretur q omnia pterita ⁊ futura essent simul tempore. Tertio sciendũ: q simul scḋo modo dicũtur illa q̃ conuertũtur ⁊ neutrũ est causa alterius: ut sunt relatiua q̃ simul ponũtur inesse ⁊ nõ inesse: ⁊ inter se non cõuertũtur secundũ supposita sic q de seinuicẽ verificent': sed cõuertuntur secundũ existendi consequentiã: quia sicut ad esse vnius sequit' esse alterius ita ecõuerso: ⁊ neutrũ est causa alterius eo q vnũ nõ precedit naturaliter aliud: nec potest habere eẽ nisi ponat' suũ correlatiuũ. Et illa q̃ sic dicuntur simul habent oppositionẽ ad duos modos priores. s. ad scḋm ⁊ quintũ iõ hic ponitur q̃ cõuertunt' ad dñam secũdi modi prioris ⁊ neutrũ est causa alterius ad dñam quinti ⁊ prim⁹ modus simul opponitur primo modo prioris. Quarto sciendũ: q simul tertio modo dicũtur q̃ ecõtrario condiuidunt aliqḋ genus: ut sunt due differẽtie vel due species eiusdẽ generis: ⁊ ille species vel differẽtie possunt dupliciter cõsiderari. Uno modo cõparando illa inter se: ⁊ sic vna semp est prior alia vi pfectionis: cũ vna semp sit perfectior altera. Alio modo cõsiderantur inquantũ cõueniunt in suo genere in quo essentialiter continentur ⁊ sunt equalis pfectionis: ⁊ sic sunt simul pfectione: nec vna est pfectior alia vel prior vel posterior: adeo iste modus simul põt dici pfectione ⁊ opponitur quarto modo prioris quo aliqḋ dicit' prius honore vel pfectione. Et p hoc satis patet declaratio diuisionis simul ⁊ modorũ eius. Sed contra predicta arguitur primo sic: simul ⁊ prius opponũtur: quia simul dicit negationem prioris ⁊ posterioris relinquens aptitudinẽ ad illa: ergo tot modis dicitur simul quot modis dicitur pri⁹: ergo sicut sunt quinq₃ modi prioris ita debẽt esse q̃nq₃ modi simul. Scḋo sic: illa que cõuertũtur ⁊ neutrũ est causa alterius sunt simul tẽpore cũ generatio ⁊ corruptio eorũ sit in eodem instanti tẽporis: ergo secundus modus simul ⁊ primus coincidũt: ergo illi tres modi nõ bene distinguunt'. Tertio sic: puer ⁊ senex nũc viuentes sunt simul tẽpore: cũ sint in eodẽ nunc: ⁊ tamen eorũ generatio nõ fuit in eodem tpe: ergo male diffinitur prim⁹ mod⁹ simul. Quarto sic: causa est ad cuius esse sequitur aliud sed ad esse vnius relatiui sequitur esse alterius: ergo vnũ est causa alteri⁹: ergo cõtra scḋ₃ modũ. Quinto sic: q̃cũq₃ sunt simul in aliquo simul cõueniunt: sed illa q̃ diuidũt ecõtrario vnũ genus nunq̃₃ sunt simul in eodẽ neq₃ cõueniunt in aliq̃ vno quia opponuntur inter se: ergo male assignatur terti⁹ modus simul. Ad primũ dicitur: q licet simul priuatiue opponatur priori ⁊ posteriori: ⁊ ideo ẜm rem possũt poni tot modi simul quot ponunt' prioris ⁊ posterioris: tamẽ secundũ vsum accipiendo simul ut valet ad cognitionẽ pdicamẽtorũ hic solũ assignantur tres modi simul. Ad secundũ dicitur: q licet ea q̃ cõuertuntur ẜm existendi cõsequentiã sint simul tempore tamen alia ratione dicũtur simul tẽpore ⁊ simul natura: quia inquantũ simul producũtur in eodẽ instanti dicũtur simul tẽpore ⁊ inquantũ intelligunt' simul esse sub aliqua natura dicũtur simul natura: iõ illi modi nõ coincidũt. Ad tertiũ dicitur: q licet puer ⁊ senex nunc viuentes sint simul tẽpore ẜm aliquã partẽ sue durationis nõ tamẽ ẜm totã durationẽ eorũ: sed vnus est prior alio tẽpore. Ad quartũ dicitur: q licet ad eẽ vnius relatiui sequatur illatiue eẽ alterius: nõ tamẽ sequitur causaliter ⁊ ẜm naturã: quo tamẽ modo effectus seq̃tur ad suã causam. Ad quintũ dicitur: q licet ea q̃ opponũtur non psĩt eẽ simul in eodẽ numero: tñ bene possunt eẽ in eodẽ genere: ⁊ hoc modo sunt simul illa q̃ cõdiuidunt aliquod genus: quia simul sunt in natura cõi importata per genus.

Motus species sex sunt: generatio: corruptio: augmentum: diminutio: alteratio secundũ locum mutatio. Generatio est exitus a non esse in esse. Corruptio est egressus ab esse in non esse. Augmentũ est preexistentis quantitatis additamentũ. Diminutio est preexistentis quãtitatis minoramẽtũ. Alteratio ē mutatio a cõtraria q̃litate i cõtrariã vl' in mediã: ut cũ aliq̃s mutat' ab albedine in nigredinẽ vl' in medios colores. Motus ẜm locu₃ est mutatio ab vno loco in alterũ. motus aũt ẜm locũ sex sunt species siue differentie: sursum deorsũ ante: retro: dextrorsum sinistrorsũ. Ad omnes enim has partes fit motus.

Postq̃₃ auctor determinauit de modis oppositionis prioris ⁊ simul que valent ad cognoscendum dicibilia incõplexa quantum ad suũ esse. Hic consequenter determinat de motu qui valet ad cognoscẽdũ illa quantũ ad suũ fieri. Illorũ enim dicibiliũ aliqua causantur ab alijs per motũ rõnis: sicut plures species ab eodẽ genere. Alia vero per motũ realẽ: sicut accidentia causantur a substantia per motũ. Et primo enumerãtur sex species motus q̃ in his versibus cõtinentur. Auget diminuit corrũpit ⁊ generatur. Alterat ⁊ mutat sic per multa loca vagatur. Istis sex modis dicitur esse motus. Et illarũ specierũ sufficiẽtia sic haberi põt. Quia omnis motus fit inter duos terminos: vel ergo illorum terminorũ vnus est affirmatiuus ⁊ alius negatiuus: vel sunt ambo affirmatiui. Si primũ: tũc hoc ē dupliciter. Quia vel terminus ad quẽ est affirmatiuus. ⁊ sic est gñatio. Uel terminus a quo: ⁊ sic est corruptio. Si ambo termini sunt af-

firmatiui: hoc est dupliciter. Uel talis motus fit ad formā respectiuā: ⁊ sic est loci mutatio q̄ fit ad vbi. Uel ad formā absolutā: ⁊ hoc est dupliciter. Uel ad qualitatē: ⁊ sic est alteratio. Uel ad quantitatē: ⁊ hoc est dupliciter. Uel ad quātitatē pfectā: ⁊ sic est augmentatio. Uel ad qualitatē imperfectā: ⁊ sic est diminutio. Primo sciendū: q̄ generatio ē progressio de nō esse ad esse: vt cū fit mutatio de nō esse aq̄ ad esse eius per mutationē subiecti. Et capitur ibi progressio non specialiter. s. p motu pgressiuo animalis: sed generaliter p quacūq̧ mutatione in qua acq̄ritur forma post formā in aliquo subiecto. Et ponitur ibi pgressio loco generis: ⁊ de non esse ad eē ad explicandū terminū a quo ⁊ terminū ad quem generationis ⁊ capitur ibi non esse non put negat generaliter omne esse: sed solū prout negat eē in actu ⁊ reliquit esse in potentia: quia generatio fit de nō esse in actu esse tn̄ in potētia ad esse in actu. Et per oppositū corruptio est progressio de esse ad nō esse vbi ponit pgressio loco generis: ⁊ de esse ad non esse ad differentiā aliarū specierū motus. Secundo sciendū: q̄ augmentatio dicit p̄existentis quātitatis additamentū: ⁊ ratio est quia augmētatio est motus de minore quantitate ad maiorē: sed quantitas nō pōt fieri maior nisi p additionē alicuius partis q̄ntitatis. Et per oppositū diminutio est p̄existentis quantitatis minoramentū. Et ratio est quia ille motus est de maiore quantitate in minorē ⁊ maior quātitas nō pōt fieri minor nisi p remotionē alicuius ptis eius: ideo fit ibi minoramentū p̄existentis quantitatis eius. Unde in hoc conueniunt augmētatio ⁊ diminutio q̄ sunt ad quantitatē: ⁊ differūt in hoc quia vna fit ad quātitatē pfectā ⁊ alia ad imperfectā. Tertio sciendū: q̄ alteratio est mutatio ab vna cōtraria qualitate in aliā contrariā vel in mediā: ⁊ ponit mutatio loco generis ⁊ residuū ponitur ad differentiā aliorū motuū: quorū nullus fit ad qualitatē: ⁊ nō requiritur q̄ q̄litates inter quas est alteratio sint contrarie sm̄ essentiam ⁊ speciem: sed sufficit q̄ sint contrarie sm̄ pfectū ⁊ imperfectū: ideo ibi ponitur vel in qualitatē mediā q̄ aliq̄ qualitates medie non contrariant extremis sm̄ speciem: sz tantū sm̄ esse pfectū vel imperfectū: ⁊ in aliquibus est contrarietas sm̄ speciem vt inter albedinem ⁊ medios colores.

Quarto sciendū: q̄ loci mutatio est mutatio de vno loco ad aliū locū: ⁊ talis modus extrinsece terminatur ad locū: intrinsece vero terminatur ad vbi quod causatur a loco ideo talis motus reductiue est in p̄dicamento vbi: ⁊ per hoc differt ab alijs motibus. Et diuiditur in sex species. s. in motum: sursum: deorsum: ante: retro: dextrū: ⁊ sinistrū. Cuius ratio est quia motus diuiditur sm̄ diuisionem termini ad quē: sed vbi est terminus ad quē motus localis qui diuidit per sursum ⁊ deorsum ⁊ sic de alijs: ergo motus localis cōuenienter diuiditur per has species ⁊ differentias. Unde sursum ⁊ deorsum si capiantur p locis illis sunt in p̄dicamēto quantitatis: ⁊ si capiant put dicunt rē in talibus locis esse sunt in p̄dicamento vbi. Sed si capiantur vt dicūt situationes in illis locis sunt differentie positionis ⁊ de p̄dicamēto situs ⁊ hoc vltimo mō nō sunt termini motus localis sed scdo modo. Et p hoc patet q̄ ⁊ quot sunt ⁊ quomō diffiniuntur species motus. Sed cōtra predicta arguitur p̄mo sic: omnis motus est continuus ⁊ diuisibilis cū in tēpore fiat: sed generatio nō est diuisibilis: sed fit in instanti: ⁊ similiter corruptio: ergo generatio ⁊ corruptio nō sūt species motus ⁊ sic p ɔ̄ns ille species male enumerant. Secūdo sic dū aqua generatur ex aere: est ibi generatio: ⁊ tn̄ ipsa fit ab esse aque ad esse aeris: ergo male dicitur q̄ generatio fit de nō esse ad esse. Tertio arguitur sic: in ebulitione lactis ē augmētatio: ⁊ tn̄ ibi nō fit additamentū p̄existenti quantitati ergo male diffinitur augmētatio. Quarto sic: mutatio de minꝰ albo ad magis albū est alteratio: ⁊ tamē nō fit mutatio de vna qualitate in aliā cōtrariā nec in mediam: quia albū ⁊ albū nō cōtrariant: ergo male ponitur diffinitio alterationis. Quinto sic: celū mouetur motu locali: ⁊ tn̄ nō mutatur de vno loco in aliud sed semp manet in eodē loco: ergo cōtra diffinitionē loci mutationis. Ad p̄mū dicitur: q̄ si motus capiatur specialiter pro motu successiuo qui semp fit inter terminos affirmatiuos sic omnis motus est diuisibilis ⁊ sic generatio ⁊ corruptio nō sunt motꝰ. sed si capiatur generaliter tn̄ p omni mutatiōe instantanea siue successiua sicut in pposito capitur: sic generatio ⁊ corruptio bene sunt motus. Ad secundū dr̄: q̄ cū aqua generatur ex aere: illa generatio fit ab esse aeris tanq̧ a termino extrinseco: sed a nō esse aque tanq̧ a termino intrinseco ⁊ proprio a quo magis denominatur q̧ a termino extrinseco. Ad tertiū dr̄: q̄ licet in tali augmētione q̄ fit p ebulitionē lactis vel p rarefactionē nō fit additamentū substantie: est tn̄ additamentū partiū quātitatis. Ad quartū dicitur: q̄ licet minus albū ⁊ magis albū nō cōtrarient sm̄ essentiā cū sint eiusdē speciei: tn̄ cōtrariantur sm̄ eē qualitatis pfectū ⁊ impfectū: qd̄ sufficit ad motū. Ad quintū dr̄: q̄ lz celū sm̄ se totū nō moueat ab vno loco in aliū: tn̄ mutat sm̄ suas ptes: et ideo sibi attribuit motꝰ localis.

Sequitur habere.

Habere autem dicitur multis modis. Primo habere aliquam qualitatem: ut disciplinam aut virtutem. Secūdo habere quantitatē q̄ cōtingit ei qui habet magnitudinem: ut bicubitum tricubitū. Tertio modo dicitur habere ea que circa corpus sunt: ut vestimentum vl̄ tunicam: aut in membro ut in manu anulū. ⁊ habitus illo tertio modo sumptus est vnum de predicamētis: ⁊ diffinitur sic. Habitus est corporum ⁊ eorū que circa corpus sunt adiacentia: ut armatio calciatio: et similiter figurantur nomina in alijs. ⁊ secundū adiacentiā istā hec dicuntur habere: illa vero haberi. Quarto autem modo habere membrum: ut manū aut pedem. Quinto habere cōtentum: ut lagena habere dicitur vinum aut modium grana tritici. Sexto habere possessionē: ut domos aut agrum. Septimo habere vxorem: et de hoc vltimo mō dicit Aristoteles q̄ ille modus alienissimꝰ est in eo quod est habere: ⁊ dicit. modi: ⁊ alij a predictis apparebunt forte de eo quod ē habere. sed qui consueuerunt dici pene omnes enumerati sunt.

Postq̧ auctor determinauit de motu. Hic cōsequēter determinat de quinto postpredicamēto ⁊ vltimo. s. de habere ⁊ ratio ordinis est: q̄ motus valet ad cognoscendū quō accidentia a substantia causantur. hīc vero valet ad cognoscendū reductionē accidētiū ad substātiā. Et q̄ illa accidētia prius causant q̧ ad aliud reducantur: ideo cōuenienter determinatur de postpredicamēto habere post motum.

Primo sciēdū: q̄ habere dupliciter accipitur. Uno mō generaliter ut se extendit ad omnes suos modos: ⁊ sic ponitur reductiue in diuersis p̄dicamētis: ⁊ hoc mō ponit vnū postpredicamentū. Alio mō capit spāliter solū pro tertio mō habere: put ē corporū ⁊ eorū q̄ circa corpus sunt adiacētia: ⁊ sic est vnū p̄dicamētū ab alijs distinctū: de quo prius

determinatū est ⁊ hoc vltimo mō nō capit̄ hic: sʒ primo mō sō conuenienter ponit̄ postpredicamētū. Secūdo sciēdū: q̄ illius habere septē modi ponūtur in textu in his versib⁹ cōtenti. Affectū quātū vestitū nunc velut aurū. Membrū contētū possessio vir mulierē. Nā per affectū designat̄ primus modus habere q̄ est habere qualitatē: qualitas.n. afficit substantiā ⁊ qualificat eā: ⁊ per quātū designatur scd̄us modus.s. habere quantitatē. ⁊ per vestitū designat̄ tertius modus q̄ ē habere ea q̄ corpori adiacēt s̄m totū ut tunica siue s̄m ptē ut anulus aure⁹ in digito: ⁊ per mēbrū designatur quart⁹ modus q̄ ē habere mēbrū ut caput vel ptē integralē. per contētū designat̄ quint⁹ modus qui est ut ꝯtinēs habet cōtentū ut lagena hʒ vinū ⁊ modiū grana tritici. Et sextus mod⁹ designat̄ per possessionē: ⁊ per mulierē septim⁹ scʒ habere vxorē ⁊ per hoc pōt haberi ordo ⁊ numerus illorū modoꝝ. Tertio sciendū: q̄ primus modus habere.s. hēre qualitatē reponit̄ in predicamēto qualitatꝭ reductiue q: tale habere dicit inherentiā qualitatꝭ ad substātiā ⁊ talis inherētia ē eē illius qualitatꝭ: ⁊ silr̄ secūd⁹ modus.s. habere quātitatē est in p̄dicamēto quātitatꝭ. Sʒ habere tertio modo ē p̄dicamentū ab alijs distinctū ⁊ habē mēbrū siue partē integralē est reductiue in predicamēto substātie: q: dicit vnionē ptis in toto. Talis aūt vnio fit per formā substācialē. Sʒ habere cōtentū est in p̄dicamento vbi q: tale habere dicit eē in loco ꝯtinēte. Et habere possessionē ē in p̄dicamēto relatiōis: q: possessor dicitur correlatiue ad rē possessam tanq̄ʒ ad correlatiuū ei⁹. Et similiter habere vxorē est in p̄dicamēto relatiōis: cōiunx.n. dicit̄ correlatiue ad coniugē ⁊ sunt relatiua equiparātie. Et per hoc habet̄ quomō habere s̄m diuersos modos ex⁹ponitur in diuersis p̄dicamentis.

Quarto sciendū: q̄ istoꝝ nominū haberi sic pōt sufficiētia: q: in oī modo hēri habēs ē p̄ncipiū habiti: vl̄ ergo ē principiū ei⁹ s̄m naturā ⁊ voluntatē simul ⁊ sic ē quart⁹ modus scʒ habere mēbrū: mēbrū eni habet̄ s̄m naturā ⁊ s̄m voluntatē appricatur ad opatiōnē: vel ē principiū eius s̄m naturā tm̄ vel s̄m voluntatē tm̄. si primū hoc ē dupliciter vel est principiū alterius rōne materie ⁊ sic ē scd̄us modus: vel rōne forme ⁊ sic ē prim⁹ modus. Si scd̄m voluntatē tm̄ hoc ē dupliciter: vel habēs habet tm̄: vel habet ⁊ habet̄. si scd̄m sic habetur septimus mod⁹. Si primū hoc ē dupliciter: vl̄ habitus figuratur ad formā habētis vel nō: si scd̄m sic est sextus modus. Si primū hoc ē dupliciter: vel habēs circūdat habitū: ⁊ sic ē quintus modus vel circundatur ab illo qd̄ habetur ⁊ sic ē terti⁹ mod⁹: ⁊ sic patet distinctio modoꝝ habere.

Sʒ cōtra predicta arg. primo sic: idē nō est predicamentū ⁊ postpredicamentū: q: oportet idē eē in diuersis p̄dicamētis: ⁊ poni in vno tm̄: sʒ habere est vnū predicamētū: ergo male ponit̄ vnū postpredicamētū. Secūdo sic: oē qd̄ diuiditur ē aliqd̄ totū: sʒ habere nō est aliqd̄ totū cū nō sit vnū: ergo male diuidit̄ per septē modos. Tertio sic: omne habere mediat inter rē habentē ⁊ rē habitā: sʒ inter quātitatē ⁊ substātiam nihil mediat cū quātitas imediate insic substātie: ergo nihil dicitur habere quātitatē. Quarto sic: in omni modo habere hn̄s est principiū habiti sʒ possessor non est principiū rei possesse neq̄ʒ vir respectu vxoris: ergo male ponunt̄ sextus ⁊ septimus mod⁹ habere. Quinto sic: substātia dicit̄ habere relationē actionē et passionē: ⁊ similiter genus dicitur habere speciē: qualitas habere cōtrariū: ⁊ tamen illi modi hic non enumerantur: ergo modi habere non sufficienter enumerātur hic. Ad primū dicitur: q̄ licet idē vniuoce et eodē modo captū non sit predicamentū ⁊ postpredicamentū: tamē idē secundū vocē equiuoce acceptū potest esse predicamentū ⁊ postpredicamentū ⁊ sic est de habere ut dictū est. Ad secundū dicitur: q̄ licet habere non sit aliquod totū secundum rem: est tamen vnū totū secundō vocē: adeo bene diuiditur diuisione vocis in suas significationes. Ad tertiū dicitur: q̄ licet habere quantitatē non mediet realiter inter quantitatem ⁊ substantiā tanq̄ʒ accidens realiter distinctū a quātitate: quia idem est realiter cum quantitate: tamē mediat secundū rationē ⁊ modū: quia dicit inherentiā quantitatis ad substātiā. Ad quartū dicitur: q̄ licet possessor in quantū relatiue dicitur ad rem possessam: ⁊ etiā vir respectu vxoris nō sit principiū, tamen secundō id quod ē est aliquo modo principium in genere cause finalis. possessio eni est propter possessorē: ⁊ vxor propter virū. Ad quintū dicitur: q̄ licet reperiantur plures modi habere q̄ʒ illi septē: tamen alij ab illis sunt minus principales ⁊ minus vsitati: ⁊ sic sufficienter possunt cognosci per illos modos: adeo sufficienter enumerātur principaliores modi ipsius habere. Hec de tertio tractatu magistri Petri hispani dicta sufficiant.

¶ Incipit tractat⁹ quartus de sillogismo simpliciter.

Propositio est oratio affirmatiua vel negatiua alicuius de aliquo vel alicui⁹ ab aliquo. Terminus est in quē resoluit̄ ut in subiectuʒ ⁊ predicatum.

Iste est tractatus quartus sūmularū magistri Pe. his. in quo postq̄ʒ determinauit de ptib⁹ remotis sillogismi scʒ de predicabilib⁹ ⁊ predicamētis: ⁊ de ptibus propinquis ei⁹ scʒ de enunciatiōe siue ꝓpositione: consequēter determinat de ipso sillogismo siue de totali argumētatione: ⁊ q: vnumquodq̄ʒ prius hēt cōsiderari s̄m se q̄ʒ per comparationē ad aliud. Ideo priusq̄ʒ determinet ipse de sillogismo cōtracto ad materiā ꝓbabilē ⁊ sophisticā: qd̄ fit in tractatu de locis ⁊ fallacijs ipse in presenti tractatu determinat de sillogismo simpliciter ⁊ s̄m suā formā consideraeo sine contractione ad materiā. Ex quo pʒ q̄ sillogism⁹ simpliciter est subiectū in isto tractatu. ⁊ q: res hēt cognosci per sua principia: ideo anteq̄ʒ diffiniat sillogismū: prius determinat de aliquib⁹ principijs sillogismi: ⁊ primo de materialib⁹ q̄ʒ de regulatiuis eius scʒ de propositiōe ⁊ termino. Primo sciendū q̄ propositio diffinitur sic. Propositio est orō affirmatiua vl̄ negatiua alicui⁹ de aliquo: vel alicui⁹ ab aliquo: vbi ponit̄ orō loco generis diffiniti. Deinde ponitur affirmatiua vel negatiua ad explicandū vnā differentiā cōuertibilē cū propositione: ⁊ licet affirmatiuū vel negatiuū sint mēbra diuidentia respectu ꝓpositionis: non tamē ponunt̄ in hac diffinitiōe inquantū sunt diuidētia diffinitū: sʒ in quātū sunt nobis notiora ipso diffinito ⁊ explicāt differentiā propositionis secundū eē q̄ habet in suis speciab⁹. Et dicitur alicui⁹ de aliquo. i. predicati de subiecto. ⁊ magis diffinit̄ per affirmatiuū ⁊ negatiuū que se tenent ex parte forme propositionis q̄ʒ per vniuersale ⁊ particulare que se tenent ex pte materie eo q̄ forma magis notificat esse rei: ⁊ diffinitio indicat esse rei. Scd̄o sciendū: q̄ propositio pōt dupliciter cōsiderari. Uno modo in quantū est signū cōcept⁹ mentis: vl̄ nūcius nr̄i intellectus ad exprimendū cōceptū ꝯplexū: ⁊ hoc modo hēt rōnē enunciatiōis ⁊ hoc modo sibi conuenit significare verū vel falsum respectu sui significati: et quia in primo tractatu cōsideratur sub rōne enūciationis ideo ibi diffinitur per verum ⁊ falsum. Alio modo consideratur ut est pars propinqua sillogismi ⁊ hoc modo cōsideratur in p̄senti loco: et quia per affirmationē ⁊ negationē que se tenēt ex parte forme enunciationis maxime habet variare sillogismū ideo conuenienter notificatur per affirmatiuū ⁊ negatiuū. Et sic patet quomodo diuersimode consideratur et diffinitur propositio hic ⁊ in primo tractatu. Tertio sciēdū: q̄ termin⁹ dicitur in quē resoluit̄ propositio ut in subiectū ⁊ predicatū. Cuius rō est: q: terminus est principium

materiale cōponēs propositionē: dicitur enī terminus a terminando qz materialiter terminat ꝓpositionē: s; vnūquodqz resoluitur in ea ex quib⁹ cōponitur: ergo propositio resoluitur per terminos tanqz in suas ptes: iō terminus bene dicitur in quē resoluitur ꝓpositio: ⁊ intelligitur de resolutiōe que fit in voces significatiuas ⁊ nō de quacūqz resolutione: qz logicus solū cōsiderat voces significatiuas: ⁊ nō habet cōsiderare litteras ⁊ sillabas que a grāmatico considerantur.

Quarto sciendū: q̄ licet terminus sit principiū ⁊ pars ꝓpositiōis tn̄ cōuenienter diffinitur post ꝓpositionē duplici causa. Prima causa est: qz in diffinitione termini ponitur propositio: iō ante diffinitionem termini oportet notificare ꝓpositionē ne per ignota ꝓcederetur. Secunda causa est: qz licet via cōpositionis pars ꝓcedat totū et terminus propositionē tn̄ via resolutionis totū est prius ptibus suis: et quia hic cōsiderantur terminus ⁊ propositio secūdū viam resolutionis qz diffinitur termin⁹ in quantū ptinet ad resolutionē ꝓpositiōis: iō conuenienter sequitur ꝓpositionē: qz quāuis sillogismus resoluatur per ꝓpositionē: qz tn̄ ipse nō diffinitur hic per sillogismū: nec in quātū ē terminus resolutiōis sillogismi: iō nō oportuit primo diffinire sillogismū q̄z propositionē: ⁊ sic patet diffinitio ꝓpositionis ⁊ termini ⁊ ordo earū. Sed cōtra predicta arguitur ꝑmo sic: cōclusio est orō affirmatiua alicuius de aliquo ⁊ tn̄ non ē ꝓpositio qz non ponitur pro aliquo. dicit̄. n. propositio q̄si pro alio positio. s. pro cōclusione inferēda: ergo ista diffinitio cōuenit alijs a diffinito. Secūdo sic: nullū superi⁹ debet diffiniri per sua inferiora: s; affirmatiuū ⁊ negatiuū sūt inferiora ꝓpositionis ergo male ponunt̄ in diffinitione ei⁹. Tertio sic: hec ē ꝓpositio non hō currit ⁊ tn̄ nō est affirmatiua vel negatiua alicuius de aliquo quia nō hō non est aliq̄d ergo cōtra diffinitionē ꝓpositiōis. Quarto sic: ꝓpositio resoluitur per elemēta ⁊ litteras ⁊ tn̄ littere ⁊ elemēta nō sunt termini ergo ista diffinitio nō cōuenit soli termino. Quinto sic: ꝓpositio resoluitur per copulā verbalē ⁊ tamen copula verbalis nō ē terminus: quia tūc in sillogismo eēnt plures termini q̄z tres: maior patet qz propositio componitur ex copula verbali ergo resoluitur per ipsam.

Ad primū dicitur: q̄ licet cōclusio non ponatur pro aliquo in actu tn̄ ponitur aptitudine qd̄ sufficit ad hoc quod dicatur ꝓpositio. Ad secūdū dicit̄: q̄ licet superius non debeat diffiniri per sua inferiora ea rōne qua sunt inferiora eius: tn̄ bene pōt per ea diffiniri in quātū sunt ipō diffinito notiora ⁊ ponunt̄ ad circūloquendū differentiā cōuertibilē sui supioris: ⁊ sic ponunt̄ affirmatiuū ⁊ negatiuū in ista diffinitiōe. Ad tertiū dicitur: q̄ si capiatur nō hō ut infinitū est sic nō dicit aliq̄d nec est ibi propositio. Sed si capiatur ut virtute intellect⁹ determinetur ⁊ accipiatur pro aliq̄ finito utputa pro asino sic ibi aliq̄d de aliquo affirmat̄ qz non hō est aliq̄d. Ad quartum dicitur: q̄ licet ꝓpositio resolui possit in litteras ⁊ sillabas vel elemēta tanqz in principia vocis significatiue q̄ resolutio nō cōsideratur a logico qz non resoluitur in ipas tanqz in voces significatiuas: de qua resolutione hic intelligitur. Ad quintū dicitur: q̄ resolutio habet proprie fieri in partes materiales que remanēt resolutione facta ⁊ quia copula verbalis nō ē pars materialis ꝓpositionis: ideo proprie non resoluitur per copulā verbalē: bene tamen si capiatur generaliter resolutio pro quacūqz diuisione totius in sua principia vel materialia vl̄ formalia indifferenter ⁊ sic non capitur hic sed tantum pro resolutione in principia materialia quod explicatur cum dicitur in subiectum et predicatum.

¶ Dici de omni est quando nihil ē sumere sub subiecto de quo non dicatur predicatū ut omnis homo currit: hic cursus dicit̄ de oī hoīe ⁊ nihil est sub hoīe de quo non dicatur cursus. Dici de nullo est q̄n nihil est sub subiecto a quo non remoueatur predicatum ut nullus homo currit: hic cursus remouetur a quolibet homine.

Postq̄z auctor determinauit de principijs materialib⁹ sillogismi scz de propositione ⁊ termino. Hic consequenter determinat de principijs regulatiuis eius: per que principia materialia sillogismi regulantur scz dici de oī ⁊ dici de nullo. Et qz dici de nullo importat negationē: ⁊ dici de omni affirmationē: ideo prius determinat de dici de omni ipsum primo sic diffiniēs. Dici de omni est quando nihil est sumere sub subiecto de quo non dicatur predicatum. Cuius rō est: quia in aliqua propositione est dici de omni quando ꝑdicatū affirmatur de subiecto distributo pro omnibus suis suppositis ut hic omnis homo est albus. Sed quādo predicatū vniuersaliter affirmatur de subiecto nihil sumit̄ sub subiecto de quo non enunciet̄ actualiter ⁊ affirmetur ꝑdicatū cū dicatur de quolibet subiecto ei⁹ et affirmetur: iō per predictā diffinitionē dici de omni conuenienter explicatur.

Primo sciendū: q̄ dici de omni est conditio predicati in ordine ad subiectum quia dici seu predicari est conditio predicati et non subiecti ⁊ licet esse in toto siue distributum sit conditio subiecti quod distribuitur: tamē dici de omni siue predicari de distributo est conditio predicati: ⁊ per hoc differunt dici de omni ⁊ esse in toto eo q̄ dici de omni importat habitudinē predicati ad subiectū ⁊ est conditio predicati: sed eē in toto est conditio subiecti in ordine ad predicatū quia subiectū est in predicato sicut pars subiectiua ē in suo toto vniuersali. Et similiter etiā dici de nullo in propositione vniuersali negatiua est conditio ꝑdicati in ordīe ad subiectū. Secundo sciēdum: q̄ duplex est dici de omni scilicet priorīsticū ⁊ posteriorīsticū. Posteriorīsticū est: quādo predicatū secundū rem dicitur de subiecto et sibi conuenit pro quolibet suo supposito ⁊ pro qualibet differentia temporis ut hic homo est animal: ⁊ ideo ad tale dici de omni requiritur duplex vniuersalitas scilicet suppositoꝝ ⁊ temporꝝ. Sed dici de omni priorīsticū: est quando in aliqua propositione predicatū secundū modū enunciandi affirmatur de subiecto pro quolibet suo supposito: ut hic omnis homo est albus et nō requiritur ad ipsum vniuersalitas suppositorū vel temporꝝ secundū rē: sed sufficit q̄ in modo enunciandi sit vniuersalitas suppositoꝝ de quibus predicatū affirmat̄ ⁊ de isto dici de omni est solū hic ad propositū ⁊ non de primo: quia ipsum est regulatiuū sillogismoꝝ affirmatiuorum et aliud non. Tertio sciendū: q̄ dici de nullo est quando nihil est sumere sub subiecto a quo non remoueatur predicatū ut nullus homo currit: rō est: quia in aliqua propositione est dici de nullo quādo predicatū negatur de subiecto distributo per signū vniuersale pro omnibus suis suppositis: ⁊ quando nulli supposito inest. Sed quando negat̄ taliter de subiecto nihil est sumere sub subiecto a quo non remoueatur predicatū secundū modū enunciandi: ideo bene diffinitur dici de nullo quando nihil est sumere sub subiecto a quo non remoueatur predicatū. Quarto sciendū q̄ dici de omni ⁊ dici de nullo sunt hoc modo principia regulatiua sillogismoꝝ: quia per dici de omni intelligitur ista maxima: quicquid dicitur de subiecto distributo dicitur etiam de quolibet supposito eius sumpto sub ipso per quam possunt probari omnes sillogismi affirmatiui: ut facto sillogismo omne animal currit: omnis homo est animal: ergo omnis homo currit: ibi currit in maiori dicitur de animali distributo: ergo affirmatur de quolibet supposito animalis sed homo in minori sumitur sub animali: ergo currit de homine predicabitur. ⁊ similiter per dici d̄ nullo intelligit̄ ista maxima. quicquid negatur de subiecto distributo: negatur de quolibet supposito eius: ⁊ per illam probantur similiter sillogismi negatiui sicut affirmatiui per aliā. Unde omnes sillogismi perfecti qui sunt directe concludentes in prima figura directe regulantur per dici de omni ⁊ dici de nullo. Sed alij sillogismi imperfecti regulantur indirecte et ex cōsequenti in quantum reducūtur ad sillogismos perfectos. Cōtra predicta arguitur primo sic: ista propositio: homo

est animal: nihil est sumere sub subiecto de quo nō dicatur predicatū: ⁊ tamen ibi non est dici de omni: ergo cōtra diffinitionē eius. Secundo sicut ista propositione: omnis homo currit: aliquid est sumere sub subiecto de quo nō dicatur predicatū: quia ibi currit non predicatur de antixpo vel de adam: ergo male dicitur ꝙ dici de omni est quando nihil est sumere sub subiecto de quo nō dicatᷣ predicatum. Tertio sicut ista: omnis equus currit: est dici de omni et tamen est aliquid sumere sub subiecto de quo non dicatur predicatū: quia potest sumi pes vel caput equi: de quo tamē non dicatur cursus: ergo contra diffinitionem. Quarto sicut ista sortes non currit: nihil est sumere sub subiecto a quo non remoueatur predicatū: et tamen ibi non est dici d̄ nullo: ergo diffinitio eius cōuenit alijs a diffinito. Quinto sic. nulla regula ingreditur regulatū vel est de cōpositione eius: sed dici de omni ⁊ dici de nullo digrediuntur compositionē sillogismi: quia di omni propositione vniuersali affirmatiua est dici de omni: ⁊ in vniuersali negatiua est dici de nullo: ergo ipsa non sunt principia regulatiua sillogismorum. Ad primum dicitur: ꝙ licet in ista homo est animal: nihil sit sumere sub subiecto de quo non dicatur predicatū secundū rem ⁊ in aptitudine: non tamen dicitur secundū modū enunciandi: ⁊ di actu de quolibet supposito subiecti: ideo ibi non est dici de omni proprisicū. Ad secundū dicitur: ꝙ in ista omnis homo currit: homo solum distribuitur pro hominibus presentibus ad quos restringitur ratione illius verbi presentis temporis currit: ⁊ de illis non est aliquid accipere de quo non dicatur predicatum. Unde adā et antixps non continentur sub homine ibi distribuco. Ad tertiū dicitur: ꝙ licet pes equi possit sumi sub equo tanq̄ꝫ pars integralis eius: nō tñ tanq̄ꝫ pars subiectiua eius ⁊ tanq̄ꝫ suppositū eius: de qua sumptione solū est hic ad propositū. Ad quartū dicitur: ꝙ ad dici de nullo presupponitᷣ ꝙ possit aliquid sumi sub subiecto: et ꝙ d̄ quolibet sumpto sub eo remoueatur predicatū: modo sub sorte simpliciter nihil est subsumere eo ꝙ non habet supposita: ideo in illa propositione: sortes non currit non est dici de nullo. Ad quintū dicitur: ꝙ licet dici de omni et dici de nullo per accidens ingrediantur compositionē sillogismi tanq̄ꝫ dispositiones materie eius: non tamen ingrediuntur per se tanq̄ꝫ partes materiales cōponentes sillogismū. Et non est inconueniens ꝙ regula alicuius virtualiter vel per accidens ingrediatur compositionem ipsius.

Capitulū de sillogismo.

Sillogismꝰ est oratio in qua quibusdam positis ⁊ concessis necesse est aliud euenire per ea que posita sūt: ut omne animal est substātia: omnis homo est animal: ergo omnis homo est substantia: hoc totum est oratio quedam in qua quibusdam positis idest duabus premissis propositionibus necesse est per illas sequi aliud idest conclusionem.

Postq̄ꝫ auctor determinauit de principijs sillogismi materialibus ⁊ effectiuis. s. de principijs regulatiuis. Hic consequenter determinat de ipso sillogismo ipsum primo sic diffiniens. Sillogismus est oīo in qua quibusdā positis ⁊ concessis necesse est aliud euenire per ea que posita sunt ⁊ concessa. In qua diffinitione ponitur oratio loco generis. Deinde ponitur in qua quibusdā ad differentiā enumerationis: in quo licet sint due premisse virtualiter ⁊ scdm intellectū tñ est vna formaliter: et in sillogismo debēt eē plures formaliter. Deinde ponitᷣ positis idest dispositis in modo et figura ad differentiā inductionis ⁊ exēpli ⁊ aliarū cōbinationū inutiliū vbi propositiones non disponuntur in modo. Deinde ponitur necesse ē accidere idest sequi ad differentiā paralogismorū fallacie accidētis vbi cōclusio non sequitᷣ de necessitate. Ponitᷣ aliud ad differentiā petitionis principij vbi cōclusio non est alia a premissis. Et ponitur per ea que posita sunt ad differentiā paralogismoꝝ secundū non causam ut causam vbi cōclusio nō sequitᷣ propter premissas positas.

Primo sciendū: ꝙ licet sillogismus non sit oīo simpliciter vna et cathegorica: est tamē vna hipotetica propositio. Et dicitur vna propositio propter tres causas. Primo propter vnitatē medij in quo due extremitates vniuntᷣ ⁊ conueniunt due premisse: ⁊ illud rationē hēt efficiētis respectu illationis cōclusionis. Secūdo propter vnitatē forme: quia duarū premissarū minor est cōtrahēs ⁊ determinās respectu maioris: ideo habēt vnitatē ille due p̄misse per modū actus ⁊ potentie ratione talis dispositionis. Tertio propter vnitatē finis: qꝛ ille due ordinātur ad eandē cōclusionē inferēdā. ⁊ ideo q̄uis non semꝑ vniantur per coniūctionē mediā formaliter: tñ virtualiter possunt vniri propter causas pꝰdictas. Secūdo sciendū: ꝙ in argumentatione duplex reperitur necessitas. s. necessitas consequentie ⁊ consequētis. Necessitas cōsequentie est necessitas illationis q̄ prouenit necessario ex necessaria habitudine antecedentis ad consequēs per hoc ꝙ consequēs in antecedente includitur. ideo posito antecedēte necesse est ponere cōsequēs: siue ātecedēs sit vnū siue nō. Sed necessitas ꝯsequētis est necessitas ꝓpositionis ꝓueniēs ex necessaria habitudine suoꝝ extremoꝝ: ut hic homo est risibilis: vel homo est animal. Et q̄n̄qꝫ dicit causalitatē antecedētis supra cōsequēs: ⁊ in ista diffinitione non intelligitur de necessitate cōsequētis sic ꝙ cōclusio sit necessaria: sed solū de necessitate cōsequētie sic: ꝙ conclusio sequatur necessario. Tertio sciendū: ꝙ conclusio sillogismi non est de essentia sillogismi. ⁊ rō est: qꝛ illud nō ē de eēntia alterius quo remoto alterū remanet ꝑfectū ⁊ cōpletū in sua specie: sꝫ cōclusione remota remanet sillogismus ꝑfectus in specie: qꝛ remanet in determinato modo ⁊ determinata tñ ibi sit dispositio triū terminoꝝ in figura et duarum premissarū in modo: ergo cōclusio nō est de eēntia eius: iō in ista diffinitione cōuenienter ponitur aliud: ⁊ dato ꝙ cōclusio non eēt alia a toto sillogismo: esset tamen alia a premissis: ideo in sillogismo ex premissis positis sequitur aliud ab ipsis. Quarto sciendū ꝙ sillogismus diuiditᷣ per perfectū ⁊ imperfectū. Sillogismus perfectus est qui habet euidentē necessitatē cōcludēdi sicut sunt quattuor modi directe concludētes in prima figura vbi sillogismus habet euidētē necessitatē sue illatiōis. Sed sillogismus imperfectus est q̄ nō habet euidētē necessitatē sue illationis: sꝫ ille fit euidens per hoc quod reducitᷣ ad modos euidētes prime figure sic sunt oēs alij a quattuor primis modis p̄me figure: qꝛ tamē in omnibus istis sequitur conclusio de necessitate: licet nō euidenter iō predicta diffinitio sillogismi cōuenit tam sillogismo ꝑfecto q̄ꝫ imperfecto ⁊ per hoc patet ꝙ est sufficiens.

Contra predicta arguitur primo sic: nullus motus rationis vel discursus intellectꝰ est oīo cum nō sit vox: sed sillogismus est discursus intellectus: ergo male dicitur ꝙ sillogismus est oīo. Secūdo sic: ad sillogismū simpliciter nō requiritur ꝙ premisse concedantᷣ: quia siue concedantur siue nō conclusio sequitur necessario: ergo male ponitᷣ in textu positis et concessis. Tertio sic: cōclusio in materia cōuenit cū premissis: qꝛ includit ambas extremitates ⁊ etiam conuenit in forma cū ipsis. s. in copula verbali: ergo non est alia a premissis: ergo male ponitᷣ ꝙ in sillogismo de necessitate sequitur aliud. Quarto sic: illud quod accidit nō sequitur de necessitate cum possit adesse vel abeē: sed cōclusio sequitur de necessitate in sillogismis: ergo non est necesse eam accidere per ea que posita sunt. Quinto sic: omnis sillogismus necessario infert suā conclusionē: ⁊ omnes sillogismi habēt equaliter necessitatē cōcludendi: ergo omnes sillogismi sunt ꝑfecti: ergo male diuiditur sillogismus ꝑ perfectū ⁊ imperfectū. Ad primū dicitur: ꝙ sillogismꝰ non est formaliter discursus interior intellectus: sed solum vox complexa significans illum interiorem discursum qui fit in intellectu: ideo bene dicitur ꝙ est oratio. Aliquando

tamē capitur pro illo discursu capiendo significatum pro signo sed sic non capitur in proposito. Ad secundū dicit̄: q licet ad sillogismū simpliciter non requiratur q premisse concedant̄ q2 ille abstrahit a materia vera vł falsa: tamē requirit̄ ad sillogismū dyalecticū: et q2 Petrus hispan⁹ hāc diffinitionē sumpsit a Boecio diffiniente in thopicis sillogismū dyalecticū: ideo hic dimisit positis ⁊ concessis in ista diffinitione: quia q̄uis hoc non requiratur ad sillogismuz in cōmuni: tamen sibi non repugnat. Ad tertiū dicitur q licet conclusio secundū partē cōueniat materialiter cum premissis differt tamē formaliter ab ipsis cū ibi sit alia habitudo predicati ad subiectū et ex consequenti alia compositio eorundē quam in premissis: licet enim copula verbalis secundū se maneat eadē tñ cōpositio eius variat̄ per variationē habitudinis extremoꝝ. Ad quartū dicit̄: q si capiatur accidir prout contingēter euenit sic cōclusio non accidit de necessitate ex premissis: sed si capiatur accidit prout tñ valet sicut sequitur illo modo cōclusio bene accidit et sic accipitur hic. Ad quintū dicitur: q licet omnes sillogismi sint perfecti quantū ad necessitatē eoꝝ et q̄ ad eē non tñ quo ad euidentiā necessitatis sue et quo ad bene esse.

¶ Omnis autem sillogismus cōstat ex tribus terminis ⁊ duabus propositionibus. Quarum propositionum prima vocatur maior propositio secunda vero minor. Ex tribus autē terminis nō possunt due propositiones fieri nisi alter illorum sumatur bis: ⁊ tunc aut iste terminus subijcietur in vna propositione ⁊ predicabitur in alia: aut subijcietur in vtraqz aut predicabitur in vtraqz. Horum autem terminorum alter vocatur medium alter maior extremitas. alius minor extremitas. Mediuz est terminus bis sumptus ante conclusionez maior extremitas est terminus sumptus ī maiori propositione cum medio. minor extremitas est terminus sumptus in minori propositione cum medio.

Postq̄z auctor determinauit de sillogismo. Hic consequenter ostendit que ⁊ quot principia requirantur ad constitutionē eius. ⁊ quia materia via generatiōis precedit formam: ideo anteq̄z ostendat que principia formalia requirātur ad sillogismum prius ostendit que principia materialia requiruntur ad constitutionē eius. sicut enim in sillogismo est duplex forma. scilicet remota siue cōmunis que est figura ⁊ propinqua. scilicet modus sic est ibi duplex materia scilicet propinqua ⁊ remota. remota ut sunt tres termini correspondentes figure. ⁊ propinqua scilicet due propositiones que correspondent ipsi modo: quia modus dicit ordinationem propositionum sicut figura terminorum. Primo sciendū q in omni sillogismo requiruntur tres termini ad cōpositionē ei⁹: cuius ratio est quia in omni sillogismo ostēditur vnio siue separatio duoꝝ terminoꝝ in conclusione s3 talis vnio vel separatio non potest ostendi per terminos cōclusionis quia sic idem probaretur per seipsum ergo preter illos terminos requiritur tertius terminus ad ostendendū talem vnionem vel separationē ergo omnis sillogismus cōstat ex tribus terminis: ⁊ quia ad vnitatem sillogismi requiritur vnitas conclusionis quia ab ipsa sillogismus dicitur vnus ideo tantum in sillogismo requiruntur due extremitates ⁊ vnum medium per quod probatur vnio vel separatio illarum extremitatū: ⁊ per hoc patet q omnis sillogismus resoluitur per tres terminos cum ex tribus terminis componatur. Secundo sciendū q isti tres termini vocātur mediū. maior extremitas. ⁊ minor extremitas vnde medium dicitur terminus bis sump⁹ ante conclusionē. ⁊ rō ē quia extremitates in sillogismo vniuntur in cōclusione propter vnionē earū in premissis cū medio. sed mediū in vna acceptione soluz vnitur cum vna extremitate: ergo ad hoc q vniatur cum duabus extremitatibus vł extremitates cū ipso oportet q bis sumatur ideo mediuz bis sumitur ante conclusionem. Sed maior extremitas est terminus sumpt⁹ in maiori propositione cum termino medio: ⁊ dicitur maior extremitas quia semper sub se continet minorē extremitatem eo q in conclusione directa semper est predicatū respectu minoris: ⁊ quandoqz etiam continet mediū cum minori extremitate ut in prima figura ⁊ tertia: ⁊ se habet per modum totius respectu eorum. modo totum est maius sua parte. Sed minor extremitas est terminus sumptus in minori propositione cum medio: ⁊ dicitur minor respectu maioris in qua continetur sicut pars in toto. Tertio sciendum q dupliciter dicitur medium in sillogismo quandoqz enim dicitur medium continuatione eo q ipsum est vniuum extremitatū in conclusione ⁊ hoc modo reperitur mediū in qualibet figura. Alio modo dicitur mediū positione quando scz secundū suā subiectionem ⁊ predicationē ponitur inter duas extremitates ut quādo subijcitur maiori extremitati ⁊ predicatur de minori: ut est in prima figura tūc dicitur medium positione: ⁊ solū tale mediū positione reperitur in prima figura. in alijs autem solum est mediū continuatione: et de vtroqz medio intelligitur predicta diffinitio medij q est termin⁹ bis sumptus ante ꝯclusionē. Quarto sciendū q omnis sillogismus constat ex duabus propositionib⁹. cuius ratio est quia in sillogismo ut dictū est ostēditur vnio extremitatū inter se in conclusione: propter vnitatem earum cum medio: sed non potest ostendi vnio illarum cum medio: nisi sint due propositiones: ⁊ nisi medium bis sumatur: ideo in omni sillogismo due premisse requirūtur: et etiam solū due: eo q ista vnio extremitatū cum medio cum duabus premissis sufficit ad ostendendū vnionem extremitatum inter se. ⁊ harum propositionū prima dicitur maior ⁊ secunda minor. ⁊ ratio est: quia secunda se habet sicut contrahens ⁊ determinans maiorem: ⁊ quodāmodo est pars prime premisse Sed contrahens ⁊ determinans se habet in minus q̄z illud quod contrahitur: ⁊ etiā pars respectu totius ratione cuius secūda premissa cōuenienter dicitur minor ⁊ per hoc patet que ⁊ quot principia materialia requirūtur in cōpositione sillogismi. Contra predicta arguitur primo sic: in qualibet propositiōe sunt duo termini: sed in sillogismo sunt due propositiōes: ergo in quolibet sillogismo sunt quattuor termini ⁊ nō tantu tres. Secūdo sic: in sillogismo ex oppositis tantū sunt duo termini ut hic omnis hō currit: nullus homo currit: ergo nullus hō ē homo. ergo male dicitur q in omni sillogismo sunt tres termini. Tertio sic: in omni sillogismo sunt due premisse cū vna conclusione: sed conclusio est vna propositio: ergo sillogismus nō cōstat ex duab⁹ propositiōibus tantū: s3 ex trib⁹.

Quarto sic: oīs terminus est aliqd̄ extremū q2 dicitur a terminādo: ergo nullus terminus est mediū: ergo terminorū sillogismi nullus dicit̄ medius. Quinto sic: in eadem propositione non potest bis sumi idē terminus cū alio termino: sed sillogismus est vna propositio ⁊ vna ōrō ut dictuz est prius: ergo in eo mediū non bis sumit̄ ante cōclusionē.

Ad primū dicitur q licet in duabus propositiōib⁹ semper sint quattuor termini secundū numerū: tñ sunt tātum tres secundū speciē: q2 idē terminus scz medius sub eadē ratione sumitur in duabus premissis: ⁊ ō est idē terminus secūdū speciē ⁊ rationē. Ad secundū dicit̄ q licet in sillogismo ex oppositis tantū sint duo termini materialiter. sunt tamē tres formaliter: quia vnus terminus habet rōnē maioris ⁊ minoris extremitatū qui de seipso negatur in cōclusione. Ad tertiū dicit̄ q licet cōclusio sit propositio tamē ipsa nō est de essentia sillogismi: sed tantū due premisse ideo in ipso nō sunt tres propositiones. Ad quartū dī:

q licet mediū hēat rōnē extremi respectu pmissarū q̄s terminat tñ respectu extremitatū quas cōiūgit: vel inter quas ponitur cōuenienter dicitur mediū: ideo respectu diuersorum dicitur terminus et mediū. Ad quintū dicit q licet sillogismus sit vna propositio hypothetica: tñ includit plures cathegoricas in quib⁹ mediū bis sumit. et hoc sufficit.

¶ Ad sillogismum autem exigitur modus et figura. Figura est ordinatio trium terminorū secundū subiectionē et predicationē. Hec autem ordinatio fit tripliciter ut dictū est: et secundū hoc sunt tres figure. Prima figura est quādo illud quod subijcitur in prima propositione predicatur in secunda ut omne animal est substantia omnis homo est animal: ergo omnis homo est substantia. Secunda figura est qñ idem predicatur in vtraqz ut omnis homo est animal: nullus lapis est animal: ergo nullus lapis est homo. Tertia figura est quando idem subijcitur in vtraqz: ut omnis homo est animal. omnis homo ē risibilis ergo quoddam risibile ē animal vnde versus. Prima prius medium subijcit post predicat ipsum. Altera bis dicit tertia bis subijcit. Aliter sub pre pma secunda pre bis sed tertia sub bis. Modus est ordinatio duarum propositionum in debita qualitate et quantitate.

Postq̄ auctor superius ostendit que et quot principia materialia requirantur ad formationē sillogismi. hic consequenter ostendit que principia formalia ad ipsum requirantur dicens q ad sillogismū requiruntur duo principia formalia scilicet modus et figura: et quia modus ē forma specialis sillogismi. figura vero forma cōmunis: ideo prius determinat de figura q̄ de modo ipsam primo sic diffiniens. figura est ordinatio trium terminorum secundū subiectionem et predicationē. et ponitur ibi ordinatio loco generis. ordinatio enim conuenit tā figure q̄ modo. et dicitur triuz terminorum ad differentiam modi qui est ordinatio duarū propositionū: et dicitur secundū subiectionem et predicationem ad indicandū qualiter sit illa ordinatio trium terminorum. vnde talis ordinatio trium terminorū non dicitur figura capiendo figurā proprie ut est terminatio quantitatis: sed secundū similitudinē et per similitudinē ad figuram trianguli: sicut enim in triangulo sunt linee que coniungūtur tribus angulis: sic in sillogismo due propositiones coniūgūtur trib⁹ terminis. Primo sciendū q sunt tantum tres figure sillogismorum cuius ratio est quia figura est ordinatio trium terminorum scilicet medij et duarū extremitatū vel ergo tale mediū subijcitur maiori extremitati et predicatur de minori et sic est prima figura. vel pdicatur de vtraqz et sic est secunda figura. vel subijcitur vtriqz et sic est tertia figura. et per hoc habentur diffinitiones trium figurarum. vnde prima figura est quando illud quod subijcitur in maiori predicatur in minori propositione. Secunda vero ē qñ idem predicatur in vtraqz. Tertia vero qñ idē subijcitur in vtraqz et ordinatur sic. q mediū qd subijcitur in vna et predicatur in alia est mediū positione et cōiunctione simul: id est verius mediū q̄ illud quod subijcit vel predicatur tñ et iterū qd semp predicatur cōiungit extremitates vniuersaliter et non particulariter sicut quādo subijcitur ideo cōuenienter ponitur secūda figura in qua mediū predicatur in vtraqz propositione. figure enim ordinantur secundū maiorem vel minorē perfectionē sui medij. Secundo sciendū q licet sit vna figura in qua mediū subijcitur in maiori et predicatur in minori: tamen non potest esse figura in qua mediū predicetur in maiori propositione et subijciat in minori. et ratio est qz si mediū predicaretur in maiori propositione: haberet rationē totius respectu maioris. et si subijceretur in minori haberet rationē partis respectu minoris: et quia maior extremitas se habet ut totū respectu minoris: si tale medium sit totū respectu maioris: erit totum respectu minoris extremitatis: et sic erit totum et pars inferius: et superius maius et minus respectu minoris extremitatis: sz hoc est impossibile: ideo talis dispositio figure est impossibilis. ideo non est ponenda quarta figura sicut posuit Galienus et licet medium quandoqz in prima propositione predicet: et in secunda subijciatur: tamen secundū rem secūda propositio est maior: quia predicatū eius continet mediū et minorem extremitatē: ideo in ea sumitur maior extremitas cum medio: et ibi est dispositio pme figure: sed est trāspositio premissarū. Tertio sciendū q modus est ordinatio duaruz propositionū in debita qualitate et quantitate: et ponitur ordinatio loco generis. et ponitur duarū propositionum ad differentiā figure: que est ordinatio trium terminorum. et ponitur in debita qualitate et quantitate ad differentiā cōbinationū inutiliū in quibus non est debita qualitas et quātitas. vnde cōbinatio inutilis est ordinatio duarū propositionū ex quibus non sequitur formaliter aliqua conclusio: sicut quando ambe sunt particulares: vl ambe negatiue talis combinatio dicitur inutilis: quia nō valet ad aliquid cōcludendū: et licet in ea sit dispositio figure: tamē ibi nō ē debita ordinatio propositionum: ideo nō est modus. Quarto sciendū q debita quantitas est q si vna est particularis reliqua sit vniuersalis. et ratio est quia ex puris particularibus nihil sequit: ideo si vna est particularis aliā oportet esse vniuersalē: non tamen oportet econtra si vna sit vniuersalis q alia sit particularis. ambe enī possunt simul esse vniuersales. Sed debita qualitas est q si vna sit negatiua reliqua sit affirmatiua: et rō est qz ex puris negatiuis nihil sequitur: et non econtra: si vna sit affirmatiua reliqua erit negatiua: quia ex puris affirmatiuis potest fieri bonus sillogism⁹ et per hoc patet que et quot sunt principia formalia ad sillogismū requisita. Sed contra predicta arguitur primo sic: ordinatio est quedā actio cū ordinare sit agere: sed figura non est actio ergo male dicitur q est ordinatio. Secūdo sic: in hac propositiōe animal rōnale est hō est ordinatio triū terminorum secundū subiectionē et predicationē: et tñ ibi non est aliqua figura: quod probaretur inductiue in oībus figuris: ergo diffinitio figure ꝯuenit alijs a diffinito. Tertio sic: illud quod predicatur de vtraqz extremitate ponit super ambas extremitates. sed illud quod subijcitur in vtraqz est inferius ad ipsas: ergo nullū tale est mediū: ergo non est vna figura in qua mediū predicetur in vtraqz vel subijciatur in vtraqz. Quarto sic: impossibile est modus: et tamen non est ordinatio duarū propositionum: ergo cōtra diffinitionē modi. Quinto sic: quando ambe premisse sunt vniuersales affirmatiue in secūda figura: est ordinatio duarū propositionū in debita qualitate et quantitate: tamē non est modus: ergo diffinitio modi conuenit alijs a diffinito. Ad primum dicitur: q si capiatur ordinatio actiue pro actione ordinantis: sic est actio. sed si formaliter capiat pro dispositione formali terminorum: sic non est actio. et hoc modo solū figura est ordinatio. Ad secundū dicitur: q licet in illa propositione animal rationale est homo sit secundū rem ordinatio triū terminorum: tamen non ordinant per modū trium: sed per modum duorum: quia animal et rationale se habent per modum vnius termini tantum: et ad figuram requiritur q ordinentur tres termini secundū modum trium terminorum. Ad tertium dicitur: q licet illud quod predicatur de vtraqz extremitate non sit mediuz positione eo q est superius positione tamen bene est medi

um coniunctione respectu extremitatũ. et etiã quod subijci tur in vtraqȝ est mediũ coniunctione licet sit inferius posi tione. Ad quartũ dicitur φ si capiatur modus ut est ad iacentis rei determinatio sic impossibile est modus. ȝ si capi atur pro formali dispositione propositionũ sicut solũ in ꝓ posito capitur sic non est modus. Ad quintũ dr̃ φ quan do ambe sint vniuersales affirmatiue in secunda figura li cet ibi sit qualitas debita ad modũ in communi tamen ibi non est debita qualitas ad modum secũde figure. et ad hoc φ sit modus in aliqua figura ibi requiritur dbita qualitas ⁊ quantitas secundum exigentiam figure: adeo illi dispositio ni non conuenit diffinitio modi.

¶ Unde dantur tales regule vniuersales ad quãlibet figuram. Ex puris particula ribus indefinitis vel singularibus nõ po test fieri sillogismus: vnde oportet alterã premissarum esse vniuersalem vel vtrã qȝ. Item ex puris negatiuis in nulla figu ra potest fieri sillogismus vnde oportet al teram premissarum esse affirmatiuã. Itẽ si aliqua premissarum est particularis cõ clusio debet esse particularis ⁊ non econ uerso. Item si aliqua premissarum est ne gatiua conclusio erit negatiua ⁊ econuer so. Itẽ medium nunqȝ debet poni in con clusione.

Postqȝ auctor determinauit de modo ⁊ figura in gene rali que sunt principia formalis sillogismorum. Hic conse quenter ponit alias regulas que sunt generales cuilibet fi gure: quarũ prima est. φ ex puris particularib⁹ vel indefini tis non potest fieri sillogismus. Cuius regule tres sunt ra tiones quarũ prima est quia omnis bonus sillogismus re gulatur per dici de omni vel dici de nullo: sed cũ ambe pre misse sunt particulares ibi nõ est dici de ol vel dici de nullo cum ibi nõ sit propositio vniuersalis: ergo talis dispositio ẽ inutilis. Secũda causa est quia propter vnionẽ extremitatũ cũ medio pro diuersis partibus medij nõ sequit̃ vnio extre mitatũ inter se gratia forme licet aliquãdo fiat hoc gratia materie: sed quãdo ambe premisse sunt particulares extre mitates possunt vniri cũ medio pro dũsis partibus ut hic quoddã animal est equus. quidã homo est animal: ergo ho mo est equus ibi homo et equus vniunt̃ cũ animali pro di uersis ꝑtibus eius. adeo non sequit̃ vnio illarũ extremitatũ inter se. Tertia causa est. quia arguẽdo ex puris particulari bus vel indefinitis possunt reperiri termini in q̃bus omni ⁊ in quibus nulli: ergo talis cõbinatio est inutilis. φ autẽ sit reperire terminos in quibus omni ⁊ in quibus nulli alias videbitur. et nunc causa breuitatis relinquitur: ergo ex pu ris ꝑticularibus siue indefinitis non fit bonus sillogismus.

Primo sciendũ φ secunda regula est φ ex puris negati uis in nulla figura fit bonus sillogismus. sed oportet alterã premissarũ esse affirmatiuã vel ambas. Cuius sunt due ra tiones. prima est quia propter separationem aliquoꝝ extre morũ ab aliquo tertio non sequitur vnio vel separatio coꝝ inter se sicut propter separationẽ hominis ⁊ risibilis a lapi de non sequitur vnio vł separatio hominis ⁊ risibilis ad in uicem. Sed quando ambe premisse sunt negatiue denota tur ibi separatio duarũ extremitatũ ab vno tertio: ergo nõ sequitur vnio vel separatio duarũ extremitatũ inter se ideo ex puris negatiuis nunqȝ formaliter sequitur aliqua cõclu sio nec in aliqua figura potest fieri bonus sillogismus. Se cunda ratio est: quia arguendo ex puris negatiuis possunt reperiri termini in quibus omni: ⁊ in quibus nulli. termini in quibus omni sunt ut animal lapis equ⁹. termini in qui bus nulli ut equ⁹ hõ lapis: ergo nihil sequitur formaliter ex puris negatiuis. ⁊ hec est probatio generalis quã dat Ari stoteles ad omnes combinationes inutiles: de qua posteri⁹ videbitur. Secundo sciẽdũ φ secunda regula est φ si ali qua premissarũ fuerit particularis cõclusio erit particula ris. Cuius rõ est qr extremitates sillogismi vniunt̃ in con clusione virtute vnionis earũ cũ medio in p̃missis. Sed cũ aliqua premissarũ est particularis ⁊ alia vniuersalis: extre mitates vniuntur in medio ꝑticulariter tñ: qr quãuis vna vniatur vl̃r cũ medio: alia tñ vnitur ꝑticulariter solũ cũ ipso medio ⁊ cũ alia extremitate: ergo tales extremitates so lũ particulariter in cõclusione debẽt vniri. vnde in tali dis positiõe premissa vl̃is ⁊ premissa particularis se habẽt sicut causa vl̃is ⁊ causa ꝑticularis in naturalib⁹: ȝ effect⁹ in natu ralibus magis similat̃ cause ꝑticulari qȝ cause vl̃i: ut hõ ge nitus magis assimilat̃ hõi generãti qȝ soli: qr sol est vl̃e ge nerans: ergo similiter in predictis cõclusio debet magis assi milari premisse ꝑticulari qȝ vl̃i. Tertio sciendũ φ quar ta regula talis est φ si aliqua premissarum fuerit negatiuã cõclusio debet esse negatiua. Cui⁹ rõ est qr vnio vel separa tio extremitatũ in cõclusione sequitur ꝓpter separationeȝ vel vnionẽ earũ in premissis. sed quãdo vna premissarũ est affirmatiua: ⁊ alia negatiua: que extremitates separant̃ ab inuicẽ: per hoc φ vna cõiungitur cũ medio a quo alia sepa ratur in premissa negatiua: ergo oportet ipsas extremitates separari ab inuicẽ in cõclusiõe: ergo quãdocũqȝ aliqua pre missarũ est negatiua oportet conclusioneȝ esse negatiuam.

Quarto sciendũ φ quinta regula talis est φ mediũ nũ qȝ debet poni in conclusione. Cuius sunt due rationes. Prima ratio est: quia vel poneretur cũ maiore extremitate ⁊ tũc cõclusio nõ differret a maiore premissa: vł poneretur cũ minore extremitate: ⁊ tũc cõclusio nõ differret a minore propositione: ⁊ sic vtroqȝ modo non esset alia a premissis: quod est cõtra rationẽ sillogismi: igit̃ mediũ non debet po ni in conclusione. Secunda ratio est: quia in omni sillogis mo debet concludi vnio vel separatio extremitatũ inter se: cum ille sit finis sillogismi. sed si mediũ poneretur in cõclu sione denotaretur vnio vel separatio medij ab aliqua extre mitate: ⁊ non extremitatum inter se: ergo non haberetur fi nis sillogismi. ⁊ per consequens non debite fieret sillogism⁹ ⁊ in hoc patent regule sillogismoꝝ generales omnibus figu ris. Contra predicta arguitur primo sic: bene sequitur: sortes est animal: sortes est risibilis: ergo quoddam risibile est animal. ergo ex puris singularibus aliquid sequitur: er go eadem ratione ex puris particularibus. Secundo sic: bene sequitur si non est homo non est risibile: sed nõ est hõ ergo non est risibile: ⁊ tamen ibi arguitur ex puris negati uis: ergo ex puris negatiuis aliquid sequitur. Tertio sic: quanto aliqua causa est maioris virtutis tanto potest sibi assimilare effectũ: sed premissa vniuersalis est maioris virtu tis qȝ particularis: ergo magis debet sequi conclusio vniu salis qȝ ꝑticularis: cũ premissarũ semper vna sit vniuersalis.

Quarto sic: non sequitur separatio extremitatũ in con clusione nisi separentur in premissis sed quãdo vna premis sarũ est affirmatiua ⁊ alia negatiua extremitates non sepa rantur ab inuicem in premissis: ergo non sequitur separa tio earũ in conclusione: ⁊ per consequens non oportet φ si aliqua premissarum sit negatiua φ conclusio sit negatiua.

Quinto sic: mediũ quandoqȝ includitur in minori extre mitate: sicut superius in inferiori. ȝ minor extremitas sem per ponitur in cõclusione: ergo medium intrat qñqȝ in con clusionẽ. Ad primũ dr̃ φ licet in illa argumẽtatione seq̃ tur aliq̃d sillogistice per sillogismũ expositoriũ non tamen per sillogismũ simpliciter qui fit in aliquo modo ⁊ ĩ aliqua figura. ⁊ est sillogismus expositorius cuius mediũ est singu lare singulariter tentũ ut ibi sortes est animal. sortes est risi bilis: ergo risibile est animal. Et principiũ regulatiuũ eius pro affirmatiuis est quecũqȝ in vno singulari singulariter tento conueniunt illa inter se conueniunt. Sed principium regulatiuum eius pro negatiuis est quandocũqȝ duorum vnũ conuenit cum vno singulari a quo aliud disconuenit illa inter se disconueniunt. Ad secundum dicitur φ ibi

non arguitur ex puris negatiuis q maior est vna conditionalis affirmatiua: nec arguitur per sillogismū cathegoricū: sed per sillogismū ypothetticū scȝ a tota cōditionali cū positione antecedētis ad positionē cōsequentis. Ad tertium dicitur q licet propositio vniuersalis sit maioris virtutis in inferēdo conclusionē qȝ particularis tamen nō oportet cōclusionē magis assimilari vniuersali eo q ipsa non est totalis causa ipsius conclusionis ⁊ propinqua sed particularis premissa est causa propinquior ⁊ immediatior conclusionis. Ad quartū dicitur q quando aliqua premissarū est negatiua licet extremitates nō primo ⁊ per se abinuicē separētur: tamen bene ex cōsequēti separant in quantū vna coniungitur cū medio a quo alia separatur. Ad quintū dicitur q licet mediū secūdū rem includatur in minori extremitate non tñ secundū rem ⁊ vocē simul ideo non intrat cōclusionē eo modo quo ponitur mediū in premissis.

¶ Prima figura nouem habet modos. Quorum quattuor primi sunt directe cōcludentes et quinqȝ sequentes indirecte. Directe autem cōcludere est maiorem extremitatē predicari de minori in conclusione. indirecte autē cōcludere est minorem extremitatem predicari de maiori in conclusione. Nota hic duas regulas: quarū prima conuenit tantum primis quattuor modis prime figure directe concludentibus ⁊ omnibus tertie. Secunda vero cōuenit prime quo ad eosdem primos quattuor modos tantum: ⁊ secūde quo ad omnes. Prima regula talis est in qttuor modis prime figure directe concludentibus minore existente negatiua nihil sequitur. Item in eisdem maiori existente particulari nihil sequitur.

Postqȝ auctor determinauit de sillogismo in generali ponendo diffinitionē eius et ostēdendo ex quibus prīcipiis materialibus ⁊ formalibus cōponitur ⁊ ponendo aliqs regulas generales omnibus figuris. Hic consequenter determinat de ipso in speciali docēdo formationē sillogismorum in qualibet figura ⁊ primo docet formare sillogismos in prima figura. Cuius ratio est quia illi sillogismi qui sunt per se de prima figura sunt perfectiores aliis eo q in ipsis mediū positione est et coniunctione quia subiicitur maiori extremitati ⁊ predicatur de minori: ⁊ etiā coniungit extremitates inter se. in aliis autē est solū mediū coniunctione ⁊ non positione. ⁊ propter hoc etiā auctor determinauit prius de prima figura qȝ de aliis duabus: primo enumerando suos modos in generali postea determinando de ipsis in speciali.

Primo sciendū q prime figure nouem sunt modi quattuor directe cōcludentes: ⁊ quinqȝ indirecte: quorum sic habetur sufficiētia: q modus est ordinatio duarū premissarū vel ergo ambe premisse sunt vl'es vel ambe particulares: vl' maior vniuersalis ⁊ minor particularis vel econtra. Si ambe sunt vniuersales hoc est quadrupliciter: vel ambe sunt affirmatiue ⁊ sic est barbara: ⁊ baralipton indirecte concludens. vel ambe negatiue: ⁊ sic nihil sequitur. vel maior affirmatiua ⁊ minor negatiua: ⁊ sic est fapesmo. vel econtra maior negatiua ⁊ minor affirmatiua: ⁊ sic habentur celantes ⁊ celarent. Si ambe sunt particulares hoc est quadrupliciter ut prius: et quocunqȝ modo disponant semper est combinatio inutilis: quia in puris particularibus nihil sequitur. Si maior sit vniuersalis ⁊ minor particularis hoc est quadrupliciter: quia vel ambe sunt affirmatiue: ⁊ sic sunt darii ⁊ dabitis. vel ambe negatiue: ⁊ sic nihil sequitur. vel maior est negatiua ⁊ minor affirmatiua: ⁊ sic est ferio. vel maior ē affirmatiua ⁊ minor negatiua: ⁊ sic iterū nihil sequitur. Si vero maior sit particularis ⁊ minor vniuersalis hoc est quadrupliciter: ut prius: ⁊ quocūqȝ modo disponantur semper est combinatio inutilis: nisi quando maior est affirmatiua ⁊ minor negatiua sicut est frisesmorū. Secundo sciendū q baralipton celantes ⁊ dabitis non distinguūt a tribus primis modis essentialiter quantū ad dispositionē duarū propositionū in debita qualitate ⁊ quantitate: quia eadem est ordinatio premissarū in barbara ⁊ in baralipton ⁊ similiter in aliis: sed distinguūtur ab ipsis accidentaliter quantū ad modos concludendi directe ⁊ indirecte. ideo Aristoteles qui solum distinguit modos sillogismorū quantū ad essentialē distinctionē scilicet ordinē premissarum non distinguit illos modos a trib' primis. Sed Boetius ⁊ Petrus hispanus considerantes sillogismū quantū ad premissas et modum concludendi posuerunt illos tres modos distinctos ab aliis tribus modis eo q concludunt indirecte. alii vero directe. Tertio sciendum q directe concludere est maiorē extremitatē predicari de minori in conclusione. ⁊ cōcludere indirecte est minorē extremitatē predicari de maiori in cōclusiōe. Cuius rō est: q qn̄ maior extremitas predicatur de minori in cōclusione ibi designat directus motus rōnis: q incipit a maiori extremitate: ⁊ fit per mediū ad minorē extremitatē. ⁊ deinde comparat minor extremitas ad maiorē in cōclusione. et intellect' in tali motu cū puenit ad minorē extremitatē directe cōparat eā ad maiorē. iō ibi fit directa cōclusio. sȝ qn̄ minor predicatur de maiore designatur indirect' motus rōnis: q designat q intellect' primo accipit maiorē cū medio: ⁊ scdo minorē cum medio: ⁊ iterū reuertit ad maiorē extremitatē anteqȝ vniat ipsam cū minori extremitate: ⁊ non vnit minorē directe ⁊ immediate post acceptionē minoris cū medio. ⁊ hec causa quare cōclusio dicatur directa vel indirecta est generalis ad omnes figuras.

Quarto sciendū q pro modis prime figure directe concludentibus ponunt plures regule: quarū prima est q minorē existēte negatiua nihil sequit in prima figura directe. Cui' rō est: q si minor est negatiua oportet maiorē esse affirmatiuā ⁊ cōclusionē esse negatiuam ꝓpter duas regulas prius positas: ergo maior extremitas non distribueretur in maiori propositione: cū eēt predicatū ꝓpositiōis affirmatiue: ⁊ tñ distribueret in cōclusione cū eēt predicatū ꝓpositionis negatiue qd semꝑ distribuitur. ⁊ sic argueret a non distributo ad distributū: ⁊ hoc est arguere a positione cōsequētis ad positionē antecedētis: q nō distributū est consequēs respectu distributi: sicut hō est ꝯsequēs ad oēm hominē: ⁊ etiā ibi possunt dari termini in q̄b' oī: ut aīal hō equ': ⁊ termini in quib' nulli: ut aīal hō lapis: ergo minore existēte negatiua nō sequit aliqua cōclusio directe. dicitur directe q bene sequitur indirecte ut in fapesmo ⁊ frisesmorū. Secūda regula est q maiore existēte particulari nihil sequitur directe in prima figura. Cuius rō est q in prima figura ad cōcludendū directe oportet minorē eē affirmatiuā ut dictū est ⁊ sic mediū nō distribueret in minore cū sit predicatū minoris ꝓpositionis affirmatiue: nec i maiori cū sit subiectū ꝓpositiōis pticularis: ⁊ sic tenebit pticulariṫ in vtraqȝ ⁊ poterit vniri pro diuersis partibus eius cū duab' extremitatibus. ex qua vnione nō sequit aliqua cōclusio: iō maiore existēte pticulari in prima figura nihil sequitur directe lȝ bene indirecte ut in frisesmorū: ⁊ etiā posita maiori particulari pnt reperiri termini in q̄bus oī ⁊ in q̄bus nulli. ⁊ sic est cōbinatio inutilis. Sȝ cōtra predicta arguit pmo sic. idē est modus ⁊ cōbinatio vtilis. sȝ in prima figura sunt tm̄ q̄ttuor cōbinationes vtiles ad cōcludendū directe ⁊ due ad cōcludendū indirecte: ergo tm̄ sunt sex modi prime figure et sic male ponunt nouem. Scdo sic hic maior extremitas predicatur de minori dicēdo ois homo est animal substantia est hō: ergo substātia est animal: ⁊ tñ ibi est indirecta cōclusio cum ibi sit indirecta predicatio. ergo contra diffinitionē huius quod est directe ꝯcludere. Tertio sic minor

extremitas se habet ut pars respectu maioris. sed pars non predicatur de toto: quia nõ dicit esse totius: ergo indirecte concludere non est quando minor extremitas predicat͛ de maiori. ¶ Quarto sic: bene sequit͛ quoddã rationale currit omnis homo est rationalis ergo quidã homo currit qr ex opposito consequentis sequitur oppositũ antecedentis ut clare patet intuenti. ergo maiore particulari existẽte aliquid sequitur directe in prima figura. ¶ Quinto sic: bene sequitur omne nõ homo est non risibile lapis nõ est homo ergo lapis non est risibilis: ergo minore existẽte negatiua in prima figura aliquid sequitur. ¶ Ad primũ dicitur q͛ licet in prima figura sint tantũ due cõbinationes primo ꝛ per se vtiles ad cõcludendũ indirecte: tamen sunt plures alie vtiles ex consequenti ad cõcludendũ indirecte quia combinationes que sunt in tribus modis primo et per se valent ad concludendũ directe ꝛ ex consequenti per conuersionẽ suarũ conclusionũ ad concludendũ indirecte. vnde omnis sillogismus cuius conclusio conuerti potest. potest cõcludere directe et indirecte. ¶ Ad secundũ dicitur q͛ nõ dicitur directa cõclusio eo q͛ sit ibi directa predicatio sed quia ibi denotatur directus processus rationis ut supra dictum est.

¶ Ad tertiũ dicit͛ q͛ licet minor extremitas nõ semper dicat scdm rem totũ esse maioris. tamen bene dicit secundũ modũ in quantũ enunciatur de ipsa ꝛ hoc sufficit ad hoc q͛ predicetur de maiori quia hic indifferens est vtrũ vere vel false predicetur. ¶ Ad quartũ dicitur q͛ licet in illo argumento sequatur conclusio gratia materie scꝫ propter conuertibilitatẽ rationalis ꝛ hominis non tamẽ gratia forme arguendi. quia non tenet in oĩbus terminis consimili forma arguendi retenta ut non sequitur quoddã animal est asinus. omnis homo est animal. ergo quidã homo est asinꝰ cum antecedens sit verum ꝛ consequẽs falsum. ¶ Ad q̇ntum dicitur q͛ ibi non est formaliter sillogismus eo q͛ subiectum maioris scilicet non homo non predicatur in minore sed homo ibi predicatur: ideo non bene arguitur in prima figura sed tamẽ est ibi virtualiter sillogismus inquantũ ista lapis non est homo equiualet isti lapis est non homo sed tunc minor erit affirmatiua ꝛ arguetur in barii.

¶ Barbara. Primus autem modus prime figure constat ex duabus vniuersalibꝰ affirmatiuis vniuersalem affirmatiuã cõcludentibus: ut omne animal est substantia: omnis homo est animal: ergo omnis homo est substantia. ¶ Celarent Secũdus constat ex vniuersali negatiua ꝛ vniuersali affirmatiua vniuersalem negatiuam concludentibus: ut nullum animal ẽ lapis: omnis homo est animal: ergo nullus homo est lapis.

Postq̃ꝫ auctor in generali enumerauit modos prime figure. Hic cõsequẽter in spãli determinat de vnoquoqꝫ ipsorũ: ꝛ pͥmo de modis directe cõcludẽtibꝰ q̃ꝫ de indirecte concludentibus. Et inter modos directe cõcludẽtes pͥmo determinat de modis vlibus q̃ꝫ de particularibus. ꝛ adhuc inter vl'es primo determinat de modo vli affirmatiuo q̇ intelligitur per barbara q̃ꝫ de modo vli negatiuo qui intelligit͛ per celarẽt eo q͛ affirmatio p̄cedit negationẽ. ¶ Primo sciendũ q͛ barbara cõstat ex duabus ꝓpositionibus vlibus affirmatiuis maiore ꝛ minore vl'em affirmatiuã directe concludentibus: ut omne aĩal est substãtia: oĩs homo est aĩal: ergo oĩs homo est substãtia. probatur ista cõsequentia: qr regulatur per dici de omni. nam q̇cq̇d predicatur de subiecto distributo p̄dicat͛ de q̇libet supposito sũpto sub ipo. sꝫ in isto sillogismo substantia dicit͛ de animali distributo in maiore: ꝛ homo subsumitur sub animali: cũ animal enunciatur de ipso: ergo substantia dicitur de omni homine eo modo quo dicitur de omni aĩali in quo includit͛ omnis homo. aliter sic probatur: qr cõsequentia formalis est q̃ tenet in omnibus terminis cõsimili forma arguẽdi retẽta: sed cõsequentia facta in barbara tenet in oĩbus terminis: qr nõ est dabilis instãtia: igit͛ ibi est cõsequẽtia formalis. ¶ Secũdo sciendũ est q͛ inter oẽs modos figurarũ iste modus scilicet barbara est ꝑfectior simpliciter. ꝛ rõ est qr est vlis ꝛ affirmatiuus. sed in quantũ est vlis est perfectior oĩbꝰ alijs particularibus: ꝛ in quantũ est affirmatiuꝰ est ꝑfectior oĩbus modis negatiuis. Item in eo cõcludit͛ vniuersalis affirmatiua conclusio. sed illa est difficillima ad concludendũ quia solum in vna figura ꝛ in vno modo potest concludi. Ipsa enim non cõcluditur in secũda figura: cũ ibi concludat͛ negatiue tantũ: nec in tertia: cũ ibi concludatur particulariter tantũ: nec cõcludit͛ in alio modo prime figure ab isto pͥmo. iõ solũ in illo modo ipsa põt concludi. quelibet autem alia conclusio põt pluribus modis cõcludi: ut in sequentibꝰ apparebit. ¶ Tertio sciendũ q͛ celarẽt secundus modus constat ex maiori vniuersali negatiua: et minore vniuersali affirmatiua: vniuersalem negatiuam concludentibus. et probatur q͛ ista consequentia sit bona per regulam: dici de nullo: arguendo sic: nullum animal est lapis: omnis homo est animal ergo nullus homo est lapis: ibi lapis negat͛ in maiori de animali distributo: ꝛ de quolibet contento sub ipo. sꝫ oĩs hõ cõtinet͛ sub aĩali distributo: igit͛ remouetur lapis ab homie distributo. põt etiã probari per diffinitionẽ cõsequẽtie formalis: qr tenet in oĩbus terminis cõsimili forma arguendi retenta. ¶ Quarto sciendũ q͛ in isto modo ꝛ in omnibus alijs oportet mediũ manere idẽ cum subijcitur in maiore ꝛ predicat͛ in minore: ꝛ etiã maior extremitas debꝫ manere eadẽ in predicato maioris ꝓpositiõis: ꝛ in predicato cõclusiõis: ꝛ minor extremitas in subiecto maioris ꝛ conclusiõis qr si variarent͛ in tali sillogismo eẽnt plures termini q̃ꝫ tres. ꝛ secundũ tria debet quilibet terminus idẽ manere primo secundũ. vocẽ secundo quantũ ad significatũ. ita q͛ mediũ in maiore ꝛ minore non teneatur equiuoce ꝓ diuersis significatis: quia tunc nõ eẽt idẽ terminus sed plures secundũ rem significatã. tertio debet manere idẽ quãtũ ad supposita pro quibus accipitur. ita q͛ in maiore propositiõe non teneatur pro aliquibꝰ suppositis et in minore pro alijs. sꝫ semꝑ debet capi pro eisdẽ ꝛ pro equalibus ita q͛ nõ magis stricte vel magis ample in vna q̃ꝫ in alia premissarũ: ꝛ similiter de extremitatibꝰ ꝛ per hoc patet intellectus istorꝫ modorꝫ vniuersaliũ. ¶ Contra predicta arguit͛ primo sic. non sequitur omne animal si est rudibile est asinus. omnis homo est aĩal si est rudibilis. ergo omnis homo est asinus ꝛ tamen arguitur in barbara. ¶ Secundo sic: non sequit͛ omne rationale vel irrationale est homo omnis equus est rationalis vel irrationalis ergo omnis equus est homo et tamen arguitur in barbara. ¶ Tertio sic: nõ sequit͛ cuiuslibꝫ hominis asinus currit omne rudibile est asinus: ergo omne rudibile currit: qr antecedẽs põt esse verũ consequẽte existẽte falso. posito casu q͛ oĩs hõ habeat vnũ asinũ currẽtẽ ꝛ aliũ quiescentẽ: tñ arguitur in primo modo: ergo ibi nõ est consequentia formalis. ¶ Quarto sic: nõ sequitur nullum viuens generabitur omnis homo est viuens ergo nullus homo generabitur ꝛ tamen ibi arguitur in celarent.

¶ Quinto sic: nullũ currẽs est asinus omnis homo preter fortem currit: ergo nullus homo preter fortem est asinꝰ nõ sequitur quia conclusio est falsa tñ dicat fortẽ esse asinũ et premisse sunt vere. ꝛ tamen ibi arguitur in celarent: igitur in ipso non est consequentia formalis. ¶ Ad primum dicitur q͛ ista maior omne animal si est rudibile est asinus potest esse conditionalis vel de conditionato extremo si sit cõditionalis ibi non est bonus sillogismus in primo modo. quia ex ipotheticis non fit bonus sillogismus cathegoricus. si vero maior sit cathegorica tunc illa conditio si est rudibile potest referri ad subiectum ꝛ sic maior est falsa et sequitur conclusio. ꝛ sensus eius est de quocumqꝫ est verum dicere q͛ est animal si est rudibile est verum dicere q͛ est asinus vel illa conditio refertur ad predicatum ꝛ tunc maior est vera ꝛ male subsumitur in minore quia illa conditio nõ

debet sumi cum medio in predicato minoris cum nō poneretur ad mediū in subiecto maioris idō ibi nō arguitur in p̄mo mō. Ad s̄z dī q̄ illa maior oē rōnale vel irrationale ē hō pōt esse disiūcta ūa ⁊ sic est vera ⁊ nō ē ibi sillogismus cathegoricus. vel pōt esse de disiūcto subiecto ⁊ hoc dupliciť. q: vel distribuitur illud totū disiūctū rationale vel irrationale ⁊ sic est bon⁹ sillogism⁹: sed maior ē falsa sicut cōclusio vel distribuit̄ tm̄ prima ps disiūcti. s. rationale ⁊ tūc est vera ⁊ tunc nō bene arguitur: q: in plus ē predicatū minoris q̄z subiectū distributū in maiore. Ad tertiū dī q̄ ibi male subsumitur q: subsumitur sub asino qui nō distribuitur in maiore ⁊ nō subsumitur sub homine q̄ est subiectū distributionis maioris sic ergo deberet subsumi cuiuslibet hominis asinus currit. omne rudibile est hō ergo cuiuslibet rudibilis asinus currit. Ad quartū dī q̄ ibi arguit̄ a minus amplo ad magis amplū cū distributiōe magis ampli ex pte hominis qui in minore solū distribuitur p̄ hominibus p̄sentibus ad quos restrigitur p̄ verbū p̄sentis tpis ⁊ in cōclusione distribuitur p̄ presentibus ⁊ futuris ad quos ampliatur p̄ illud verbū futuri tpis generabitur. Ad quintū dī q̄ in illo sillogismo male cōcluditur q: hec dictio p̄ter nō excipit soz. in cōclusione ab eodē p̄dicato sicut in minore nec est eadē dispositio subiecti in affirmatiua ⁊ negatiua sō sic debet ɔcludi: ergo nullus hō alius a sorte est asinus.

¶ Darij Tertius constat ex vniuersali affirmatiua ⁊ particulari affirmatiua particularē affirmatiuam concludentibus: ut omne animal ē substantia: quidam homo est animal: ergo quidam homo est substātia. ¶ Ferio Quartus constat ex vniuersali negatiua et particulari affirmatiua particularem negatiuam concludentibus: ut nullus homo est lapis: quoddam risibile ē homo: ergo quoddam risibile nō est lapis.

Postq̄z auctor determinauit super⁹ de modis vniuersalibus prime figure directe concludētibus. Hic consequēter determinat de modis particularibus directe cōcludentibus .s. de darij ⁊ ferio. ⁊ primo diffinit darij eo q̄ ē affirmatiuus ⁊ alter negatiuus dicens. Darij tertius modus prime figure constat ex vniuersali affirmatiua maiori: particulari affirmatiua minore particularē affirmatiuā directe cōcludentibus: ut omne animal currit: quidā homo est animal. ergo quidā homo currit ⁊ pcobatur hoc modo cōsequentia per regulā. s. dici de omni: quia in isto sillogismo currit de subiecto .s. de animali distributo dicitur: igitur dicitur de quolibet contento sub ipso: sed aliquis homo cōtinetur sub animali: ergo de ipso predicatur currit. ⁊ posset etiā probari p̄ diffinitionē consequētie formalis sicut dictū est de alijs modis. Primo sciēdū q̄ ad debite sillogizādū in darij oportet q̄ termini debite accipiantur sic q̄ non fiat variatio terminorū reiterando extremitates in cōclusione: vel in reiteratione medij in premissis. ⁊ per talē considerationem circa terminos poterunt cognosci multi paralogismi qui fiūt apparenter scdm̄ istū modū. etiā inspiciendū est ad premissas q̄ ille debite disponantur ita q̄ ibi sint due cathegorice tā̄ tanq̄z principales premisse: quia sillogismus cathegoric⁹ solū cōponitur ex propositionibus cathegoricis ⁊ si in aliq̄ sillogismo sint plures premisse q̄z due oportet ipsum resoluere primo ad duas propositiones que sint principales eius premisse: ⁊ ex cōsequenti ad tres terminos ad videndū vtrū debite formetur in isto vel in alijs. Secūdo sciendū q̄ ferio quartus modus prime figure constat ex vniuersali negatiua maiori particulari affirmatiua minori particularē negatiuā concludentibus directe: ut nullum animal est lapis: quidā homo est animal. ergo quidā homo nō est lapis. ⁊ p̄batur per regulas p̄ dici de omni ⁊ dici de nullo: quia ibi lapis negatur de animali distributo: ergo nihil est sumere sub animali a quo non remoueatur lapis: ⁊ q: hō sumitur sub animali: ideo lapis remouetur ab ipso. Tertio sciendum q̄ isti duo modi particulares sunt perfecti ⁊ quantū ad necessitatē concludendi: ⁊ quantū ad euidētiam ipsorū: quia immediate regulantur p̄ dici de nullo. ⁊ quantū ad illā p̄fectionē non habent p̄fici p̄ alios modos sed quantū ad quātitatē modi vniuersales sunt perfectiores aliquo modo. ⁊ si negetur cōsequentia istorū modorū potest aliquo modo p̄bari reducendo ipsos ad modos vniuersales hoc modo: q: darij reducitur primo ad camestres in secunda figura capiendo cōtradictoriū cōclusionis sue cū maiore inferēdo oppositū cōtradictoriū minoris: ut arguendo in darij: omnis homo est animal quoddā risibile est homo. ergo quoddā risibile est animal reducitur sic ad camestres omnis homo est animal: nullū risibile ē animal: ergo nullū risibile est homo. ⁊ etiā ferio reducitur ad cesare vel ad camestres: ⁊ quia illi modi iterū reducuntur ad celarent per cōuersiones: ideo isti modi particulares ex consequenti possunt reduci ⁊ probari per vniuersales: et non reducūtur isti modi ad modos secunde figure ut ibi perficiantur vel ut ibi stet eorum reductio sed ut mediātibus ipsis reducantur ad modos vniuersales prime figure. Quarto sciendū q̄ in istis quattuor modis prime figure iam habitis cōcluduntur quattuor genera propositionū scilicet vniuersalis affirmatiua que concluditur in barbara. vniuersalis negatiua in celarent. particularis affirmatiua in darij particularis negatiua in ferio. inter quas vniuersalis affirmatiua est difficillima ad cōcludendum quia solū in vno modo concluditur scilicet in barbara. Deinde vniuersalis negatiua que concluditur in vno modo in prima figura scilicet in celarent. ⁊ in duob⁹ modis in secunda figura scilicet in cesare ⁊ camestres. tertio particularis affirmatiua que concluditur in vno modo in prima figura scilicet in darij: ⁊ in tribus modis tertie figure scilicet in darapti disamis ⁊ datisi. ⁊ quarto particularis negatiua que facillima est ad concludendū que potest cōcludi in vno modo prime figure scilicet in ferio: ⁊ in duobus modis secū de figure scilicet in festino ⁊ barocho ⁊ in tribus modis tertie figure scilicet felapton bocardo ⁊ ferison. sed cōtra particularis negatiua difficillima est ad interimendum. interimitur enim per suam ɔtradictoriā que est vniuersalis affirmatiua que est facillima ad destruendum: ⁊ per hoc posset haberi ordinatio horum quattuor modorū prime figure directe concludentium. Sed contra predicta arguitur primo sic non sequitur omne risibile est animal. tantum homo est risibilis ergo tantum homo est animal ⁊ tamen ibi arguit̄ in darij: ergo in ipso non est consequentia formalis. Secundo sic hic bene arguitur in darij omne indiuiduum alicuius speciei est asin⁹ sortes est indiuiduum alicuius speciei: ergo sortes est asin⁹ ⁊ maior probaretur quia omne indiuiduum asini est asin⁹: ergo omne indiuiduum alicuius speciei est asinus ⁊ tamen in primo sillogismo non est bona consequentia: ergo contra tertium modum. Tertio sic non sequitur omne currens est asinus aliquis homo potest esse currens: ergo aliquis homo potest esse asinus ⁊ tamē arguitur ibi secundū tertiū modum. Quarto sic non sequitur nullū aial est species: homo ē animal ergo hō nō est species ⁊ tamen ibi arguitur in ferio. Quinto sic nō sequit̄ nullus denarius valet albū quidam francus valet denarium: ergo quidā francus non valet albū. ⁊ tn̄ ibi arguitur in q̄rto modo: ergo non est consequentia formalis. Ad p̄mū istorum dicitur q̄ ibi male concluditur eo q̄ in minori hec dictio tātū excludit respectu risibilis negando ipsum ab omnibus alijs ab homine: ⁊ in cōclusione excludit respectu animalis negando animal ab omnibus alijs ab homine: ⁊ sic ibi arguit̄ a negatiōe inferioris ad negationem superioris ⁊ cōmittitur fallacia cōsequentis. sed debet cōcludi non ponēdo dictionē exclusiuā in conclusione. Ad secundū dicitur q̄ ibi bene arguitur in darij. sed maior illius sillogismi est falsa. s. omne indiuiduū speciei alicuius est asinus: ⁊ ad probationem eius dicitur q̄ ibi arguitur ab inferiori ad su

perius cũ distributiõe superioris quia indiuiduũ asini se habet vt inferius ad indiuiduũ alicuius speciei ideo nõ sequitur omne indiuiduũ asini est asinus: ergo omne indiuiduũ alicuius speciei est asinus. Ad tertiũ dicitur ꝙ ibi male arguitur quia subiectum maioris. scilicet currens nõ est predicatũ minoris. sed potens esse currens predicatur in minori ideo ibi non sunt tres termini tantũ immo quattuor.

Ad quartũ dicitur ꝙ in illo argumento homo tenetur in minore pro suppositis ⁊ in conclusione pro natura communi ideo variatur minor extremitas ⁊ non sunt tres termini tantum nec debite arguitur. Ad quintum dicitur ꝙ ibi non bene arguitur quia non est idem subiectum maioris ⁊ predicatum minoris quia denarius subijcitur in maiori ⁊ valens denarium predicatur in minori ideo nõ arguitur in quarto modo.

¶ Baralipton Quintus constat ex duabus vniuersalibꝰ affirmatiuis particularē affirmatiuam concludētibus indirecte: ut omne animal est substantia: omnis homo est substantia: ergo q̃dã substãtia ē hõ ⁊ ꝓbatur ꝑ primũ prime cõcludētē vl'em affirmatiuã q̃ cõuertitur in ꝑticularē: q. s. ꝑticularis ꝯcluditur in hoc q̃nto. ¶ Celãtes sextꝰ cõstat ex vl'i negatiua ⁊ vl'i affirmatiua vl'em negatiuam indirecte concludētibꝰ: ut nullũ aĩal est lapis omnis hõ ē animal: ergo nullus lapis est hõ. ⁊ reducitur ad secundũ prime ꝑ cõuersionē conclusionis simpliciter. ¶ Dabitis Septimus constat ex vniuersali affirmatiua ⁊ ꝑticulari affirmatiua: ꝑticularē affirmatiuã indirecte concludentibus: ut omne animal est substantia: quidam homo est animal: ergo quedam substantia est homo. ⁊ reducitur ad tertiũ prime per cõuersionem cõclusionis simpliciter.

Postq̃ꝫ auctor determinauit de modis ꝑme figure directe concludentibus. Hic consequēter determinat de modis indirecte concludētibus. ⁊ primo de baralipton dicēs sic: ꝙ baralipton constat ex maiori vl'i affirmatiua: ⁊ minori vl'i affirmatiua: ꝑticularē affirmatiuã indirecte cõcludentibus ꝓbatur ꝙ in isto modo sit cõsequentia bona ⁊ formalis reducēdo ipsum ad barbara ꝑ cõuersionē ꝑ accidēs cõclusionis de barbara: ⁊ quicq̃d sequitur ad cõsequēs bone ꝯsequētie sequitur ad antecedens eius sed ad cõclusionē primi modi q̃ est vl'is affirmatiua sequitur particularis affirmatiua cõuertēs eius: ergo illa ꝑticularis affirmatiua sequitur indirecte ad premissas de barbara. ⁊ q2 ille premisse sunt ꝑmisse in baralipton: ideo ex ipsis in baralipton debite infert' ꝑticularis affirmatiua indirecte quod faciliter videtur ꝑ exempla. ⁊ reducitur iste modus per impossibile ad celarent capiendo cõtradictoriã cõclusionis de baralipton ꝓ maiori de celarent: ⁊ seruando maiorē de baralipton ꝓ minore inferēdo cõuersam contrarie minoris de baralipton ad quã sequitur cõtradictoris minoris per conuersionē per accidēs.

Primo sciendũ ꝙ reducere vnũ modũ ad aliũ est ostendere euidentiã cõsequentie vnius modi ꝑ aliũ euidentē ad quē reducitur. sed per hoc ꝙ cõclusio de barbara infert per cõuersionem conclusionē de baralipton ostēditur euidētia modi cõcludendi de baralipton ⁊ nõ ostenditur euidentia primi modi. ideo per hoc baralipton reducitur ad primum modũ: ⁊ nõ econuerso. etiã capiendo oppositũ conclusionis sue cũ maiore ad inferendũ oppositũ minoris in celarēt ostēditur sua necessitas concludendi ex illã regulã quãdo cunq̃ꝫ ex opposito cõsequentis infertur oppositũ antecedentis ibi est bona consequētia: sed ex opposito cõclusionis de baralipton cũ vna premissarũ infertur in celarent oppositum alterius premisse. ideo per hoc probatur sufficienter. Secundo sciendũ ꝙ celantes sextus modus constat ex vniuersali negatiua maiori ⁊ minore vniuersali affirmatiua vniuersalē negatiuã indirecte concludentibus. et reducitur ad celarent per conuersionē simplicē conclusionis de celarent: quia ad illam conclusionē sequitur per conuersionē simplicē vniuersalis negatiua ꝯuertēs eiꝰ. ergo illa vniuersalis negatiua sequitur ad premissas de celarēt: ⁊ ille sunt premisse in celantes ergo debite cõcludit indirecte. vniuersalē negatiuã: ⁊ nõ tantũ ostenderetur euidētia ꝑ cõuersionē cõclusionis de celantes. sed magis oñderetur ꝙ ad duas eius ꝑmissas seq̃retur conclusio de celarēt: ⁊ magis ꝓbaretur secundus modus q̃ꝫ sextus. Sed ꝑ impossibile iste modus reducitur ad darij capiēdo cõtradictoriã sue cõclusionis ꝓ minore ⁊ minorē eius ꝓ maiore ad inferendũ cõuersam contradictorie maioris eius ad quã sequitur cõtradictoria maioris eius. ut facto isto sillogismo in celantes nullũ animal est lapis. omnis homo est animal: ergo nullus lapis est hõ: arguitur in darij omnis hõ ē animal quidã lapis est hõ: ergo quidã lapis est animal. ⁊ ad istã sequitur quoddã aĩal ē lapis q̃ est contradictoria maioris primi sillogismi. Tertio sciendũ ꝙ dabitis septimus modus cõstat ex vl'i affirmatiua maiore ⁊ particulari affirmatiua minore ꝑticularē affirmatiuam indirecte concludentibꝰ: ⁊ ꝓbatur reducendo ipsum ad darij ꝑ conuersionē simplicē cõclusionis de darij ad quã conclusionem sequitur particularis affirmatiua ꝯuertens eius: ⁊ illa conclusio sequitur ad premissas de dabitis que sunt in darij: ergo per easdem premissas bene infertur in dabitis particularis affirmatiua indirecte que est cõuertens conclusionis de darij. ⁊ per impossibile iste modus reducitur ad celarent accipiendo cõtradictoriã ꝯclusionis eiꝰ pro maiore ⁊ minorē eius pro minore inferendo cõuersam cõtradictorie minoris eius ut faciliter potest per exempla videri. Quarto sciendũ ꝙ licet sint tres modi indirecte cõcludentes correspondentes tribus modis primis directe cõcludentibus. ⁊ compositi sint ex eisdem premissis sicut ipsi tamen nullus est modus correspondens quarto modo. scilicet ferio qui fiat ex eisdem premissis cum eo: ⁊ ratio habetur per regulã Boetij ꝙ omnis sillogismus inferens cõclusionē que potest conuerti potest inferre indirecte conuertētem eius. ⁊ econtra sillogismus inferens conclusionē q̃ non potest conuerti non potest inferre indirecte aliquam cõclusionē. sed conclusiones in tribus primis modis possunt bene conuerti. ideo illi tres modi possunt indirecte concludere: sed conclusio de ferio cum sit particularis negatiua non potest conuerti in terminis nec simpliciter nec per accidēs: ideo premisse de ferio non inferunt aliquaꝫ conclusionem indirecte. ideo nõ est aliquis modus indirecte cõcludēs conueniens ferio in premissis: ⁊ per hoc patet intellectus istorũ modorũ correspondentiũ tribꝰ primis modis. Sed cõtra predicta arguitur primo sic. omnes modi prime figure sunt perfecti cũ immediate regulentur per dici de omni vel ꝑ dici de nullo. ergo vnus nõ reducitur ad aliũ: ergo male dicitur ꝙ baralipton reducitur ad barbara. Secũdo sic nõ sequitur oē albũ est accidēs: omnis hõ est albꝰ ergo quoddã accidēs est homo ⁊ tamē arguitur in baraliptõ: ergo in illo modo nõ est bona cõsequētia. Tertio sic modꝰ ē ordinatio duarũ premissarũ in debita qualitate ⁊ q̃ntitate. sꝫ in celãtes est eadē ordinatio premissarũ in debita qualitate ⁊ q̃ntitate: ⁊ etiã est eadē quãtitas cõclusionis sicut in celarent: ergo iste modus nõ distinguitur ad celarēt nec ad ipsum reducitur.

Quarto sic nullũ currēs est homo supposito ꝙ nullꝰ hõ existat. oē animal est currens: ergo nullus hõ est animal. et tamen ibi arguitur in celãtes: ergo in eo nõ est bona conse-

quentia. Quinto sic nõ sequitur omne animal ē indiuiduũ. aliqñ genus est animal: ergo aliquod indiuiduũ est genus ⁊ tamen arguitur in dabitis: ergo in ipso non est bona consequentia. Ad primum istorũ dicitur ꝙ licet omnes modi prime figure sint perfecti quantũ ad subsumptionem nõ tamen q̃tũ ad modum concludendi. quia indirecte cõcludentes non habent euidentem modũ concludendi: sed fiunt euidentes per reductionem ad alios modos. Ad secundũ dicitur ꝙ albũ in maiore illius sillogismi accipit̃ fm se ea parte qua differt ratione a suo subiecto: ⁊ in minore capitur ꝑ respectũ ad suũ subiectũ inq̃ztum dicit esse accidentale eius. ⁊ ideo accipit̃ mediũ sub diuersis respectibus: ⁊ ut diuersa sibi accidũt. ideo medium variatur in duabus p̃missis ⁊ ibi cõmittitur fallacia accidentis. Ad tertiũ dicitur ꝙ licet celantes non distinguat̃ essentialiter a secundo modo quantũ ad dispositionẽ p̃missarũ: tamẽ accidentalit̃ q̃n tũ ad modũ cõcludendi distinguitur ab ipso ut dictum ē p̃us. Ad quartũ dicitur ꝙ in illo sillogismo homo in p̃dicato maioris stat pro hominibus existentibꝰ tantũ: ⁊ in cõclusione stat tam pro existentibus q̃z pro nõ existentibus eo ꝙ nõ subijcitur cũ aliquo accidentali cõtrahente ipsum ad supposita existentia sicut in maiore. Ad quintũ dicit̃ ꝙ in illo sillogismo animal in subiecto maioris accipitur ꝓ suis suppositis ⁊ in predicato minoris supponit pro natura communi. ideo ibi fit variatio medij in duabus p̃missis: ⁊ nõ bene arguitur: nec sunt tres termini tantũ.

¶ Fapesmo octauus constat ex vniuersali affirmatiua ⁊ vniuersali negatiua particularẽ negatiuã concludẽtibus indirecte ut omne animal est substantia: nullus lapis est animal: ergo quedam substãtia nõ est lapis. Et reducitur ad quartum prime maiori conuersa per accidẽs: ⁊ minori simpliciter per transpositionẽ. ¶ Frisesmoꝝ. Nonus cõstat ex particulari affirmatiua ⁊ vniuersali negatiua particularem affirmatiuam concludentibus indirecte: ut q̃dam animal est substantia: nullus lapis ē animal: ergo quedam substantia non ē lapis. Et reducitur ad quartã prime maiori ⁊ minori conuersis simpliciter et ꝑ trãspositionem.

Postq̃z auctor determinauit de modis prime figure indirecte concludentibus cõuenientibus in premissis modis directe concludentibus. Hic consequenter determinat de modis indirecte concludentibus differentibus in premissis a modis directe ꝯcludẽtibus. s. fapesmo ⁊ frisesmoꝝ: ⁊ qꝛ fapesmo est modꝰ vniuersalis. alter vero est ꝑticularis. id auctor prius determinat de ipso dicens: octauus modus. s. fapesmo cõstat ex vniuersali affirmatiua maiori ⁊ vlĩ negatiua minori ꝑticularẽ negatiuam concludentibus indirecte. ⁊ reducitur ad ferio maiore cõuersa per accidens: ⁊ minore simpliciter facta transpositione premissarũ. Et ꝓbatur cõsequẽtia huius modi ꝑ illam regulã quicq̃d sequitur ad cõsequens bone cõsequentie sequitur ad antecedẽs eius. sꝫ ad premissas de fapesmo facta cõuersione p̃missarũ cũ trãspositione ipsarũ sequunt̃ premisse de ferio: ⁊ ad illas p̃missas sequitur ꝑticularis negatiua: ergo cõclusio illa sequitur ad p̃missas de fapesmo: ergo in illo mõ est bona cõsequentia.

Primo sciendũ ꝙ ꝑ impossibile fapesmo põt reduci ad barbara capiendo cõtradictoriũ sue cõclusionis ꝓ maiore ⁊ maiorẽ eius ꝓ minore inferẽdo cõuersã ꝯtradictorie minoris ad quã sequit̃ illa cõtradictoria; ut arguẽdo sic in fapesmo: oĩs hõ est animal: nullus lapis ē hõ: ergo q̃dã animal nõ est lapis. ⁊ sic arguitur in barbara: oẽ animal est lapis: oĩs hõ est animal. ergo oĩs hõ est lapis. ad quã sequitur ꝑ conuersionem ꝑ accidẽs: quidã lapis est hõ q̃ est cõtradictoria minoris. et põt etiã reduci ad celarẽt capiẽdo contradictoriã conclusionis ꝓ minore ⁊ minorẽ ꝓ maiore inferẽdo cõuersam oppositi maioris ut p̃supposito sillogismo facto in fapesmo arguitur sic in celarent: nullus lapis est hõ omne animal ē lapis sequitur ergo nullũ animal est homo ad quã ꝑ ꝯuersionẽ ꝑ accidẽs: sequitur quidã hõ nõ est animal. Secũdo sciendũ ꝙ nonus modus. s. frisesmorũ constat ex ꝑticulari affirmatiua maiore ⁊ vniuersali negatiua minore ꝑticularẽ negatiuã cõcludentibꝰ indirecte. ⁊ reducitur ad ferio maiore ⁊ minore cõuersis simplicit̃ ⁊ facta trãspositione premissarũ. ꝑ hoc probatur ꝙ fit in eo bona consequẽtia: qꝛ ad premissas eius sequuntur ꝑ cõuersionẽ cum trãspositiõe p̃missaꝝ p̃misse de ferio ꝑ q̃s p̃missas sequit̃ ꝑticularis negatiua conclusio: ergo eadẽ sequitur ad p̃missas de frisesmorũ ut arguẽdo sic: quidã hõ est animal: nullus lapis est homo: ergo quoddã animal nõ est lapis cõuertendo simpliciter ⁊ trãsponẽdo premissas sic arguitur in ferio: nullus homo est lapis quoddã animal est hõ. iste p̃misse sequũtur ad alias p̃missas ⁊ sequitur quoddã animal non est lapis. Tertio sciendũ ꝙ iste vltimus modus põt ꝑ impossibile reduci ad celarent capiendo cõtradictoriũ cõclusionis ꝓ minore ⁊ minorẽ loco maioris inferendo cõuersam oppositi maioris: ut arguẽdo sic: quidã hõ est animal, nullus lapis est homo: ergo quoddam animal non est lapis. ⁊ sic arguẽdo in celarent: nullus lapis est hõ: omne animal est lapis: ergo nullũ animal est hõ. ad quã sequitur iterũ ꝑ ꝯuersionẽ: nullus hõ est animal. q̃ est contradictoria prime maioris. ⁊ põt reduci ad darij capiendo contradictoriũ conclusionis ꝓ maiore ⁊ maiorẽ ꝓ minore inferendo conuersam cõtradictorie minoris ad quã sequitur illa contradictoria.

Quarto sciendũ ꝙ fapesmo ⁊ frisesmorũ valent in qualibet figura ad concludendũ ꝑticularem negatiuã indirecte ⁊ qꝛ reperiuntur in omnibus figuris Aristo. determinat de ipsis postq̃z docuit formationes sillogismorũ in tribus figuris. aliter tamen reperiuntur in prima figura ⁊ in alijs quia q̃n mediũ subijcitur in vna p̃missarũ ⁊ predicatur in alia sunt in prima figura: ⁊ cũ predicatur in vtraq̃z sũt in secunda figura: ⁊ cũ subijcitur in vtraq̃z sunt in tertia figura: ⁊ qꝛ per prius reperiuntur in p̃ma figura q̃z in alijs: ideo quodãmõ appropriantur p̃me figure rõne cuius cõueniẽter a Petro hispano enumerantur inter modos prime figure nec tamen negat quin reperiantur in alijs. Contra predicta arguitur p̃mo sic: in omni sillogismo conclusio debet esse similis alicui premissarũ sed particularis negatiua non est similis alicui premissarũ de fapesmo cũ ambe sint vniuersales: ergo male dicitur ꝙ ibi concluditur particularis negatiua.

Secundo sic: premisse de fapesmo maiorẽ cõuenientiam habent cũ premissis de celarẽt q̃z cũ premissis de ferio: ergo magis debet reduci ꝑ conuersionẽ ad celarẽt q̃z ad ferio et sic male dicitur ꝙ reducitur ad ferio ꝑ cõuersionẽ. Tertio sic: frisesmorũ est cõbinatio inutilis: qꝛ ibi sunt dabiles termini in q̃bus omni ⁊ in q̃bus nulli: ergo male ponit̃ ille modus. Quarto sic: in omni sillogismo debet fieri subsũptio: sed in frisesmorũ nulla fit subsumptio: quia maior ē ꝑticularis ⁊ sub ꝑticulari nihil est sumere: etiã subsũptio fit affirmando subiectũ prius distributum de aliquo inferiori eius q̃d nõ fit ibi cũ minor sit negatiua: ergo ibi non est bonus sillogismus. Quinto sic: isti duo vltimi modi solum differunt in quãtitate maioris premisse et nõ in cõclusione nec in modo concludendi: sed quantitas cũ se teneat ex parte materie nõ variat speciẽ: ideo propositio ꝑticularis ⁊ vniuersalis non differunt specie: ergo isti duo modi secundum speciem nõ distinguũtur inter se. Ad primũ dicitur ꝙ licet in omni sillogismo conclusio debeat esse similis alicui p̃missarũ in qualitate: nõ tamẽ in quãtitate sicut patet in darapti: etiam similitudo proprie non attenditur ex ꝑte quantitatis sed equalitas vel inequalitas. Ad secundum dicitur ꝙ licet fapesmo ⁊ celarent magis conueniant in quã

titate suarũ premissarũ q̃z fapesmo ꝛ ferio: tamen premisse de celarent non possunt sequi p conuersionẽ ad premissas de fapesmo: eo q maior que est vniuersalis affirmatiua non potest conuerti simpliciter in vniuersalem sed solum per accidens in particularẽ ꝛ sic ad istas premissas bene sequunt' premisse quarti modi. Ad tertiũ dicitur q concludendo directe in frisesmorum darentur termini in quibus omni et in quibus nulli: ꝛ similiter in fapesmo nunq̃z tamen darentur concludendo indirecte: ꝛ isti modi solum valent ad cõcludendũ indirecte. Ad quartuz dicitur q licet in frisesmorũ formaliter non fiat subsumptio tamẽ ibi bene fit virtualiter inq̃ztum in premissis eius virtualiter includuntur premisse de ferio q̃ sequuntur ad ipsas in quibus fit debita subsumptio. Ad quintũ dicitur q licet quãtitas nõ variet speciem propositionis tamen bene variat speciem sillogismi vel modi eius: quia variata quãtitate est alia ordinatio premissarũ in debita qualitate ꝛ quãtitate ideo isti duo modi specie ab inuicem distinguuntur.

¶ Sequitur de secũda figura cuius tales dantur regule. In secunda figura maiori existente particulari nihil sequitur. In secũda figura ex puris affirmatiuis nihil sequitur. In secunda figura semper concluditur negatiue. Sed hec tertia regula potest intelligi p secundã. Secũda vero figura quattuor habet modos.

Postq̃z superius Petrus hispanus determinauit de prima figura ꝛ modis eius: hic consequenter determinat de secũda figura ꝛ de modis eius. Est autẽ secũda figura quãdo medium predicatur in vtraq; premissarũ: ꝛ tali ordine terminorũ mediũ dicitur primus terminus: quia ponitur supra ambas extremitates cum p̃dicetur de vtraq; ꝛ maior extremitas est secundus terminus ꝛ mediũ positione quia ponitur sub medio cũ subijcitur in maiore propositione ꝛ supra minorẽ cũ predicatur in conclusione. Sed minor extremitas est tertius terminus ꝛ vltimus positione: quia subijcitur medio in minore ppõne ꝛ maiori extremitati in cõclusione. Ex quo patet q mediũ in secũda figura nõ est ita perfecte mediũ sicut in prima figura: quia solum hic est mediũ coniunctione ꝛ non positione ꝛ est perfectius mediũ q̃z medium tertie figure quod subijcitur vtriq; extremorũ: ꝛ inde est q mediũ prime figure valet ad concludendũ vniuersaliter ꝛ affirmatiue. ꝛ medium secũde figure ad cõcludendũ negatiue sed particulariter ꝛ vniuersaliter. ꝛ mediũ tertie figure ad concludendũ particulariter solũ affirmatiue vel negatiue ꝛ per hoc habetur quare ista figura sic ordinat'. Primo sciendũ q propter sillogismos huius figure tres ponuntur regule. Prima est q in secunda figura maiore existente particulari nihil sequitur. Cuius ratio est: quia in secunda figura semper concluditur negatiue ut infra dicetur. ergo si maior esset particularis ibi argueretur a non distributo ad distributũ ex parte maioris extremitatis: que nõ distribueretur in maiore propositione cũ esset subiectũ propositiõis particularis ꝛ tamen distribueretur in cõclusione quia eẽt p̃dicatum propositionis negatiue ꝛ sic ex parte eius argueretur a nõ distributo ad distributũ. ꝛ unde posset cõtingere q consequens esset falsum antecedente existente vero. Itẽ in tali dispositione possunt reperiri termini in quibus omni ut aĩal hõ risibile ut sic arguendo quoddaz animal non est homo. omne risibile est homo. cũ illis stat hec vniuersal' omne risibile est animal. termini in quibus nulli ut animal homo lapis arguendo ut prius ergo talis dispositio est inutilis. Secundo sciendũ q secũda regula est q ex puris affirmatiuis in secũda figura nihil sequitur. Cuius rõ est: quia propter vnionẽ extremitatum in aliquo superiori in quo pñt vniri pro diuersis partibus eius nõ sequitur vnio extremitatũ inter se ut propter vnionẽ hominis ꝛ equi in animali nõ sequitur vnio eorũ inter se quia possunt in ipso vniri pro diuersis partibus potestatis eius. Sed arguẽdo ex puris affirmatiuis in secũda figura denotaretur vnio extremorum in suo superiori tm̃. ideo in tali vnione ex talibus premissis non sequitur cõclusio. Itẽ ibi dabiles sunt termini in quibus omni ut animal hõ risibile: ꝛ termini in quib' nulli ut aial homo equus igitur talis dispositio est inutilis. Tertio sciendũ q tertia regula est q in secũda figura semp concluditur negatiue. Cuius ratio est: quia vna premissarũ in secũda figura semp est negatiua: sed si aliqua p̃missarũ sit negatiua cõclusio debet esse negatiua: ideo semp in secũda figura concluditur negatiue: ꝛ etiã potest in ipsa concludi vniuersaliter ꝛ particulariter ꝛ ideo q̃uis in tertia figura cõcludatur affirmatiue ꝛ negatiue tñ quia ibi cõcluditur solũ particulariter: dignius est cõcludere vniuersalẽ negatiuã q̃z particularem affirmatiuã ut prius dictũ est: iõ nõ ppter hoc sequitur q tertia figura sit pfectior ista: licet in ista cõcludatur negatiue solũ.

Quarto sciendũ q tm̃ sunt quattuor modi secũde figure. Quorũ sufficientia sic habetur: quia omnis modus secunde figure est ordinatio duarũ premissarũ in quibus ꝑdicatur. vel ergo ambe premisse sunt pticulares vel vles: vel maior vlis ꝛ minor particularis vel ecõtra. Si ambe premisse sunt vles. hoc est quadrupliciter vel ambe sunt affirmatiue ꝛ sic nihil sequitur ppter vnã regulã istius figure. vel ambe negatiue ꝛ sic etiam nihil sequitur: vel maior est negatiua ꝛ minor affirmatiua: ꝛ sic est cesare. vel ecõtra: ꝛ sic est camestres. Si ambe sint pticulares hoc est quadrupliciter ꝛ quocũq; modo disponantur nihil sequitur. Si vero maior sit particularis ꝛ minor vniuersalis põt esse quadrupliciter ꝛ semper sequitur quia maiore existente pticulari in secunda figura nihil sequitur. Si autẽ maior sit vniuersalis ꝛ minor particularis hoc est quadrupliciter quia vel ambe sunt affirmatiue ꝛ sic nihil sequitur: vel ambe negatiue ꝛ iterũ nihil sequit'. vel maior est negatiua ꝛ minor affirmatiua ꝛ sic est festino vel ecõtra ꝛ sic est barocho. ꝛ per hoc patent regule secunde figure: ꝛ numerus modorũ eius in generali. Sed contra predicta p̃mo arguitur: sic mediũ quod p̃dicatur de vtroq; extremorũ perfecti' est q̃z illud qd subijcitur vni ꝛ predicatur de alio: quia predicatũ est pfectius subiecto: ergo figura in qua mediũ semp predicatur deberet poni prima. Secundo sic: frisesmorũ valet in qualibet figura ut prius dictũ est ꝛ tñ in ipso maior est pticularis: ergo in secunda figura maiore existente particulari aliquid sequitur. Tertio sic: q̃cũq; vni tertio sunt eadem illa inter se sunt eadez ꝛ inter se cõueniunt sed arguẽdo ex puris affirmatiuis in secũda figura denotatur extrema esse eadẽ vni tertio. s. medio: ergo bene sequitur q extrema inter se conueniunt: ꝛ sic ex puris affirmatiuis aliquid sequitur. Quinto sic: bene sequit' in secũda figura aliqd animal est sortes aliqs hõ est sortes ergo aliquis hõ est animal: ꝛ tñ ibi cõcluditur affirmatiue: ergo in secũda figura non semp concluditur negatiue. Quinto sic: in cesare ꝛ camestres sũt eedẽ premisse. s. vniuersalis affirmatiua ꝛ vlis negatiua: sed modi distinguunt ex parte premissarũ: ideo illi modi nõ sunt distincti ꝛ sic nõ sunt quattuor modi secũde figure. Ad primũ istorũ dicitur q licet mediũ qd predicatur vtrobiq; sit pfecti' secundũ se illo qd subijcitur ꝛ predicatur tamẽ nõ est pfectius in ratione medij: iõ mediũ prime figure pfectius est q̃z mediũ secunde figure. Ad secundũ dicitur q licet in frisesmorũ in secũda figura maiore existente pticulari sequat' aliqd indirecte non tñ directe. Ad tertiũ dicit' q quecũq; sunt eadẽ vni tertio ꝛ simpliciter in actu inter se sunt eadẽ: sed illa q̃ sunt eadẽ solũ vni tertio superiori ꝛ in potẽtia nõ sunt eadẽ inter se ꝛ arguẽdo ex puris affirmatiuis in secũda figura denotantur aliqua solum esse eadẽ cũ suo superiori in quo conueniũt in potentia tm̃. Ad q̃rtũ dicitur q ibi sequit' aliqd gratia materie eo q medium est vnũ singulare singulariter terminatũ ibi nõ sequitur aliquid formaliter: ꝛ p sillogismũ perfectũ. ibi eni est sillogismus expositori' qui bene valet in secũda figura affirmatiue. Ad quintũ dicitur q licet in cesare ꝛ camestres materialiter sint eedem premisse non tamen sunt eodem mõ disposite ꝛ modi distinguũtur ex p̃te ratio-

nis dispositionis formalis suarū premissarū: ideo illi modi specie ab inuicem distinguuntur.

¶ Cesare Primus constat ex vniuersali negatiua ⁊ vniuersali affirmatiua: vniuersalem negatiuam concludentibus: ut nullus lapis est animal: omnis homo est animal: ergo nullus homo est lapis. et reducitur ad secundū prime maiori cōuersa simpliciter. ¶ Camestres Secundus cōstat ex vniuersali affirmatiua ⁊ vniuersali negatiua: vniuersalem negatiuam concludētibꝰ ut omnis homo est animal: nullus lapis est animal: ergo nullus lapis est hō. ⁊ reducitur ad secundū prime minore cōclusione conuersa simpliciter ⁊ ꝑ trāspositionē. ¶ Festino Tertius constat ex vniuersali negatiua ⁊ ꝑticulari affirmatiua: ꝑticularem negatiuā cōcludentibꝰ: ut nullꝰ lapis est animal: quidā homo ē aīal ergo quidā hō nō est lapis: ⁊ reducit̄ ad quartum prime maiore conuersa simpliciter.

¶ Baroco Quartus constat ex vniuersali affirmatiua ⁊ ꝑticulari negatiua: ꝑticularē negatiuā concludentibus: ut oīs hō ē animal: quidaꝫ lapis nō est animal: ergo quidaꝫ lapis nō est homo: ⁊ reducitur ad primū prime ꝑ impossibile. Reducere autē ꝑ impossibile est ex opposito conclusionis ⁊ altera p̄missarū inferre oppositū alterius p̄misse. Sumatur enim oppositum conclusionis hic. s. oīs lapis est hō: cū maiori huius quarti: ⁊ sillogizabitur in primo prime sic: omnis hō est animal: omnis lapis est hō: ergo omnis lapis ē animal. Ista conclusio opponitur minori quarti ⁊ hoc est probare per impossibile vnde talis versus assignatur. Seruat maiorē variatqꝫ secunda minorē. Tertia minorem seruat variatqꝫ maiorem.

Postq̄ȝ auctor ostēdit supius q̄ est scd̄a figura ⁊ q̄ sunt regule eiꝰ ⁊ enumerauit suos modos in cōi. Hic ꝯñter determinat de ipsis in speciali: ⁊ p̄mo de vniuersalibꝰ q̄ȝ de ꝑticularibꝰ: ⁊ inter vles adhuc p̄mo determinat de cesare dicēs q̄ cesare p̄mus modus ꝯstat ex vl̄i negatiua maiori: vl̄i affirmatiua minori: vniuersalē negatiuā cōcludentibꝰ: ⁊ reducitur ad p̄m modum p̄me figure maiore de cesare ꝯuersa simpliciter ꝑ quā reductionē sic ꝓbatur ꝯñtia eius: qꝛ ꝯuersa maiore de cesare ad p̄missas sequunt̄ p̄misse de celarēt: ⁊ ad p̄missas de celarēt sequit̄ vl̄is negatiua: ergo illa eadē sequitur ad premissas de cesare: qꝛ quicq̄d sequitur ad consequēs bone cōsequentie sequitur ad antecedens eius. Sed ꝑ impossibile reducitur cesare ad celarent capiendo oppositū cōtrariū conclusionis cū maiore inferendo cōtrariū minoris: vel reducitur cesare ad ferio capiēdo contradictoriū cōclusionis cū maiore inferendo contradictorium minoris.

Primo sciendū q̄ camestres secūdus modus secūde figure cōstat ex vniuersali affirmatiua maiore: vl̄i negatiua minori vlēm negatiuā cōcludentibus. ⁊ reducitur ad celarent minore ⁊ cōclusione cōuersis simpliciter ⁊ per transpositionē premissarū: ⁊ per hoc eodē modo ꝓbatur sicut cōsequētia primi modi. Et reducitur ad darij ꝑ impossibile capiendo oppositū contradictoriū cōclusionis cum maiore inferēdo contradictoriū sue minoris. Et etiā ꝑ impossibile capiēdo cōtrariū cōclusionis cū maiore pōt inferre cōtrariū sue minoris in barbara ad quā cōtrariā iterum sequitur cōtradictoria minoris: ut arguēdo sic in camestres: omnis homo est animal: nullus lapis est animal: ergo nullus lapis est hō ⁊ sic in barbara: omnis homo ē animal: omnis lapis est hō ergo omnis lapis est animal. q̄ est contraria prime minoris ad quā sequitur quidā lapis est animal. Secūdo sciendū q̄ festino tertius modus constat ex vniuersali negatiua maiori: particulari affirmatiua minore ꝑticularē negatiuā cōcludentibus: ⁊ reducitur ad ferio maiore cōuersa simplicit̄. vñ reducēdo modos secūde figure ad primā ꝑ conuersionē oportet illam premissam cōuerti q̄ sit maior in p̄ma figura ⁊ non requiritur de minore. Et rō est: qꝛ in secunda figura mediū semꝑ p̄dicatur ideo ad hoc q̄ subijciatur in illa q̄ fit maior in prima figura oportet illā p̄missam cōuerti: ⁊ alia nō debet cōuerti sed debet remanere ut mediū predicet̄ in minore. Sed ꝑ impossibile reducitur ad celarent capiendo cōtradictoriū cōclusionis de festino cū maiore eius inferendo oppositū contradictoriū sue minoris in celarent. Tertio sciendū q̄ baroco quartus modus cōstat ex vl̄i affirmatiua maiori: ꝑticulari negatiua minore: ꝑticularē negatiuā concludentibus: ⁊ nō reducitur ad aliquē modū p̄me figure ꝑ cōuersionem: quia vel hoc esset cōuertēdo maiorē que solū cōuertitur ꝑ accidēs in particularē: ⁊ tūc ambe p̄misse essent ꝑticulares. vel cōuertēdo minorē vel conclusionē eiꝰ: ⁊ hoc nō qꝛ sunt ꝑticulares negatiue modo ꝑticularis negatiua nō cōuertitur in terminis sed ꝑ contrapositionē tm̄ q̄ cōuersio nō valet ad reductionē sillogismorū: quia ibi non manēt idem termini simpliciter ideo baroco nō pōt probari ꝑ cōuersionem. Sed ꝓbatur ꝑ impossibile capiendo cōtradictoriū sue cōclusionis cū maiore inferendo contradictoriū minoris in barbara: ⁊ sic reducitur ad ipsuꝫ ꝑ impossibile. Quarto sciendū q̄ reducere vnū modū ad alium ꝑ impossibile est ex opposito cōclusionis cū vna p̄missaruꝫ inferre oppositū alterius premisse. ꝑ quā reductionem ostēditur bonitas consequentie sillogismi prius facti: per hoc q̄ ex opposito cōsequētis eius infertur oppositū sui antecedētis. ⁊ ad reducendū ꝑ impossibile modos secūde figure ad p̄mā oportet capere oppositū cōclusionis cū maiore eo q̄ idē subijcitur in maiore ⁊ predicatur in cōclusione ⁊ etiā in opposito cōclusionis: qꝛ opposita sunt eiusdē subiecti ⁊ eiusdē predicati: ⁊ illud quod subijcit̄ in maiore ⁊ p̄dicatur in opposito cōclusionis est maior extremitas: que fit mediū p̄me figure: ⁊ ꝑ hoc habetur dispositio prime figure: qua habita oportet videre quales ⁊ quāte sunt maior p̄missa ⁊ oppositū conclusionis ad sciendū ad quē modū prime figure fit reductio. ⁊ si velimus reducere modos secūde figure ad tertiā ꝑ impossibile oporteret capere oppositū cōclusionis cū minore: qꝛ idem subijcitur in vtraqꝫ: ⁊ minor debet poni loco maioris eo q̄ in ipsa maior extremitas p̄dicatur. s. illud q̄d erat mediū in secūda figura: ⁊ debet inferri oppositū maioris. vnde versus. Seruat maiorem variat que secūda minorem. Tertia maiorē variat seruando minorem. Et habita tali dispositione figure ad sciendum ad quem modum fit reductio oportet videre quomodo disponuntur in qualitate ⁊ quantitate minor ⁊ oppositū conclusionis: ⁊ per hoc possunt reduci omnes modi secunde figure ad modos tertie: et probari per ipsos: si quis cōcedat modos tertie figure ⁊ nō modos secūde: ⁊ per hoc patent quattuor modi secūde figure. Sed contra p̄dicta argu̾t̄ primo sic: qꝛ nō sequit̄ nullum dextrū ē sinistrum: cuiuslibꝫ hominis oculus ē sinister

ergo nulli⁹ hominis oculus ē dexter. quia antecedens pōt esse verū consequēte existente falso: ⁊ tamē ibi arguitur in cesare: ergo in ipso nō est bona consequētia. Secūdo sic: non sequitur omne corruptum vel mortuū ē non ens: nullus homo ē non ens: ergo nullus hō ē corruptus vel mortuus: ⁊ tamen ibi arguitur in camestres: ergo in ipso nō ē formalis consequētia. Tertio sic: in camestres mediū nō distribuitur in maiore: quia est predicatū ꝓpositionis affirmatiue: ⁊ tamen distribuitur in minore: ergo ibi arguit̃ a non distributo ad distributū ⁊ per cōsequens nō est bona consequentia. Quarto sic: nō sequitur nullū animal dū dormit vigilat: quidam hō vigilat: ergo quidam homo nō est animal: ⁊ tamen ibi arguitur in festino: ergo. Quinto sic: non sequitur omnis homo currit: adam nō currit: ergo adam nō est homo: ⁊ tamen ibi arguitur in baroco: ergo in ipso nō est formalis cōsequentia. Ad primū dicit̃ q̄ in isto sillogismo oculus nō distribuitur in minori: ⁊ tamē distribuitur in conclusione ꝑ illā regulā q̄ distributio affirmatiua in obliquo nō distribuit terminum in recto sequentē. Sꝫ distributio negatiua in obliquo bene distribuit rectū sequentē ipsam. ideo dicendo nulli⁹ hoīs oculus est dexter: ibi distribuitur oculus ⁊ sic arguitur a nō distributo ad distributū: sed deberet sic cōcludi: ergo cuiuslibet hominis oculus non est dexter: quia oculus ibi non distribuitur.

Ad secundū dicitur q̄ ibi arguitur a minus amplo ad magis amplum cum distributiōe magis ampli ex parte hominis qui in minore solum stat pro presentibus ⁊ in ꝯclusione distribuitur pro presentibus ⁊ preteritis ad quos ampliatur ꝑ preteritū particip̄n. Ad tertiū dicitur q̄ in illo sillogismo nō arguit̃ ad mediū inferendo ipsum de aliquo vel aliquid de ipso: quia non ponitur in conclusione sed solū arguitur ad extremitates: ideo q̄uis distribuatur in secūda premissa ⁊ nō in prima nō propter hoc arguitur a nō distributo ad distributū. Ad quartū dicitur q̄ illa nullū animal dum dormit vigilat potest esse temporalis: ⁊ sic ē vera sed tunc ex ipsa nō fit sillogismus cathegoricus. vł potest esse cathegorica: ⁊ hoc est dupliciter quia vel illa determinatio dum dormit fertur ad subiectum ⁊ tunc ibi bene arguitur: sed sicut conclusio est falsa ita ⁊ maior: quia sensus est de quocūqꝫ verum ē dicere q̄ est animal dum dormit: verū est dicere q̄ non vigilat ⁊ hoc est falsum. vel potest ferri ad predicatum ⁊ sic maior est vera: sed male sumitur minor: sꝫ sic debet accipi: quidaꝫ homo vigilat dum dormit. quia illa determinatio dum dormit ponebatur ad medium in maiore premissa ⁊ sic minor erit falsa sicut conclusio. Ad q̄ntum dicitur q̄ homo in maiori solum distribuitur pro presentibus ad quos restringitur per hoc verbum currit et in conclusione distribuitur tam pro presentibus q̄ꝫ non p̄sentibus ideo ibi nō bene arguitur.

¶ Sequitur de tertia figura. Est autem tertia figura in qua idē subijcitur in vtraqꝫ. Cuius tales dantur regule. In tertia figura minori existente negatiua nihil sequitur. In tertia figura non concluditur nisi particulariter. Tertia vero figura sex habet modos.

Postq̄ꝫ auctor determinauit de duobus figuris. s. de prima ⁊ secunda. Hic consequenter determinat de tertia propter causam prius dictā; ⁊ est tertia figura ordinatio trium terminorū in qua mediū subijcitur vtriqꝫ extremorū: ⁊ in tali ordinatione mediū est ꝓmus terminus positione eo q̄ subijcitur vtriqꝫ extremitati ⁊ secundū rationē subiectū est posterius predicato: sed minor extremitas est mediū positione: quia ponitur supra mediū tū de ipso predicetur in minore: ⁊ sub maiori extremitate cum subijciatur in conclusione. Maior vero extremitas est primus terminus positiōe: quia ponitur supra mediū cum predicatur in maiori ⁊ supra minorē extremitatē cum predicatur in conclusione ⁊ per hoc patet qualiter ordinantur termini in tertia figura. Primo sciendū q̄ pro sillogismis tertie figure ponūtur due regule quarū prima est q̄ in tertia figura minore existente negatiua nihil sequitur. Cuius ratio est: quia si minor esset negatiua oporteret maiorē eē affirmatiuā quia ex puris negatiuis nihil sequitur ⁊ conclusionē esse negatiuā: quia si aliq̄ premissarū fuerit negatiua cōclusio erit negatiua: ergo maior extremitas non distribueretur in maiore cum esset predicatū propositionis affirmatiue ⁊ tamen distribueretur in conclusione cum esset predicatum propositionis negatiue: ergo ibi argueretur a non distributo ad distributū q̄re antecedens potest esse verum consequente existente falso. Et etiā ibi essent reperibiles termini in quib⁹ omni ut animal homo equus arguendo sic: omnis homo est animal: nullus homo est equus cum quibus stat ista de omni omnis equ⁹ est animal. Et etiā termini in quib⁹ nulli ut animal homo lapis. sic arguendo: omnis hō est animal: nullus homo est lapis. cū istis premissis stat ista de nullo: nullus lapis est animal: ergo ista combinatio in qua ponitur minor negatiua in tertia figura est inutilis. ⁊ hec est generalis probatio ad ostendendum combinationes inutiles nihil concludere.

Secundo sciēdū q̄ termini in quibus omni dicūtur tres termini ex quibus in aliqua combinatione fiunt due p̄missę cum quibus stat in veritate vna vniuersalis affirmatiua composita ex extremitatibus illarū premissarū. Sed termini in quibus nulli sunt tres termini ex quibus in aliqua cōbinatione disponuntur due premisse vere cum quibus stat in veritate vna vniuersalis negatiua composita ex extremis illarū premissarū sicut patet in repertione iam facta terminorū in quibus omni ⁊ in quibus nulli. ⁊ ad faciliter reperiendū eos ad quālibet combinationē inutilem ponuntur tres regule. Prima est q̄ accipiendi sunt duo termini disperati cum suo superiori: ut due species cum suo genere: ut homo asinus animal. Secunda regula est q̄ accipiendi sunt duo termini de se ad inuicem verificabiles siue cōuertibiliter siue nō cū extraneo ad vtrumqꝫ: ut homo risibile lapis. vel homo animal lapis. Tertia regula est q̄ accipiendi sūt duo termini de se inuicē verificabiles siue cōuertibiliter siue nō: cum superiore ad vtrūqꝫ ut homo risibile substantia: vł homo animal substantia: ⁊ per has tres regulas cuicūqꝫ ꝑdicamento applicentur faciliter reperientur termini in q̄bus omni ⁊ in quibus nulli ad quālibet combinationē inutilē.

Tertio sciendū q̄ combinatio in qua simul reperiuntur termini in quibus omni ⁊ in quibus nulli nō infert formaliter aliquā conclusionem. quod sic probatur: quia si dicat̃ q̄ in tali cōbinatione sequitur aliqua conclusio formaliter utputa vniuersalis affirmatiua in terminis in quibus omni arguitur sic. Quicquid sequit̃ formaliter in aliq̄ dispositiōe semper sequitur in omnib⁹ terminis: ergo si sequitur in tali combinatione vniuersalis affirmatiua conclusio per aduersariū: tunc illa sequitur in omnibus alijs terminis in tali dispositione: ergo illa sequitur acceptis terminis in quibus nulli: ⁊ vltra in illa cōbinatione antecedens est verum ergo consequens est verū: quia ex vero nō seq̄tur nisi verū: ergo in terminis in quib⁹ nulli vniuersalis affirmatiua cōclusio stabit in veritate cum duab⁹ premissis: ⁊ etiā vniuersalis negatiua de nullo facta ex eisdem terminis: et ille due erunt contrarie: ergo due contrarie ex quibus sequunt̃ due contradictorie stabunt simul in veritate quod est impossibile. Et sic duceretur aliquis ad contradictoria: qui diceret combinationē valere in qua reperiuntur simul termini in quibus omni ⁊ in quibus nulli. Quarto sciendum q̄ secunda regula est q̄ in tertia figura nō concluditur nisi particulariter: cuius ratio est: quia si ibi concluderetur vniuersaliter argueretur a nō distributo ad distributū ex parte minoris extremitatis que nunq̄ꝫ distribueretur in minore premissa cū sit predicatū propositionis affirmatiue: quia oportet semper minorē eē affirmatiuā ut dictū est ⁊ tamē distribueretur in conclusiōe cum esset subiectū propositionis vniuersalis. Item superiora vniuntur in inferiori ꝑticulariter tantū ⁊ nō vniuersaliter: sed mediū tertie figure est inferius ad ambas extremitates: ergo extremitates per ipsum solum

vniuntur particulariter ꝛ ex tali medio non potest cōcludi vniuersaliter. Sed contra predicta arguitur primo sic: frustra fit per plura qđ pōt fieri ꝑ pauciora: sed quelibet cōclusio sufficiēter cōcludi pōt per primā ꝛ scđam figuras: ergo tertia figura supflua ꝛ nō est ponēda. Secūdo sic: omne mediū alicuius sillogismi est vnitiuū extremitatū ei⁹ sed illud qđ subijcitur vtriq; extremoꝝ nō est vnitiuū respectu ipsoꝝ: qꝛ se habet ꝑ modū materie ꝛ materia nō est vnitiua sed vnitur ꝑ formā ergo male dicitur qꝛ mediū tertie figure subijcitur vtriq; extremoꝝ. Tertio sic: oēs ꝑmisse inferētes aliquā conclusionē transposite adhuc inferūt illā conclusionē: ergo ꝑmisse de felapton tranposite inferre pñt ꝑticularem negatiuā: ergo minore existente negatiua in tertia figura aliqđ sequitur. Quarto sic: bene sequitur omne rationale currit: oē rationale est homo: ergo ois homo currit: qꝛ ex opposito cōsequentis seqtur oppositū antecedētis: ergo in tertia figura pōt concludi vniuersaliter. Quinto sic: in omni modo sillgismi potest esse vniuersalis affirmatiua conclusio ꝛ vniuersalis negatiua: ergo in omni modo sunt reꝑibiles termini in quibus omni ꝛ in qbus nulli: ꝛ tñ nō est cōbinatio inutilis: ergo nō ois cōbinatio in qua possunt reperiri tales termini est inutilis. Ad primū dicitur qꝛ licet qlibet cōclusio in specie posset sufficienter concludi in prima figura ꝛ secunda: nō tñ omnib⁹ modis qb⁹ quelibet cōclusio cōcludi potest: ideo ille figure sufficiūt qꝫtū ad numerū cōclusionū sed nō quātū ad numerū modorū concludendi. Ad secūdū dicitur qꝛ licet inferius in co qđ subijcitur extremis habeat modū materie non tamē inquātū vnit ꝛ ꝯtinet sua supiora in se actualiter: sed se habet ꝑ modū totius respectu ipsoꝝ ꝛ sic ꝑ modum forme ꝛ hoc mō bene est vnitiuū suoꝝ extremoꝝ que sunt supiora ipsius licet ꝑticulariter tñ. Ad tertiū dicitur qꝛ licet ꝑmisse de felaptō trāposite inferant ꝑticularē negatiuā cōclusionē indirecte: nō tamē directe ꝛ hoc mō intelligitur illa maior qꝛ oēs ꝑmisse inferentes aliquā cōclusionē qñ transponuntur inferunt eandē indirecte. Ad quartū dicitur qꝛ licet ibi sequatur cōclusio vniuersalis grā materie nō tamē formaliter: qꝛ nō tenet in omnibus terminis consimili forma arguendi retenta. Ad quintū dicitur qꝛ licet in quolibet modo ex extremis sillogismi facti possit fieri vlis affirmatiua ꝛ vniuersalis negatiua tñ ille nō stabūt simul in veritate cū ꝑmissis compositis ex eisdem terminis: ꝛ hoc reqritur ad terminos in quibus omni ꝛ in quibus nulli.

¶ Darapti Primus constat ex duabus vniuersalibus affirmatiuis: particularem affirmatiuā concludentibus: ut ois hō est substantia: ois homo ē animal ergo quoddam aial est substantia: ꝛ reducitur ad tertium prime minori conuersa per accidens

¶ Felapton Secūdus constat ex vniuersali negatiua ꝛ vniuersali affirmatiua: ꝑticularē negatiuā concludētibus: ut nullus homo ē lapis: omnis hō est animal: ergo quoddam animal non est lapis: ꝛ reducit ad quartum prime minori cōuersa per accidens.

Postqꝫ auctor ostendit q̄ est tertia figura ꝛ posuit regulas eius. hic cōsequēter determinat de modis ipsi⁹ ꝛ anteqꝫ in speciali de ipsis determinet enumerat eos in generali dicēs qꝛ tertia figura sex habet mōs. s. darapti: felapton: disamis: datisi: bocardo: ferison quoꝝ sic habetur sufficientia: quia omnis modus tertie figure est ordinatio duarū ꝑmissaꝝ in quibus mediū semꝑ subijcitur vel ergo ambe premisse sunt vniuersales vel ambe ꝑticulares. vł maior vniuersalis ꝛ minor ꝑticularis: vel ecōtra. Si ambe sint vniuersales hoc est quadruplicter: vel ambe sunt affirmatiue ꝛ sic est darapti. vel ambe negatiue ꝛ sic nihil sequitur. vel maior est affirmatiua ꝛ minor negatiua ꝛ sic iteꝝ nihil sequitur ꝑpter primā regulā huius figure: vel ecōtra maior est negatiua ꝛ minor affirmatiua ꝛ sic est felapton. Sed si ambe sint ꝑticulares hoc potest esse quadruplicter: ꝛ quocūq; modo disponantur nihil seqtur. Si vero maior sit vniuersalis ꝛ minor particularis hoc est quadruplicter: vel ambe sunt affirmatiue ꝛ tūc est datisi. vel ambe negatiue ꝛ tūc nihil seqtur. vel maior affirmatiua ꝛ minor negatiua ꝛ iteꝝ nihil seqtur. vł ecōtra maior negatiua ꝛ minor affirmatiua ꝛ sic est ferisō. Si vero maior sit ꝑticularis ꝛ minor vniuersalis hoc est q̄druplicter: qꝛ vel ambe sunt affirmatiue ꝛ sic est disamis vł ambe negatiue ꝛ sic nihil seqtur: vł maior affirmatiua ꝛ minor negatiua: ꝛ sic iteꝝ nihil sequitur. vel econtra maior negatiua ꝛ minor affirmatiua ꝛ sic est bocardo. ꝛ sic in tertia figura sunt sexdecim cōbinationes quarū decem sunt inutiles ꝛ sex vtiles ꝛ ꝑ cōsequens tñ sunt sex modi eius. Primo sciendū qꝛ darapti ꝑmus modus constat ex duabus vniuersalibus affirmatiuis: particularē affirmatiuā concludentibus. ꝛ pōt iste mod⁹ tripliciter ꝓbari. s. ꝑ conuersionē: per impossibile: ꝛ ꝑ sillogismū expositoriū. vnde ꝑ conuersionē ꝓbatur ipsum reducēdo ad darij qꝛ minore de darapti conuersa ꝑ accidēs ad ꝑmissas ei⁹ sequunt̄ premisse de darij: et ad illas ꝑmissas sequit̄ conclusio ꝑticularis affirmatiua: ergo eadē seqtur ad ꝑmissas de darapti. ꝛ ꝑ impossibile ꝓbatur reducēdo ipsum ad celarēt capiēdo cōtradictoriū cōclusionis eius ꝓ maiore. ꝛ minorē loco minoris: inferēdo ꝯtrarium maioris in celarent ꝛ ex consequēti contradictorium. potest etiā reduci ad cesare capiēdo contradictoriū sue ꝯclusionis ꝓ maiore ꝛ maiorē ꝓ minore inferēdo cōtrariū minoris. Sed ꝑ sillogismū expositoriū sic ꝓbatur: qꝛ si iste premisse sunt vere: omnis hō est animal: ois hō est risibilis: de aliquo singulari homine verificabunt̄ aial ꝛ risibile: signet̄ ergo illud singulare ꝛ sit sortes. Tunc argui̅t sic expositorie sortes est aial sortes est risibilis: ergo quoddā risibile ē aial. Iste premisse singulares sequūtur ad ꝑmissas de darapti: et ad istas premissas singulares sequitur ꝑticularis affirmatiua conclusio: ergo eadē sequitur in darapti: qꝛ quicqd sequitur ad ꝯñs bone cōsequentie sequitur ad antecedens eius.

Secundo sciendū est qꝛ sillogismus expositorius est cui⁹ mediū est singulare singulariter tentū: ꝛ de ipso nō determinat auctor: qꝛ talis deductio est secundū sensum manifesta: ꝛ valet sillogismus expositorius affirmatiuus in qualibet figura: sed negatiuus nō valet in secūda figura: qꝛ vel maior esset affirmatiua vel minor: ꝛ vtroq; modo conclusio esset negatiua: ꝛ sic cum maior esset particularis semꝑ argueret̄ a nō distributo ad distributū ex parte maioris extremitatis que non distribueretur in maiore ꝛ tamē distribueretur in conclusione ut dicendo sic: quoddā animal nō est sortes: qdam homo est sortes: ergo quidā homo nō est animal. sꝫ talis sillogismus negatiu⁹ valet in prima figura ꝛ in tertia posita maiore negatiua ꝛ minore affirmatiua: ut posset videri per exempla: sed nō valet econtra posita minore negatiua: quia tunc argueretur a nō distributo ad distributū ex parte maioris extremi. Tertio sciendū qꝛ felapton secundus modus constat ex maiori vniuersali negatiua. ꝛ minori vniuersali affirmatiua: particularē negatiuam concludentib⁹: ꝛ reducitur ad ferio minore cōuersa per accidens: ꝛ per hoc potest probari consequētia eius sicut probata fuit in primo modo. ꝛ per impossibile reducitur ad barbara capiendo cōtradictoriū sue conclusionis pro maiore seruando minorē ꝛ inferendo oppositū contrariū maioris: ꝛ ex consequenti cōtradictorium. potest etiam reduci ad camestres in secūda figura capiendo contradictorium conclusionis pro maiore ꝛ maiorem pro minore inferendo oppositum contrarium minoris ꝛ ex consequenti contradictoriū. potest etiā probari iste sillogismus ꝑ sillogismū expositoriū capiendo vnum singulare sub medio eius de quo negetur maior extremitas: et affirmetur minor: ꝛ deinde inferatur particularis negatiua conclusio sicut factū est in darapti de ꝑticulari affirmatiua.

Quarto sciēdū qꝛ reducēdo modos tertie figure ad mo

dos pime p conuersionē oportet illam premissā cōuerti q̄ sit minor in prima figura: et nō debet conuerti illa q̄ sit maior. Cuius rō est: qr in tertia figura semp mediū subycitur: ergo ad hoc q̄ idem mediū subyciatur in maiori premissa pme figure illa pmissa nō debet cōuerti. sed ad hoc q̄ pdicetur in minori oportet q̄ illa cōuertat̄: nō est tñ intelligēdū q̄ semp illa q̄ est minor in tertia figura conuertat̄: qr in disamis nō cōuertitur minor sed maior. sed intelligendū ē de illa q̄ sit minor in sillogismo prime figure: et p hoc patent illi duo modi vl̄es tertie figure. Sed cōtra predicta pmo arguitur sic: in secūda figura sunt tm̄ quattuor modi: sz tertia figura ē impfectior secūda ergo nō habet plures modos q̄z secūda: ergo male ponūtur sex modi eius. Secūdo sic: nō seqtur in darapti: omnis hō est albus: omnis hō inquātū homo est risibilis: ergo quoddā risibile inquantū homo est album: ergo in darapti non est bona ↄ̄sa. Tertio sic: modi pfectiores nō reducūtur ad modos imperfectiores sz oēs modi vl̄es sunt pfectiores pticularibus: ergo darapti ē pfectior q̄z darij et p cōsequens nō reducitur. Quarto sic nō seqtur nullus hō est genus: oīs homo ē animal: ergo animal nō est genus. et tñ arguitur in felapton: ergo. Quinto sic: datisi et disamis reducūtur ad darij: et felaptō ad ferio ergo illi modi debēt pcedere felapton et p cōsequēs felaptō male ponitur secūdus modus. Ad primū dicitur q̄ licz tertia figura habeat plures modos q̄z secūda: nō tñ ppter hoc est pfectior scd̄a: qr vna figura non dicitur pfectior alia ppter maiorē pluralitatē modoꝝ eius: sed qr habet pfectiorē modū concludēdi. vnde qr tertia figura habet impfectiorē modū concludēdi: ideo potest pluribus modis cōcludere q̄z secūda: qr pluribus modis pōt fieri impfectū q̄z pfectū. Ad secundū dicit̄ q̄ ibi male cōcluditur: qr illa reduplicatio nō debet poni in conclusione sic q̄ ferat̄ ad predicatū vel copulā: qr in premissis nō ferebat̄ ad maiorē extremitatē sed debet relinqui vel solū poni tū implicatiōe ad subiectū cōclusionis ut dicendo ergo aliqd̄ qd̄ est risibile inquācū est hō est albū. Ad tertiū dicitur q̄ licet modi vniuersales sint pfectiores pticularibus in eadē figura et inter directe cōcludētes nō tñ semp in diuersis figuris: ideo darapti nō est pfectior modus q̄z darij rōne figure. Ad quartū dicitur q̄ animal nō tenetur ibi eodē mōm in minore et cōclusione: qr in minore tenetur p natura accepta cōcretiue p respectū ad supposita. in cōclusione vero p natura fm se acceptā cū pcisione suppositoꝝ puesibi attribuit̄ hec scd̄a intētio genus. Ad quintū dicitur q̄ isti modi nō ordinant̄ fm ordinē modoꝝ pme figure ad quos reducunt̄: sed ordinantur inter se penes vniuersale et pticulare affirmatiuū et negatiuū sicut darapti et felaptō: qr sunt modi vniuersales pcedūt quattuor sequētes qui sunt modi particulares.

¶ Disamis Tertius cōstat ex particulari affirmatiua et vniuersali affirmatiua pticularem affirmatiuam concludentibꝰ ut quidam homo est substātia: omnis homo est animal: ergo quoddam animal est substātia. et reducitur ad tertium prime minori et conclusione conuersis simpliciter et p trāspositionē. ¶ Datisi Quartus modꝰ constat ex vniuersali affirmatiua et particulari affirmatiua: particularē affirmatiuam concludentibus: ut omnis hō est substantia quidā homo est animal: ergo qḋdam animal est substantia: et reducitur ad tertiū prime minori conuersa simpliciter. ¶ Bocardo. Quintus constat ex pticulari negatiua et vniuersali affirmatiua: particularē negatiuā concludentibus: ut quidam homo nō est lapis: omnis homo est animal: ergo quoddā animal nō est lapis et reducitur ad primū prime per impossibile. Sumatur. n. oppositum conclusiōis cū altera premissarū et inferat̄ oppositū alterius: ut omne animal est lapis: omnis homo est animal: ergo omnis homo ē lapis. Hec conclusio in primo prime facta contradicit maiori quinti modi scilicet tertie figure. ¶ Ferison Sextꝰ cōstat ex vniuersali negatiua et pticulari affirmatiua: particularem negatiuam concludentibus ut nullus homo est lapis: quidam homo est animal: ergo quoddam animal nō est lapis: et reducitur ad quartū prime minori conuersa simpliciter.

Postq̄z determinatū est de modis vl̄ibus tertie figure. hic cōsequenter determinat auctor de modis pticularibus eius: et primo de modis affirmatiuis: secūdo de negatiuis: et inter affirmatiuos primo determinat de disamis dicēs q̄ disamis tertius modus constat ex maiore pticulari affirmatiua: et minore vl̄i affirmatiua pticularē affirmatiuā cōcludētibus ut patet in exemplo textus: et reducitur ad darij p conuersionē simplicē maioris et cōclusiōis et p transpositionem premissarū: et p hoc pbatur bonitas cōsequentie eius. Secūdo pbatur cōsequētia huius sillogismi p sillogismū expositoriū: qr istis premissis quidā homo est substātia: oīs homo est animal: seqtur q̄ de aliquo singulari homine verificabuntur substantia et animal. Tunc signet̄ illud singulare et sit sor. et arguit̄ sic: sortes est substātia sortes est animal ergo quoddā animal ē substātia. premisse huius sillogismi expositorij sequūtur ad premissas de disamis: et ad istas premissas sequit̄ pticularis affirmatiua cōclusio: ergo eadē seqtur ad premissas de disamis. Tertio pōt probari p impossibile et reducitur ad celarent capiēdo oppositū cōclusiōis cū minore inferēdo contradictoriū maioris. et in secūda figura reducitur ad festino accipiendo oppositū cōtradictoriū conclusionis de disamis cū maiore posita loco minoris inferendo contradictoriū sue minoris. Primo sciendū est q̄ reducendo modos tertie figure ad primā p impossibile semp oportet accipere oppositū conclusionis p maiore et minorē p minore prime figure inferendo oppositū maioris. Cuius ratio est: qr idē subijcitur in cōclusione sillogismi tertie figure et in opposito conclusionis: et predicatur in minore. s. minor extremitas: ideo capiēdo oppositū cōclusionis cū minore habetur dispositio prime figure: et valet ad inferendū oppositū maioris: ideo reducere p impossibile in tertia figura est ex opposito ↄclusiōis cū minore inferre oppositū maioris et acceptis illis ppositionibus ad videndū ad quē modū fit reductio oportet videre quō oppositū cōclusionis et minor ordinant̄ in debita q̄litate et quātitate. Sed ad reducendū modos tertie figure ad secūdā oportet capere oppositū conclusionis p maiore posita maiore loco minoris. Rō prima est: qr idē pdicatur in opposito conclusionis et in maiore in tertia figura: ideo acceptis illis ppōnibus habetur dispositio secūde figure: sed rō secūda est quare maior debet poni loco minoris: qr ad directe cōcludendū in scd̄a figura oportet q̄ idē subijciatur in cōclusione et in minore ppōne. s. minor extremitas: et in tertia figura idē subijcitur in maiore: et in opposito minoris: qd̄ debet inferri p cōclusione in secū-

da figura. Et ad sciendū ad quē modū sit reductio cognosci pōt ut prius dictū est. Secūdo sciendū ꝙ quart⁹ modus tertie figure.s.datisi ꝯstat ex vli affirmatiua maiore particulari affirmatiua minore ꝑticularē affirmatiuā cōcludētibus:⁊ pōt ꝓbari triplicter.s.per cōuersionē:per expositionē ⁊ per reductionē per impossibile. ꝓbādo ipsum per cōuersionē reducitur ad darij minore de datisi cōuersa simpliciter.⁊ per sillogismū expositoriū posset ꝓbari eodēmodo sicut ꝓcedēs capiēdo vnū singulare sub medio de quo verificentur ambe extremitates.sed per impossibile pōt probari reducēdo ipm ad ferio in prima figura capiendo oppositū cōclusionis cū minore inferēdo cōtradictoriū maioris:⁊ in secūda figura reducit᷑ ad cesare capiēdo contradictoriū sue cōclusionis ⁊ maiorē positā loco minoris inferēdo cōtradictoriū sue minoris. Tertio sciendū ꝙ bocardo quintus modus cōstat ex particulari negatiua maiori:⁊ vli affirmatiua minore:particularē negatiuā concludentib⁹:⁊ nō probatur per cōuersionē reducendo ipm ad aliquē modū ꝑme figure propter eandē rationē sicut prius dictū est de bocardo:sed potest probari per sillogismū expositoriū negatiuū capiendo vnū suppositū mediȷ: de quo negetur maior extremitas:⁊ verificetur minor:in qua dispositione sequet᷑ particularis negatiua conclusio. Et ipm probando per impossibile reducitur ad primū modō prime figure capiendo cōtradictoriū sue conclusionis cū minore inferendo contradictorium maioris ⁊ in secunda figura reducitur ad baroco capiendo contradictoriū sue conclusionis pro maiore ⁊ maiorē loco minoris inferendo contradictorium sue minoris.

Quarto sciendū ꝙ ferison sextus modus constat ex vli negatiua maiore:particulari affirmatiua minori:particularē negatiuā cōcludentibus. Et per cōuersionē redocit᷑ ad ferio sua minore cōuersa simpliciter.⁊ pōt probari per sillogismū expositoriū sicut ꝓcedentes modi:sed per impossibile reducit᷑ ad darij capiendo contradictoriū sue conclusionis cū minore inferēdo contradictoriū maioris:⁊ in secunda figura reducitur ad camestres capiēdo cōtradictoriū sue conclusionis pro maiore ⁊ minorē pro minore inferendo contradictoriū sue minoris:⁊ per hoc satis patent formatiōes ⁊ probationes modoꝝ tertie figure. Sed contra predicta arguitur primo sic:non sequit᷑ alicui homini inest sanitas: omni homini inest albedo: ergo quedā albedo est sanitas. vel cuidā albedini inest sanitas:⁊ tamen ibi arguitur in disamis: ergo in eo nō est bona cōsequētia. Secūdo sic:nō sequit᷑ a quodā homine videtur equus: ab oī hoīe videtur lapis:ergo a quodā lapide videtur equus:⁊ tn̄ ibi arguitur in disamis:ergo in ipso nō ē formalis consequentia. Tertio sic:non sequitur oīs hō est natus: aliquis hō est nascendus:ergo quoddā nascendū est natū:et tamen ibi arguitur in darisi:ergo. Quarto sic:nō sequit᷑ sortes nō ē minor sorte:totus sortes est minor sorte: ergo aliq̄d min⁹ sorte nō est minus sorte:⁊ tn̄ arguitur in bocardo: ergo ⁊c. Quinto arguitur sic:nō sequitur nullus hō est propriū: quidam hō est risibilis:ergo risibile nō est propriū: ⁊ tn̄ ibi arguitur in ferison:ergo ibi nō ē bona cōsequētia. Ad primū istorū dicitur ꝙ ibi nō bene arguitur in disamis: q2 male concluditur:sed sic debet cōcludi:alicui homini inest sanitas:oī hoī inest albedo: ergo alicui cui inest albedo inest sanitas.

Ad secundū dicit᷑ ꝙ ibi similiter nō bene cōcluditur sed debet sic concludi:ergo a quo videtur lapis videtur equus.

Ad tertiū dicit᷑ ꝙ ibi nō bene arguitur in datisi q2 ibi fit variatio mediȷ quātū ad supposita pro quibus tenet᷑:quia homo in maiore supponit pro presentib⁹ ⁊ preteritis tantū: ad quos restringit᷑ per illud preteritū natus: in minore vero supponit pro presentibus ⁊ futuris solū ad quos restringitur per illud futurū nascendus. Ad quartū dicitur ꝙ in illo sillogismo sortes in maiore supponit pro ipso sorte ꝑfecto:in minore vero supponit pro partib⁹ integralib⁹ eius ad quas restringitur per illud distributiuū totus:ideo mediū nō tenetur similiter in maiore et in minore:ideo non bene arguitur in bocardo. Ad quintum dicitur ꝙ risibile in predicato minoris illius sillogismi tenetur concretiue et per respectū ad suū subiectū in conclusione vero tenetur quādamodo abstractiue ⁊ secundū se: eo ꝙ subijcitur respectū huius intētiōis ꝓpriū: ideo nō est simpliciter idē ꝑdicatū minoris ⁊ subm̄ ꝯclusiōis. nec bene arguit᷑ in ferison: sꝫ ad bene arguendū sic oꝫ ꝯcludi:ergo aliq̄d risibile nō ē ꝓpriū.

Sillogismorū aūt concludentium ꝑticularē negatiuā indirecte: tales dantur regule. Nullus sillogismus cōcludēs ꝑticularē negatiuā indirecte pōt eam cōcludere directe:⁊ concludēs directe non pōt eā concludere indirecte. Itē prima figura cōcludit oīa genera propositionū.s. vniuersalē particularē negatiuā affirmatiuā. Secūda concludit vniuersalē ꝑticularē negatiuā. Tertia vero particularē affirmatiuā: ⁊ particularē negatiuā tm̄. vnde versus. Omne genus claudit ꝓbleumatis prima figura. Fitqꝫ negatiue cōclusio queqꝫ secunde. Tertia cōcludit tantūmodo particularē. De modis oīum figurarū isti sunt versus. Barbara celarēt darij ferio baraliptō. Celātes dabitis fapesmo frisesmorum. Cesare camestres festino baroco daraptim. Felaptō disamis datisi bocardo ferison. In his versibus sunt decē ⁊ nouē dictiones decē ⁊ nouē modos triū figurarū designātes: ita ꝙ per primā dictionē intelligit᷑ primus modus ꝑme figure. et per secūdū secūdus:⁊ sic de alijs. Unde primi duo versus ðseruiūt modis prime figure. Tertius vero versus ꝑter eius vltimā dictionē deseruit modis secūde figure: ita ꝙ prima dictio tertij versus deseruit primo modo scde ⁊ scda secūdo: ⁊ sic de alijs. Ultima vero dictio tertij versus cum alijs dictionib⁹ quarti versus deseruit modis tertie figure per ordinē. Sciendū ergo ꝙ ꝑ has quattuor vocales a e i o intelligunt᷑ quattuor genera propositionū. Per hāc vocalē a intelligitur vniuersalis affirmatiua. per e vniuersalis negatiua. per i ꝑticularis affirmatiua. per o ꝑticularis negatiua. In qualibet dictiōe sunt tres sillabe ⁊ si sit ibi aliq̄d residuū sup̄fluit: ut postea patebit: ⁊ per ꝑmā illarū triū sillabarū intelligitur maior ꝓpositio sillogismi ⁊ per scdam minor: per tertiam cōclusio. Verbi gr̄a ꝑma dictio.s.barbara habet tres sillabas in q̄rū q̄libet ponit᷑ a ⁊ per a ter posi

tum significatur q̄ p̄mus modus prime figure cōstat ex duabus vl̄ibus affirmatiuis vl̄em affirmatiuā cōcludētibus: et ita intelligitur de alijs dictiōibus scd̄m vocales ibi positas. Item sciendū q̄ prime quatuor dictiones primi versus incipiunt ab hijs cōsonātibus b c d f et omnes alie dictiones sequentes: et per hoc intelligendū est q̄ oēs modi significati per dictionē inchoantē a b reducūtur ad primū prime: et omnes modi significati per dictionē inchoantem a c ad secundū: per d ad tertiū et per f ad quartū. Itē vbicūqz ponitur s in his dictionibus significatur q̄ propositio intellecta per vocalem precedentē imediate debet cōuerti simpliciter: et per p significatur q̄ debet conuerti per accidēs propositio significata per vocalē positam ante p. Vbicūqz autē ponitur m significat̄ q̄ debet fieri trāspositio in premissis. Est autē trāspositio facere de maiori minorē et ecōuerso. Vbi ponitur c significatur q̄ modus intellectus per dictionē illā debet probari per impossibile preterq̄z si eēt in principio dictionis. vnde versus. S vult simplex verti p vero per acci. M vult transponi c per impossibile duci. Asserit a negat e sed vl'r ambe. Asserit i negat o sed particulariter ambe. Et q2 Aristoteles in prioribus ostendit coniugationes in quibus nō sequitur cōclusio ex premissis esse inutiles per inuentionē terminorū in quibus non tenet coniugatio: iō vtilis est inuentio taliū terminorū. Vbicumqz igitur fiat inutilis cōiugatio cōtra regulas sillogismorū prius assignatas querende sunt instantie accipiendo duas species cum suo genere ut homo asinus animal. vel duas species cum proprio alterius: ut hō asinus risibile: vel vnā speciez cum suo genere et suo proprio: ut animal hō risibile. Vel aliter accipiendi sunt duo termini ut. s. due spēs sub vno genere: ut hō asinus aīal: vl' duo termini alter de altero predicatur siue cōuertibiliter siue nō cū extraneo vtriusqz: ut hō risibile lapis vel hō aīal lapis aut etiā accidentis sunt duo termini quorū alter de altero predicet̄ siue cōuertibiliter siue nō cū superiori ad vtrūqz: ut hō risibile substātia: vl' hō aīal substātia. Per has enī tres dictas regulas cuicūqz generi applicent̄ siue substātie siue qualitati siue alicui aliorū semp̄ inueniant̄ termini p̄ quos inutilis cōiugatio videbit̄ nō tenere: et tales terminos Aristoteles appellat in prioribus terminos in quibus nō sequit̄ cōclusio. In his. n. iuenit̄ instātia: et est inuenire instātias accipere terminos in quib9 nō: est ex acceptis terminis facere cōiugationē in qua p̄misse sint vere et cōclusio falsa ꝓpositiōibus manētibus eiusdē q̄ntitatis et qualitatis in instātia in cōiūgatiōe inutili cōtra quā dat̄ instātia. Verbi grā hec est inutilis coniugatio: nullus hō est asin9: nullus lapis est hō: ergo nullus lapis est asinus: et isti sunt termini in quib9 sic cōtra cōiugationē hāc inutilē: et sic accipiuntur termini in q̄bus nō. Nullus asinus est hō: nullū risibile ē asinus: ergo nullū risibile est hō. Ecce premisse sunt vere et cōclusio falsa: et sic manifestat̄ virtus argumēti cū ōn̄dit̄ supra quā cōclusionē potest et supra quā nō pōt q̄ sit in argumentatione seruata in eadē qualitate et quantitate ꝓpōnū et manēte eadē figura i vtraqz cōiugatiōe inutili siue falso sillogismo.

Postq̄z auctor determinauit superi9 de oīb9 modis et figuris sillogismorū in spāli. Hic cōsequenter ad maiorē intellectū precedētiū ponit aliqua notabilia. Primo ponēs talē regulā de modis ꝑticularib9 negatiuis. q̄ nullus sillogismus cōcludēs ꝑticularē negatiuā directe pōt eā cōcludere indirecte: neqz ecōuerso cōcludēs eā indirecte pōt eā cōcludere directe. Cui9 rō est: q2 ꝑticularis negatiua nō pōt conuerti in terminis s3 solū per cōtrapositionē: in qua cōuersione non remanent simpl'r termini prime ꝓpōnis. S3 oēs sillogismi cōcludētes aliquā affirmatiuā vel negatiuā vl'em per cōuersionē sue cōclusiōis possunt inferre indirecte cōuertentem sue cōclusiōis: sicut declaratur in prima ꝓꝑtāte sillogismorū. Primo sciendū q̄ sex sunt ꝓꝑtātes sillogismorū q̄ sunt naturales ꝓprietates sillogismi. Prima ē posse plura cōcludere ut qn̄ sillogismus infert cōclusionē q̄ pōt cōuerti pōt inferre cōuertentē ei9 q̄ sequit̄ ad suā principalē cōclusionē: et si plures ꝓpōnes sequant̄ ad illā cōclusionē pōt vltra principalē cōclusionē inferre plures conclusiones. Scd̄a ꝓꝑtās est ex falso posse cōcludere verū: sed ex veris nō nisi verū: exemplū primi: ut oīs lapis ē aīal: oīs hō est lapis: ergo oīs hō est aīal. Tertia ꝓꝑtās est posse cōcludere circulariter aliquā premissarū q̄d fit capiēdo cōclusionē vnius sillogismi cōuersam cū vna premissarū ad inferendū alterā premissam. Quarta ē posse cōcludere cōuersiue capiēdo oppositū cōclusionis vnius sillogismi facti cū vna premissarū: ad inferendū oppositū alterius p̄misse. Quinta ꝓꝑtās est posse cōcludere per impossibile: q̄d fit capiēdo cōtradictoriū cōclusionis proba

de cū vna premissarū manifeste vera: ad inferēdū vnū manifeste falsum. ex cuius falsitate infert̄ falsitas cōtradictorie cōclusionis pbāde. Sexta ptās est posse cōcludere ex oppositis: ut qñ fit sillogismus ex duab⁹ premissis cōtrarijs vel cōtradictorijs: inferēs negationē eiusdē de se ipso: et de istis ad longū videtur in scdo prior. Scdo sciendū pro cōparatione figurarū inter se q̄ prima figura cōcludit oīa genera propositionū. s. vle particulare affirmatiuū et negatiuū: sic patet in q̄tuor modis directe cōcludētibus prime figure. Sed secūda figura solū cōcludit tria genera. s. vle pticulare et negatiuū et non cōcludit affirmatiuū propter causam predictā in secūda figura. Tertia figura etiā cōcludit tria genera tm̄: sz affirmatiuū et negatiuū et particulare: et non pōt cōcludere vle propter causam predictā in tertia figura. et qz perfectius est cōcludere vlem affirmatiuam q̄z vlem negatiuam: et iterū perfectius est cōcludere vlem negatiuā q̄z particularē affirmatiuā vel negatiuā ideo prima figura est perfectior secunda: et secūda perfectior tertia. Tertio sciēdū pro declaratione oīm modorū triū figurarū: q̄ triū figurarū sunt decē et nouē modi: nouē prime figure. quattuor secūde et sex tertie. quorū nominatio ordo et numerus in his versibus cōtinentur. Barbara celarent darij ferio baralipton. Celantes dabitis fapesmo frisesmorū. Cesare camestres festino baroco darapti. Felapton disamis datisi bocardo ferison. Et in qualibet dictione rōne sillogismi sunt tres sillabe: et si sint plures hoc solū est ad perfectionē metri. Et vocalis prime sillabe significat maiorē premissam qualitatem et quātitatē eius. et secūda vocalis significat minorē: tertia cōclusionē. Unde per a intelligitur vlis affirmatiua per e vniuersalis negatiua: per i particularis affirmatiua: per o particularis negatiua. Quarto sciendū q̄ predictorū modorū quattuor primi modi prime figure sunt perfectiores: et incipiunt per has quattuor cōsonantes b c d f q̄ in ipsis significant ordinē ipsorū. sz alij modi reducuntur ad istos quattuor: et iste consonātes in alijs modis significāt reductionē ipsorū: ita q̄ oēs modi incipiētes per b reducunt̄ ad barbara: per c ad celarent: per d ad darij: per f ad ferio. Itē in predictis dictiōibus cū ponit̄ s significatur q̄ propositio intellecta per vocalē precedentē debet cōuerti simpliciter in reductione talis sillogismi. Et per p designat̄ q̄ debet fieri cōuersio per accidēs. Et m designat trāspositionē premissarū et c significat reductionē per impossibile: nisi ponat̄ in principio dictionis: iuxta illos versus. Simpliciter verti vult s: p vero per acci. M vult trāsponi: c per impossibile duci. Reliquū textus videlicet. Et qz Aristo. &c. vsq3 ad finē tractat⁹ huius: qz per se satis clarus est: ideo nō indiget alia explanatione. Cōtra predicta primo arguīt sic. Celarēt potest cōcludere particularē negatiuā directe et indirecte: ergo male dicitur q̄ nullus sillogismus cōcludēs particularē negatiuā directe pōt eā cōcludere indirecte. Secundo sic: nulla pars est vlis cū vle et totū idē sint: sed quelibet cōclusio prime figure est ps respectu maioris premisse: ergo nulla ē vlis sed debet dici pticularis: et sic prima figura nō cōcludit vniuersalē. Tertio sic: extremitates in cōclusione vniuntur eo mō quo vniunt̄ in premissis cū medio: sed in darapti in tertia figura extremitates vniunt̄ vlr cum medio: ergo eodē mō possunt vniri in cōclusione: et pōt ibi cōcludi vniuersaliter. Quarto sic: vnitas sillogismi sumitur ab vnitate cōclusionis: ergo vnus sillogismus hēt tm̄ vnā conclusionē et non pōt plura cōcludere sicut dictū est. Quinto sic: in omni cōsequētia cōsequēs includitur in antecedēte: sz verū nō includitur in falso: ergo ex falsis non pōt cōcludi verū.

Ad primū dicit̄ q̄ licet celarēt ex cōsequenti concludat particularē negatiuā directe et indirecte: tm̄ primo et per se cōcludit vniuersalē negatiuā. Ad scdm dr̄ q̄ nulla dicitur vlis respectu sui totius: sed bene dicit̄ vlis respectu suarū ptiū. et hoc mō cōclusio vlis pme figure dr̄ pticularis fm modū respectu maioris premisse: sed bene dicitur vlis respectu suarū singularū rōne sui subiecti distributi. Ad tertiū dr̄: q̄ licet in darapti extremitates vniantur vlr cū medio vlitate medij qd distribuitur: nulla tm̄ vnitur cum ipso vlr ex parte sui: qz nulla extremitas ibi distribuit̄ rōne cuius nulla pōt distribui in cōclusione. Ad quartū dicitur q̄ licet vnius sillogismi sit tm̄ vna principalis conclusio: tm̄ possunt esse plures minus principales q̄ inferunt̄ in virtute prime cōclusionis: nō oēs ille se habent per modū conclusionis quantū ad virtutē qua inferunt̄: licet varientur materialiter quantū ad numerū ppositionū. Ad quintum dr̄ q̄ licet verū nō includat̄ in falso rōne forme falsitatis: tm̄ includitur rōne materie sz terminorū vel propositionū quibus inest falsitas: et sic in falso pōt includi verū: et hec de sillogismo simpliciter dicto pro nunc sufficiant.

¶ Incipit tractat⁹ quintus de locis dyaleticis.

r

Atio multipliciter dicitur. Uno enim modo idem qd diffinitio vel descriptio ut hic. Uniuoca sūt quorū nomē est cōmune et rō secūdū illud nomē substantie est eadē. Alio aūt modo idē est q̄ quedā virtus anime. Alio modo idē q̄ a nimo ostendens aliquid sicut sunt rōnes disputationū. Alio modo idem est q̄ forma materie: ut in cultello ferrū est materia dispositio vero inducta super ferrū est forma. Alio modo idem q̄ essentia cōmunis predicabilis de pluribus: ut essentia speciei vel generis vel differentie. Alio autē modo ratio idem est q̄ mediū inferens cōclusionē. et hoc ultimo modo sumitur ratio in diffinitione argumenti. Unde versus.

Diffinit virtutem ostēdit forma vel esse.
Est mediū ratio per qd cōcluditur ergo.

Iste est quintus tractatus summularū magistri Petri hispani: in quo ipse postq̄z in quarto tractatu determinauit de sillogismo simpliciter dicto fm suā formā nō contracto ad aliquā materiā specialē. Hic consequenter determinat de sillogismo dyaletico qui est sillogismus contract⁹ ad materiā probabilē. Et ratio ordinis est: quia in rebus artificialibus siue sint entia realia siue rationis vnūquodq3 habet prius cognosci secundū suā formā q̄z q̄ illa forma contrahatur ad materiā aliquā. sicut domificator prius cognoscit formā domus secundū se q̄z applicet eā ad determinatā materiam. Et quia sillogismus aliquo modo est ens artificiale scilicet ens rationis: ideo cōuenienter determinatū est prius de sillogismo simpliciter qui se habet per modum simplicis q̄z de sillogismo cōtracto ad aliquam materiā qui se habet per modum compositi. Primo sciendū q̄ sillogismus triplicit̄ cōtrahit̄ ad materiā. Uno mō ad materiā necessariā q̄ ē naturalis materia: et sic est sillogism⁹ demōstratiuus. Scdo mō ad materiā probabilē q̄ est materia cōtingēs vl̄ capta sub mō contingentis: et sic est sillogismus dyaleticus. Tertio mō ad materiā apparentē q̄ est q̄nq3 materia reme

ta inq̃tũ habet similitudinē quandã cũ materia probabili: ⁊ q2 materia naturalis est ꝑ-li: ⁊ sic ē sillogismus sophistic⁹. ⁊ q2 materia naturalis est ꝑfectioꝛ materia ꝓbabili: ⁊ ꝓbabilis apparēter ꝓbabili: ideo sillogism⁹ demōstratiu⁹ est ꝑfectioꝛ dialetico: ⁊ siliter dialeticus sophistico. Sed petrus hispa. nō facit mentionē de demōstratiuo sillogismo: eo q2 est introductoꝛ iuuenũ. de quo tñ determinat Aristo. in libro posterioꝝ. Sed petr⁹ hispa. facit mētionē de dialetico ⁊ sophistico: ideo iste tractat⁹ cōuenienter ordinat᷑ post tractatũ de sillogismis: ⁊ añ tractatũ de fallacijs. Scđo sciēdũ est q2 propriũ subiectũ hui⁹ tractatus est sillogism⁹ dialeticus: eo q2 de ipso principaliter hic intenditur ⁊ oĩa hic cōsiderata habēt reductionē ad ipsum: et est adequat⁹ sciētie hui⁹ tractat⁹: ⁊ licet ista scientia nominetur a loco: tñ hoc nō ē tanq̃ a ꝓprio subiecto: sꝫ tanq̃ a principio sui subiecti: q2 locus in quo fundatur sillogism⁹ dialeticus ē principiũ sillogismi dialetici: et sub tali rōne hic cōsideraᵗ᷑ de locis. Et ꝑ hoc pꝫ q̃ sit causa materialis huius tractatus. Et etiã ꝑ hoc habet᷑ causa finalis ei⁹ q̃ est ꝑfecta cognitio sillogismi dialetici. et eius causa efficiēs dicta est pri⁹. Et ei⁹ causa formalis ē mod⁹ ꝓcedēdi: q̃ est diffinitiu⁹: diuisiuus: ⁊ exemploꝝ positiuus. Sed forma tractat⁹ est diuisio huius quinti tractatus ꝑ ꝑtes. Unñ hic pri⁹ determinat᷑ de sillogismo dialetico in cōi: deinde in speciali ostendēdo quo modo fit ſm diuersos locos particulares. Et quia in diffinitione argumenti ponitur ratio: ideo auctor prius ostendit multiplicitatē eius. Tertio sciendũ q2 sex modis sumitur ratio. Primo modo sumitur pro diffinitione rei: ut sumit᷑ in diffinitiōe equiuocorũ: cum dicitur ſm illud nomē ratio substãtie est diuersa. Secũdo modo capitur ratio pro intellectu ut idem est quod intellectus: ⁊ sic diffinitur ab Ysach. Ratio est anime intellegibilis virtus faciens currere causã in causatũ. Tertio modo sumitur pro argumentatiōe: ut ē oratio ostendens aliquid de aliquo. Quarto mō sumit᷑ ꝓ forma partis que est forma materie. Quinto mō capit᷑ pro forma toti⁹ que est essentia predicabilis de multis: ut essentia generis vel speciei. Sexto modo capitur pro medio ꝓbatiuo cōclusionis: de quo erit postea ad propositũ in diffinitione argumēti: qui modi in his versibus cōtinentur. Diffinit: virtus: ostendit: forma: vel esse. Est mediũ ratio: per qđ concluditur ergo. Quarto sciendũ q2 istorũ modorũ sic potest haberi sufficiētia: quia ratio sumitur ab hoc qđ ē ratiocinari: vel ergo sumitur pro ipsa ratiocinatiōe: ⁊ sic ē tertius modus. vel pro principio ratiocinatiōis vel discursus: ⁊ hoc est dupliciter: quia vel est principiũ efficiens principale discursus: ⁊ sic est secũdus modus. vel instrumētale tantũ ⁊ hoc est dupliciter: q2 vl᷑ sumitur formaliter inq̃tum ē principiũ discursus: et sic est sextus modus. vl᷑ ſm id quod est: et hoc est dupliciter: quia vel est principiũ complexũ: ⁊ sic est primus modus. vel incomplexũ: ⁊ hoc dupliciter: quia vl᷑ se habet per modũ partis: ⁊ sic est quartus modus. vl᷑ per modũ totius: ⁊ sic est quintus modus. Sed ꝯtra predicta arguitur primo sic: si ratio idem esset quod diffinitio sequeretur q2 asinus haberet rationē: cum asinus habeat diffinitionē: sed illud quod habet rationē est rationale: ergo asinus ē rationalis quod est falsum. Secũdo sic: idē nō facit hominē conuenire ⁊ differre respectu eiusdē: sed per intellectũ homo conuenit cum angelo: ⁊ ab eo differt per rationē: ergo intellectus ⁊ ratio non sunt idem. Tertio sic: effectus rationis nō est ratio: sed argumentatio est effectus ratiōis. ergo nō est ratio. Quarto sic: si forma materie eēt ratio: vl᷑ esset ratio materie vel cōpositi. sed nullũ est dicendũ: q2 differt ratione ab vtroq3. ergo ratio nō debet sumi pro forma materie. Quinto sic: essentia rei: forma materie: ⁊ diffinitio rei idem realiter important: ergo quintus modus rationis male distinguitur a primo ⁊ quarto. Ad primũ istorũ dicitur q2 si capiatur ratio ꝓ virtute intellectiua anime: sic omne habens rationem est rationale: sed nō si capiatur pro oratiōne que explicat esse rei ut sumitur in primo modo ideo licet asinus hoc modo habeat rationē: non tamen ē rationalis. Ad secundũ dicitur q2 licet idem sub eadē ratione nō facit hominē cōuenire ⁊ differre respectu eiusdem: tamen bene secundũ diuersas rationes: ⁊ sic intellectus hominis inq̃tum est simpliciũ apprehensiuus facit hominē cōuenire cum angelis: ⁊ inq̃tum est discursiuus facit eũ differre ab ipsis ⁊ sic facit eum cōuenire ⁊ differre secundũ diuersos actus. Ad tertiũ dicitur q2 licet argumētatio non sit ratio ut sumitur pro intellectu qui essentialiter ratio dicitur. argumentatio tamē participatiue vocatur aliqua ratio eo q2 est effectus rationis. Ad quartũ dicitur q2 licet forma materie nō sit ratio completa materie vel cōpositi: est tamē ratio vtriusq3 per modũ principij: sed materie per modum principij finalis: ⁊ est principium formale compositi. Ad quintum dicitur q2 ratio in quinto modo sumitur pro forma totius secundũ se: ⁊ in primo modo pro oratiōe explicãte formã totius: et in quarto modo pro forma partis ut dictũ est: ideo illi modi ab inuicē distinguũtur.

¶ Argumentum est ratio rei dubie faciens fidē idest mediũ ꝓbans cōclusionē q̃ debet cōfirmari ꝑ argumētũ. Est eñ cōclusio argumēto vel argumētis approbata ꝓpositio. sed anteq̃ ꝓbetur est dubitabilis: ⁊ tũc est idem q2 q̃stio. Questio eñ diffinit᷑ sic. Questio est dubitabilis ꝓpositio. Mediũ est qđ habet duo extrema.

Postq̃ auctoꝛ posuit distinctionē modoꝝ ratiōis ad eliciendũ membrum quod ponitur in diffinitione argumenti. Hic cōsequenter determinat de argumēto ipsum primo sic diffiniens. Argumentũ est ratio rei dubie faciēs fidē. ⁊ explicat cũ dicit. i. mediũ probans cōclusionē que debet cōfirmari per argumentũ. In qua diffinitione ponitur ratio loco generis. Ratio eñ dicitur tam de medio sillogismi simpliciter q̃ de medio sillogismi demōstratiui q̃ etiã sillogismi dialetici. Et argumentũ nō dicitur de medio sillogismi simpliciter. Deinde ponitur rei dubie faciēs fidē: ad differentiã medij sillogismi simpliciter qui nō est ꝓbatiuus nec demōstratiuus inq̃tum huiusmodi. nec facit fidē de cōclusione: sꝫ solũ habet necessitatē inferēdi cōclusionē ⁊ nō probandi ipsam. Primo sciendũ q2 argumentũ potest capi dupliciter. Uno modo pro ipsa intētione que attribuitur terminus ꝓbatiuo alicuius cōclusionis. Alio mō pro re subiecta intentioni que est ille terminus siue mediũ probatiuũ ꝯclusionis hic autē nō diffinitur argumentũ pro re subiecta intentiōi secundũ se nec pro intentione secundũ se: sed pro intentione concreta rei: vel pro re subiecta intentioni secundũ q2 sibi subiecta est: ⁊ diffinitur pro toto cōposito secundũ rationē ex re ⁊ intentione: ⁊ res se habet per modũ materialis: intentio vero per modũ formalis sub quo illud materiale diffinitur. ⁊ sic patet quid sit diffinitũ in hac diffinitione. Secũdo sciendũ q2 mediũ ratio et argumentũ idē sunt secundũ rem: sed differunt secundũ rationē superioris ⁊ inferioris: quia dicitur mediũ inq̃tum habet duo extrema: ⁊ est vtriusq3 extremorũ secundũ aliquē modũ. Sed tale mediũ dicit᷑ ratio inq̃tum est instrumentũ intellectus vl᷑ rationis ad inferendũ aliquã conclusionē: sed idē mediũ dicitur argumentũ inq̃tũ habet vim probatiuam respectu cōclusionis: quã addit vltra virtutē illatiuã: ratione cuius dicitur argumentũ quasi arguēs mentē: quia per illã virtutē aliquo modo cogit mentē ad concedendũ conclusionē. Et prouenit illa virtus probatiua propter habitudinē medij ad extrema q̃ est notioꝛ intellectui q̃ habitudo extremitatũ inter se. ⁊ cũ intellectus apprehendit illã habitudinē vel conuenientiam extremoꝝ cũ medio eē necessariã cogit᷑ simplr̃ assentire cōclusioni: ⁊ cũ ipsa cognoscatur ut contingens intellectus assentit probabiliter tantũ: ⁊ per hoc patet quomodo mediũ ⁊ ratio se habent per modũ superioꝝ ad argumētũ. Tertio sciendũ est q2 fides dupliciter accipitur. vno modo ꝓ assensu vel credulitate intellectus circa aliq̃d credibile ꝓpter auctem aut amorē prime veritatis ipsum reuelantis: ⁊ sic ē virt⁹ theologica: q̃ ꝑ argumētũ nō acq̃rit᷑: ⁊ hoc mō nō ca-

pitur in diffinitione. Alio mō capitur fides pro assensu intellectus ad aliquā cōclusionē mediāte rōne ꝓbabili ⁊ sic ē credulitas qua intellectus credit cōclusionē esse verā per aliqd argumentū. ⁊ hoc mō argumentū est faciens fidē de re dubia eo q habet virtutē ꝓbatiuā cōclusionis: per quā facit intellectū credere cōclusioni que prius erat dubia: ideo bene dicitur mediū probans cōclusionē. Quarto sciendū q cōclusio q̄stio propō ⁊ enūciatio sic int̃ se differūt: qr enūciatio dicitur cōclusio prout est argumento vel argumentis approbata propositio: ⁊ tunc accipitur tanq̃ certa: sed dicitur antequā probetur questio ⁊ est adhuc dubia. Est enim questio dubitabilis propositio: vel est propositio sumpta cum signo interrogatiuo. Sed dicitur propositio prout potest poni pro alio scilicet pro conclusione inferenda. et quia argumentū facit cognitionem propositionis que prius erat dubia: et postea cū probatur dicitur conclusio: ideo bene dicitur argumentū ratio rei dubie faciens fidem. idest medium probans conclusionē. Contra predicta arguitur primo sic: idem nō diffinitur per seipsum: sed argumentū ⁊ ratio idem sunt secundū rationē vltimo modo captam ut hic accipit: ergo male diffinitur argumentū per rationē. Secūdo sic de re certa bñ fit argumentū ut de ista propositione deus ē: est certissima ⁊ tamen illud nō est rei dubie faciens fidē ergo contra diffinitionē. Tertio sic: locus dialectic⁹ ⁊ etiā sillogismus dialecticus est ratio rei dubie faciens fidem et tamen nullū eorū est argumentū: ergo ista diffinitio nō cōuenit sibi diffinito. Quarto sic: in illo sillogismo: omnis lapis est animal: omnis homo est lapis: ergo omnis homo est animal. tertia propositio est conclusio: ⁊ tamen non est probata argumento vel argumētis: quia falsum nō est mediū probatiuū veri: cum sit ignotius ipso: ergo male diffinit̃ cōclusio. Quinto sic: omnis propositio est vera vel falsa. sȝ questio non est vera vel falsa determinate: ut dicendo vtrū sortes currit: nō significatur determinate verū vel falsum: ergo male dicitur q questio est dubitabilis propositio. Ad primū dicitur q licet argumentū ⁊ ratio idē sint secundum idem: tamen differunt ratione: ⁊ ex ea parte qua differūt ratio est cōmunior ⁊ notior argumento: ideo argumentū bene diffinitur per rationē siue per mediū. Ad secundū dicitur q argumentum non facit fidem de re certa inq̃ntū certa: sed inq̃ntum ponitur sub modo dubij ⁊ per modū questionis: ideo semper facit fidē de re dubia siue secundū rem siue secundū modū. Ad tertium dicitur q locus dialecticus non facit immediate fidē de rē dubia sed mediate inq̃ntum in ipso fundatur argumentū: ⁊ sillogismus dialeticus non facit fidē conclusionis ratione sui sed ratione sui medij in quo est virtus probatiua conclusionis: ideo solum argumentū per se ⁊ immediate facit fidem de conclusione. Ad quartū dicitur q licet in illo sillogismo sit conclusio sillogistica simpliciter: non tamen ibi est conclusio sillogismi probatiuū pro qua solum hic diffinitur cōclusio. Ad q̃ntū dicitur q licet questio formaliter accepta sub modo questiōis non sit vera vel falsa: tamen q̃ntum ad suum materiale cui additur signum interrogatiuū significat verū vel falsum: ideo bene dicitur materialiter propositio. ⁊ additur dubitabilis ad explicandum formale ei⁹ quod est acceptio eius sub modo questionis ⁊ dubij.

Argumentatio est argumenti per orationē explicatio: idest oratio explicans argumentū. Differt aūt argumētū a medio ⁊ ab argumtēatione: qr mediū dicitur eo q habet duo extrema. Argumentū dicitur eo q addit supra mediū virtutē probandi conclusionē. vnde ad hoc q sit argumentū exigitur q sit mediū et q habeat virtutē probandi conclusionē. Argumentatio autem dicitur oratio totalis composita ex ꝓmissis et cōclusione: et in illa manifestatur virt⁹ argumēti. Aliquādo eni totalis orō potest inferre vniuersalē affirmatiuā. Aliqñ nō nisi ꝑticularē affirmatiuam. aliquādo nō nisi vniuersalē negatiuā. aliqñ vero nō nisi ꝑticularē negatiuam: ut supius est ostēsum ꝑ regulas. Argumentationis quattuor sunt species: sillogismus: inductio: entimema exemplū. Diffinitio sillogismi dicta est iam prius.

Postq̃ auctor determinauit de argumento qd est principiū argumētationis. Hic cōsequēter determinat de ipsa argumētatione ipsam primo sic diffiniēs. Argumentatio est argumenti per orationē explicatio. In qua diffinitione ponitur explicatio loco generis. Et ponitur argumentū ꝑ orationē ad differentiā diffinitionis que est explicatio diffiniti ⁊ ad differētiā orationū cathegoricarū ⁊ ypotheticarū quibus nō conuenit explicare virtutē argumēti. Et huius diffinitionis sic pōt dari ratio: quia argumētatio dicitur totalis oratio cōposita ex premissis ⁊ cōclusione. sed in tali oratione manifestatur virtus argumenti: quia aliqua totalis oratio infert vniuersalē affirmatiuā. Et in hoc explicat̃ q mediū eius habet virtutem probandi ⁊ inferendi vniuersalē affirmatiuā. alia vero vniuersalē negatiuam alia particularem affirmatiuā. alia particularem negatiuā. ⁊ in hoc manifestatur virtus argumenti quia in illis argumentationibus medium habet diuersam virtutē ꝓbandi et inferēdi conclusionē. Primo sciendum q argumētatio ⁊ argumētum sic inter se differunt: quia argumentū est mediū habens virtutē inferēdi ⁊ ꝓbandi conclusionem aliquam. sed argumētatio ē orō q̃ explicat talē virtutem ipsius argumenti. Sicut enī diffinitio explicat ipsū diffinitū resoluēdo ipsum per sua principia. s. per genus ⁊ differentiā. ita similiter argumētatio explicat virtutem argumenti ostendendo quomodo mediū habet conuenientiā ⁊ habitudinem ad maiorē extremitatem ⁊ minorē: ⁊ quomodo extremitates habent conueniētiā cū medio. per quā conuenientiam cognoscitur virtus medij qua possunt vniri extremitates inter se: ⁊ per quam potest inferri ⁊ probari conclusio. Secundo sciendum q argumentatio dupliciter capitur. vno enī generaliter pro omni oratione in qua est antecedens ⁊ cōsequēs ⁊ medium illatiuum conclusionis. Et hoc modo se extendit ad quelibet modū argumentationis. Alio modo capitur specialiter solū pro argumētatione probatiua: cuius mediū habet virtutē illatiuā ⁊ probatiuam respectu conclusionis. Et sic in diffinitione preposita diffinitur argumētatio probatiua: ⁊ nō diffinitur ibi argumētatio cōiter accepta pro quacūq3 oratione illatiua cōclusionis. Et huius ratio est: quia sicut in hoc libro nō habet considerari sillogismus in tota cōitate eius: sed consideratur specialiter de sillogismo dialetico qui ꝓbatiu⁹ est. ita similiter nō habet hic considerari argumentatio in tota communitate eius sed solum argumētatio probatiua. Tertio sciendum q argumētatōis quattuor sunt spēs. s. sillogismus inductio entimema ⁊ exemplū. Quarū sic habetur sufficientia: quia in oī argumētatiōe ꝓcedit̃ ab añte ad ꝯñs: vel ergo ibi est processus a toto vl' a parte. si a toto sic vl': hoc ē dupliciter. vel in añte sunt due premisse simul disposite in mō ⁊ figura. ⁊ sic est sillogismus. vel ibi est vna ꝓmissa tm̃ ⁊ non fit dispositio in modo ⁊ in figura in añte: ⁊ sic est entimema. In hoc enī cōueniūt sillogismus ⁊ entimema: qr in vtroq3 fit processus a toto ad partē: siue ab vli ad particulare. Sed si fiat ꝓcessus a ꝑte hoc est dupliciter. vl' fit a singularibus ad vniuersale: ⁊ sic est inductio vel ab vno singulari ad aliud singulare: ⁊ sic est exēplū. Quarto sciēdū q ista diuisio argumentationis nō est diuisio generis in suas species: qr diuisū nō ꝯuenit equaliter mēbris diuidentib⁹

sed est diuisio analogi in sua analogata: eo φ argumentatio dicitur de ipsis q̄ttuor s̄m prius ⁊ posteri⁹: ⁊ ideo est quia argumētatio dicitur ab hoc quod est arguere mētē ad assētiendū conclusiōi que infertur: sȝ hoc per se p̄mo cōuenit sillogismo ⁊ nō alijs spēbus argumentationis: nisi inq̄ztū in ipsis est aliquo modo virtus sillogismi: rōne cuius alie spēs a sillogismo sumūtr oēȝ argumētatiōis ab eo. Cōtra p̄dicta arḡ p̄mo sic: argumētatio ⁊ argumētū differūt sicut ↄcretū ⁊ abstractum: quia cōuenuīt in principio dictōis ⁊ differūt in fine. sed abstractum non habet explicare cōcretū: ergo argumētatio non est argumenti explicatio. Secūdo sic: sillogismus procedēs ex manifeste falsis est argumentatio: cum sit sub vna specie argumētatiōis: ⁊ tamē nō est explicatio argumēti: cū in eo nō sit mediū habens virtutem ↄbandi cōclusionē: ergo male ponitur diffinitio argumentationis. Tertio sic: argumētatio dicit̄ quasi arguēs mētē. sed tota oratio composita ex p̄missis ⁊ conclusione non arguit mentē: q2 hoc solū conuenit añti. ergo male dicitur φ argumētatio est totalis orō cōposita ex p̄missis ⁊ cōclusiōe. Quarto sic: in p̄mo thopicorū solū enumerantur due spēs argumētatōis. s. sillogism⁹ ⁊ inductio: ergo hic male ponūtur q̄ttuor. Quinto sic: spēs inter se opposite nō reducūtur vna ad aliā: ut hō ⁊ equ⁹. sȝ oēs spēs argumētatiōis a sillogismo reducūtur ad sillogismū: ergo nō sūt spēs siue modi ab eodē distincti. Ad primū dicitur φ lȝ argumētatio ⁊ argumētū cōueniāt in principio dictōis ⁊ differant in fine: non t̄n cōueniunt in re significata: quia argumentū significat mediū argumētatiōis: ⁊ argumentatio totam orationē cōpositam ex p̄missis ⁊ cōclusiōe: ideo nō differūt solū sicut cōcretū ⁊ abstractū: rōne cui⁹ vnū pōt esse explicatio alterius. Ad secundū dicit̄ φ sillogismus ↄcedēs ex manifeste falsis nō est argumētatio ↄbatiua de q̄ solū intelligitur in hac diffinitōe: sed solū est argumētatio illatiua. Ad tertiū dicitur φ cū orō cōposita ex p̄missis ⁊ cōclusiōe bene arguit mentē s̄m partē eius ⁊ respectu añtis ⁊ hoc capiendo tota collectiue pro ↄfecta: q2 si caperet̄ tota distributiue ut est idē φ q̄libet pars: sic tota orō cōposita ex p̄missis ⁊ cōclusiōe nō arguit mentē sed vna pars tantū. Ad q̄rtū dī φ Aristo. in p̄mo thopicoꝝ sub sillogismo cōprehēdit entimema: ⁊ sub inductione exēplū. Ad quintum dicit̄ φ lȝ alie spēs quantū ad virtutē inferēdi ad sillogismū reducant̄: non t̄n q̄ztū ad formā arguendi: iō sunt species a sillogismo distincte

Inductio est ↄgressus a partibus sufficiēter enumeratis ad suū vl̄e siue totuȝ ut hic sor. currit hic plato currit: ⁊ sic de singulis: ergo omnis homo currit.

Postq̄ȝ auctor sup̄i⁹ determinauit de argumētatiōe in cōi tā diffinitiue q̄ȝ diuisiue ipsam diuidēdo ↄ suas spēs. Hic ↄñt determinat de spēbus ei⁹. Et quia diffinitio sillogismi est posita sufficiēter in quarto tractatu: quia ↄ illā diffinitionēȝ pōt diffiniri sillogism⁹ simpliciter remota illa ↄticula ⁊ cōcessis ⁊ etiā sillogism⁹ dialeticus posita eadē ↄticula: ut dicēdo: sillogismus est orō in qua q̄busdā positis ⁊ cōcessis necesse est aliud accidere ↄ ea q̄ posita sunt ⁊ cōcessa. ideo auctor se excusat de speciali determinatione sillogismi: q2 diffinitio eius data est prius. iō inter alias spēs argumētationis primo determinat de inductiōe: q2 est aliquo modo perfectior alijs.

Primo sciendū φ sic diffinit̄ inductio. Inductio est progressio a singularibus ad vl̄e probandū: ut sortes currit: plato currit: ⁊ sic de alijs: ergo ōis homo currit. In qua diffinitione ponitur ↄgressio loco generis. ⁊ capitur ibi similitudinarie ↄgressio per similitudinē ad motū progressiuū animalis: q2 sicut ille mot⁹ fit ↄponēdo pedē pedi: sic ille mot⁹ rōnis. i. progressio fit capiēdo vnuȝ singulare post aliud: iō ibi capitur progressio pro motu rōnis. deinde ponitur a singularibus: ad d̄riam sillogismi ⁊ entimematis q̄ procedunt ab vl̄ibus ad singularia: ⁊ subiūgit̄ ad vl̄e: ad differētiā exēpli qḋ procedit ab vno singulari ad aliud: ⁊ nō ad vniuersale. Ex qua diffinitiōe patet φ inductio ⁊ descensus aliquo mō opponuntur: q2 descensus est ab vniuersali ad particulare: inductio vero ecōtra. Scd̄o sciendū φ singulare dupliciter sumitur. vno mō specialiter solū pro indiuiduo determinato. Alio mō generaliter pro quolibet inferiori alicuius superioris: ⁊ hoc mō species alicuius vniuersalis possunt dici singularia generis: q2 licȝ nō sint singularia simpliciter. sunt t̄n singularia in respectu. ⁊ hoc mō sumitur singulare in diffinitione: ⁊ etiam capitur vniuersale generaliter pro quolibet superiori: ⁊ nō fit processus ad vniuersale indifinite acceptū: quia ibi non est proprie inductio sortes currit plato currit ⁊ sic de alijs: ergo homo currit sed debet fieri processus ad vniuersale vniuersaliter sumptū qḋ est vniuersale secundū rem ⁊ modū simul: ut cōcludendo: ergo omnis homo currit. Tertio sciendū φ dupliciter potest fieri inductio. Vno mō enumerando aliqua singularia tantū ⁊ nō omnia: ut dicendo sortes currit plato currit: ergo omnis homo currit. ⁊ hec inductio nō est cōsequentia necessaria: quia antecedens potest esse veruȝ consequente existente falso: sed est probabilis tantū. Alio modo fit inductio enumerādo omnia singularia simul: ⁊ adhuc potest fieri dupliciter. Vno modo enumerādo omnia singularia in propria forma cū illa particula: ⁊ nō sunt plura. Alio modo enumerādo aliq̄ singularia in proprijs forma ⁊ cōprehendēdo alia sub vna clausula cōmuni: ut dicendo ⁊ sic de alijs. ⁊ vtroq3 istorū modorū inductio est cōsequētia necessaria: sed tamē nō est cōsequentia formalis: sed materialis tantū: quia tenet gratia habitudinis materialis: scilicet ↄpter habitudinē singulariū ad suū vniuersale propter quā habitudinē ↄsupponitur in inductione vna ↄpositio per se nota que cōtinetur in mente: ex qua cū antecedente inductionis fit sillogismus redocēdo inductionem ad sillogismuȝ. Quarto sciendū φ inductio sic reducitur ad sillogismū: quia in conclusione inductionis sunt duo termini quorum subiectū fit minor extremitas ⁊ predicatuȝ fit maior extremitas in sillogismo: ⁊ singularia que nō ponunt̄ in conclusione accipiūtur pro medio: ut ista inductio sortes currit plato currit: et sic de alijs: ergo omnis homo currit: sic reducitur: omne qḋ est sortes vel plato: et sic de alijs currit: omnis homo est sortes vel plato: et sic de alijs: ergo omnis homo currit. ⁊ debēt capi illa singularia disiūctiue ⁊ nō copulatiue: quia nō possunt cupulatiue verificari de suo vniuersali: sȝ disiunctiue tantū. Cōtra predicta arguitur primo sic: inductio est mot⁹ rationis vel intellectus cū sit argumētatio: sed motus intellectus nō fit a singularibus: quia intellectus non cognoscit singularia sed solū vniuersale quod est obiectū eius ergo inductio nō fit a singularibus. Secūdo sic: in omni argumētatione probatiua antecedens debet esse notius cōsequente sed singularia nō sunt notiora suo vniuersali: cuȝ sint infinita ⁊ indeterminata: ergo inductio nō fit a singularibus ad vniuersale. Tertio sic: hec est bona inductio: omnis equ⁹ currit: omnis homo currit: ⁊ sic de alijs speciebus animalis: ergo omne animal currit: ⁊ tamen ibi non arguitur a singularibus ad vniuersale: ergo contra diffinitionē. Quarto sic: hic arguitur a singularibus ad vniuersale: sortes currit: plato currit: ⁊ sic de alijs: ergo omnis asinus currit: ⁊ tamen ibi non est bona consequentia: ergo male dicitur φ inductio est bona consequentia. Quinto sic: in omni sillogismo sunt tres termini. sed in inductione sunt plures terminis q̄ȝ tres: ergo inductio nō redocitur ad sillogismū. Ad p̄mū dicitur φ licet intellectus non cognoscat singularia directe: tamen bene cognoscat reflexe per hoc φ intellectus reflectitur ad sensum quo singularia cognoscuntur: sed soluȝ cognoscit vniuersale directe tanq̄ȝ propriū obiectum eius.

Ad secunduȝ dicitur φ licet singularia non sint notiora simpliciter suo vniuersali: tamē sunt notiora quo ad nos q̄ȝ suum vniuersale. et licet aliquando singularia sint infinita quo ad nos: tamen aliqua possunt esse nobis nota: ⁊ tunc enumerando illa que sunt nobis nota ⁊ comprehendendo alia sub illa clausula cōmuni: ⁊ sic de alijs potest fieri inductio. Ad tertium dicitur φ licet ibi non bene arguatur a singularibus simpliciter: tamen bene arguitur a singularibus

bus in respectu: quia ista omnis equus currit est quodāmo do singularis ad istam: omne animal currit: ⁊ hec sufficit ad inductionē ut dictum est. Ad quartū dicitur ꝙ ibi nō arguitur a singularibus ad vniuersale illoꝝ singulariū enumeratoꝝ quod ad inductionē requiritur. Ad quintum dicitur ꝙ licꝫ in inductōe sint plures termini ꝗ̄ tres ſm vocem: tamen accipiuntur per modum trium in sillogismo: quia cuncta singularia in antecedente inductionis posita capiuntur pro medio.

¶ Entimema est sillogism⁹ impfectus .i. oratio in qua nō oībus ante positis ꝓpositionibus infert̄ conclusio festinata: ut oē animal currit: ergo oīs hō currit. In hac enim dicta argumētatiōe intelligit̄ hec ꝓpositio: oīs hō est aīal ⁊ non apponit̄ ibi: quia si apponeret̄ perfectus esset sillogismus. Aristo. autem sic diffinit entimema. Entimema est ex icotibus ⁊ signis. Icos autem idem est ꝙ propositio probabilis. Signū autē ꝙ hic sumitur idē est ꝙ ꝓpositio demōstratiua vel necessaria: ⁊ hoc est inferēdo. vnde signū cōmuniter ſm ꝙ hic sumitur dicit necessitatē illationis. Icos dicit ꝓbabilitatē ipsius ꝓpositionis in se: ſm quam ꝓbabilitatem propositio videtur esse vera. Unde nota ꝙ in entimemate est tm̄ ꝓpositio vna inferēs: et alia illata. vnde lꝫ ꝙ propositio inferēs apparet omnibus vel pluribus esse vera: sicut est icos quia iam sic ē probabilis: ut quilibet diligit diligentē se. Sciendū aūt ꝙ illa eadē propositio de necessitate infert cōclusionē: ⁊ sic est signū: ⁊ sic eadē ꝓpositio est icos ⁊ signū: ſꝫ secundū aliud ⁊ aliud. Siquis obijciat ꝙ debꝫ diffiniri entimema sic. Entimema est ex icote ⁊ signo: cum non sit nisi vna propositio inferens que est icos ⁊ signū ſm diuersa. Dicendū est ꝙ licꝫ sit tm̄ vna propositio inferens: habet tamē in se virtutē duarū propositionū. q2 habet in se virtutē suā propriam ⁊ illius que intelligitur: ⁊ sic est vna ſm substantiā: ⁊ est due propositiones ſm virtutem: ⁊ ideo dicit in plurali ex icotibus ⁊ nō ex icote: ⁊ sili͛r ex signis ⁊ nō ex signo. Sciendū autē ꝙ omne entimema debꝫ reduci ad sillogismū: q2 in quolibꝫ entimemate sūt tres termini sic in oī sillogismo: quoꝝ terminoꝝ duo ponunt̄ in ꝯclusiōe ⁊ sunt extremitates. aliud aūt ē mediū qđ nunꝗ̄ ponitur in ꝯclusiōe. Illarū autē extremitatū altera sumpta est bis: in entimemate altera scꝫ et extremitate semel sumpta et medio debꝫ fieri propositio vna ſm exigētiā modi: ⁊ sic fiet sillogism⁹ Uerbi grā: in hoc entimemate: oē aīal currit: ergo oīs hō currit: hō ⁊ currit sūt extremitates: animal est mediū. sed extremitas hec scilicet hō sumpta est semel: ergo ex ipsa ⁊ medio fiat propositio vna: sic oīs hō est animal: et tūc cōpletus erit sillogism⁹ sic: omne animal currit: oīs homo est animal: ergo omnis homo currit. Exēplū autē est quando per vnū particulare probatur aliđ particulare per aliquod simile repertū in ipsis: ut legionēses cōtra astoricēses pugnare malum est: ergo astoricenses contra cemotenses pugnare malū ē. vtrūqꝫ enim est malum affines contra affines pugnare.

Postꝗ̄ auctor determinauit de sillogismo ⁊ inductione que sunt principaliores partes argumentationis. Hic consequenter determinat de entimemate ⁊ exemplo que sunt reducibiles ad alias species: scilicꝫ entimema ad sillogismū: et exemplū ad inductionē: et quia entimema est exemplo perfectius: ideo prius determinat de entimemate ꝗ̄ de exemplo ipsum primo sic diffiniens. Entimema est sillogismus imperfectus. In qua diffinitione ponitur sillogismus loco gener͛ capiendo sillogismū cōmuniter ut se extendit ad sillogismū perfectū formaliter in modo ⁊ figura: ⁊ ad sillogismū perfectū virtualiter. Et ponitur imperfectus ad differentiam sillogismi perfecti formaliter completi ex duabus premissis: et consequenter explicatur hec diffinitio. Entimema ē oratio in qua nō omnibus premissis positis: sed tantū vna infert̄ festinata conclusio: ut hic omnis homo currit: ergo sor. currit posita maiore tātum: ⁊ presupposita minore infertur cōclusio. Primo sciendum ꝙ in omni entimemate secūdū intellectū ponuntur due premisse: sed secundū vocē ponit̄ vna tantū: ⁊ alia tacetur ⁊ retinetur in mente: ⁊ inꝗ̄tū sunt ibi due premisse secundū intellectū vocatur sillogismus: ⁊ ex parte qua deficit vna secundū vocem dicitur imperfectus. ⁊ quia vna tacetur que retinetur in mente: ideo dicitur entimema ab en quod est in ⁊ timos quod est mens et monos quod est vnū quasi in mente retinēs vnam propositionē. ⁊ oportet illam que retinetur in mente esse probabilē ⁊ necessariā: ⁊ ꝙ presupponatur tanꝗ̄ vera. Et propter hoc Aristoteles sic diffinit entimema. Entimema est sillogismus ex icotibus ⁊ signis. Icos enim est propositio probabilis. ⁊ signū ibi capitur ꝓ propositione necessaria: ut hic omne animal currit: ergo omnis hō currit minor presupponit̄ .s. oīs homo est animal: q̄ est ꝓpositio necessaria: ⁊ signū. Ex quo patet ꝙ cōsequētia entimematis nō tenet grā forme arguēdi sed grā materie: q2 ibi presupponit̄ virtus alicuius ꝓmissarū. Secundo sciendū ꝙ entimema sic reducitur ad sillogismū: q2 in ipso sunt due extremitates in ꝯclusiōe quarū maior extremitas est ꝑdicatū: ⁊ minor extremitas subiectū: ⁊ ibi ponitur mediū: qđ nō intrat cōclusionē: ⁊ ponit̄ in antecedente cū altera extremitatū. vnde formādo vnā ꝓmissarū cū medio ⁊ cū extremitate nō posita in āte fit sillogism⁹ ꝑfectus. Et si mediū ponatur in āte cū subiecto cōclusiōis ibi est minor premissa et deficit maior: ut hic: oīs homo est risibilis: ibi deficit maior: scilicet omne risibile est animal: ergo omnis homo est animal. Et si mediū ponatur cū predi-

cato conclusionis quod est maior extremitas ibi est maior ꝓmissa ⁊ deficit minor: ut hic omne animal currit: ergo omnis homo currit: ibi deficit minor scilicet: omnis hō est animal. Et si tale medium possit subijci maiori extremitati ⁊ ꝑdicari de minori entimema reducitur ad primā figurā. Et si predicatur de utraqꝫ sic reducitur ad secundā: ⁊ subijcitur utriqꝫ sic reducitur ad tertiam figuram. Tertio sciendū ꝙ exemplum sic diffinitur. Exemplū est progressus ab uno particulari ad aliud ꝑticulare probandū propter aliquod simile in ipsis repertum: ut sortes est risibilis: ergo plato ē risibilis: eo ꝙ uterqꝫ est homo: in quo habent similitudinem essentialem. In qua diffinitione ponitur progressus loco generis. ⁊ ponitur ab uno particulari ad differētiam entimematis ⁊ sillogismi. ⁊ ponitur ad aliud particulare ad differētiam inductionis que ꝓcedit ad universale probandū. ⁊ ponitur ꝓpter aliqđ sile in ipsis reptū: ad ondēdū vī ꝓuenit virt⁹ ꝓbatiōis in exēplo qꝛ ꝓuenit ꝓpter silitudinē duoꝝ ꝑticulariū ad inuicē: ⁊ quicqđ conuenit uni singulari inqꝫtum est simile alteri etiam conuenit alteri: ut risibile conuenit sorti inqꝫtum est homo: ideo risibile conuenit platoni inqꝫtum est homo. Quarto sciendum est ꝙ ad reducendū exemplum ad sillogismū oportet primo per inductionē imperfectā ostendere maiorem extremitatem que est predicatū conclusionis de illo cōmuni in quo conueniunt illa singularia: ⁊ per illud cōmune ostenditur sillogistice de alio singulari quod est minor extremitas: ut arguendo sic: sortes est risibilis: ergo omnis homo est risibilis. ibi est inductio imperfecta. ⁊ ultra: oīs homo est risibilis: plato est homo: ergo plato est risibilis. in hoc sillogismo homo ponitur pro medio: ⁊ illud cōmune in quo sibi assimilantur pro maiori extremitate: et suum simile quod est plato est minor extremitas. Et diffinitur aliter exemplū ab Aristotele. Exemplū est argumentatio que per simile minoris extremitatis ostēdit maiorem extremitatem de medio: ⁊ per mediū de minori extremitate. ⁊ oportet maiorē extremitatem notiori modo cōuenire primo singulari qꝫ medio. ⁊ ꝙ noti⁹ insit medio qꝫ minori extremitati: ratione cuius totus ꝓcessus exemplaris vocatur. ⁊ per hoc patet quid sit entimema ⁊ exemplū: ⁊ quo mō reducūtur ad sillogismū. Cōtra predicta arguitur ꝑmo sic: entimema ⁊ sillogismus inter se opponunt̄ ⁊ sunt species distincte: ergo entimema non est sillogismus. Secūdo sic: in primo posteriorū dicitur ꝙ entimema est vere sillogism⁹ ergo entimema nō est sillogism⁹ imperfectus. Tertio sic: hic est sillogismus imperfectus: oīs asinus currit: ergo omnis homo currit. ⁊ posita illa minore: omnis homo est asin⁹ erit sillogismus perfectus: ⁊ tamē nō est bona cōsequētia: ergo male dicitur ꝙ in entimemate est bona consequentia.

Quarto sic: unū singulare simile alteri nō est magis notū qꝫ aliud. sꝫ omnis argumētatio ꝓcedit a magis noto ad minus notū: ergo in exēplo unū ꝑticulare nō probatur ꝑ aliud. Quinto sic: non sequitur sortes ē risibilis: ergo oīs homo est risibilis: ⁊ tamē ibi arguitur eo mō reducēdo exēplum ad sillogismū ostēdendo maiorē extremitatem de medio in quo cōueniunt plura singularia: ergo exemplū nō est reducibile ad sillogismū. Ad primum istorum dicitur ꝙ licet entimema non sit sillogismus perfectus in modo ⁊ in figura formaliter: tamē est bene perfectus virtualiter: ⁊ ē imperfectus formaliter: eo ꝙ deficit una premissarū: ⁊ est perfectus virtualiter: quia ibi sunt due premisse secundū intellectū arguentis qui tacet unā quā presupponit per se eē notā ideo dicitur perfectus sillogismus: ⁊ per hoc soluitur secūdū argumentū. Ad tertiū dicitur ꝙ in entimemate requirit̄ ꝙ illa premissa quam presupponit sit vera vel probabilis: ⁊ hoc nō fit in isto argumēto: omnis asin⁹ currit: ergo omnis homo currit: ideo ibi non est entimema. ⁊ licet ibi sit sillogismus perfectus formaliter: nō tamen est perfectus virtualit̄ quod requiritur ad ratiōnē entimematis. Ad quartum dicitur ꝙ licꝫ ꝯm rem unū singulare nō sit notius alio in eo ꝙ singularia sunt: tamē bñ pōt esse quo ad nos notius alio ⁊ secundū hoc pōt probare aliud. Ad quintū dicit̄ ꝙ licet inducēdo exemplū ad sillogismū: in illa reductione imꝑfecta nō sit cōsequētia necessaria: tamē bene est ibi cōsequētia ꝓbabilis: qꝛ ꝓbabile est ꝙ si maior extremitas cōueniat uni singulari eo ꝙ cōuenit cū alio singulari in tali medio: et illud singulare cōtineatur sub illo medio ꝙ illa maior extremitas illi medio uniuersaliter cōueniat.

¶ Argumētū aūt per locū ꝯfirmatur. vñ de danda est diffinitio loci ꝓut hic sumit̄. Locus enim est sedes argumēti: vel unde ad questionē ꝓpositā cōueniens trahitur argumentū. Quid aūt sit q̄stio dictū ē prius. Sciendū aūt ꝙ ꝓpō qstio ⁊ cōclusio ꝯm substantiā siue in subiecto idē sūt. Eadē enim orō ꝓpō est ⁊ qstio et cōclusio ut hic: oīs homo currit. Differūt aūt ꝯm rōnes vel diffinitiones ut prius patuit. Secūdū enim ꝙ dubitatur est qstio: ꝓut aūt ꝓbata est per argumētū est conclusio ꝯm aūt ꝙ ponitur pro alio in premissis est ꝓpositio. unde ꝓpō dicitur ꝯm ꝙ est in premissis ad ꝓbandū cōclusionē. Locus diuidit̄ in locū maximā: ⁊ in locū differentiā maxime. locus maxima idē ē ꝙ ipsa maxima. Maxima autē est ꝓpositio q̄ altera nō est prior idest notior: ut omne totū maius est sua parte. De quacūqꝫ ꝑdicatur diffinitio ⁊ diffinitū. De quacūqꝫ ꝑdicatur spēs ⁊ genus. Locus vero differentie maxime ē ille quo una maxima differt ab illa maxima. verbi gratia. Iste maxīe de cunqꝫ predicat̄ species ⁊ genus. De quocūqꝫ diffinitio ⁊ diffinitū: differūt per terminos ex quibus cōponuntur. una eni cōponit̄ ex genere ⁊ spē. alia vero ex diffinitōe ⁊ diffinito. Vñ isti termini simplices dñr dr̄ie maxīaꝝ ⁊ tā locus maxīa qꝫ loc⁹ differētie maxīaꝝ dr̄ loc⁹: qꝛ utrūqꝫ ꝯfert firmitudinē argumento. unde ꝓportionabiliter sumitur hic locus ad locū in rebus naturalibus: qꝛ sicut locus ibi dat fortitudinē reb⁹ naturalib⁹ ⁊ cōseruat eā in esse. Similiter hic loc⁹ cōseruat argumētū.

Postqꝫ auctor determinauit de argumēto ⁊ argumētatione. Hic cōsequēter determinat de loco qui per argumentū diffinitur ꝯm ꝙ in eo cōfirmatur ipsum argumentū ipm primo sic diffiniēs. Locus ē sedes argumēti vel id a quo ad propositā questionē cōueniēs elicitur argumentū. Cui⁹ rō est: qꝛ locus est habitudo necessaria terminorū ad inuicem. Vel est ꝓpositio necessaria q̄ est ꝑ se nota ꝓpter talē habitudinē terminoꝝ inter se: sed in tali habitudine terminorū inter se vel in ꝓpositione ꝑ se nota q̄ fit ex illis terminis cōfirmatur mediū probans ⁊ inferēs conclusionē quod dicit̄ argumentū: ⁊ etiā elicitur virtus argumenti ad ꝓpositā questionē ex illa habitudine terminorū: vel ex aliqua ꝓpositione per se nota: ideo locus bene dicitur argumentū vel aliud a

quo dicitur argumentū. Prima aūt pars conuenientius ꝛ principalius cōuenit loco maxime, ꝛ secūda ꝯuenit loco differentie maxime: q̄uis quelibz pars aliquo modo possit cōpetere cuilibet loco: q̄r in vtroqz cōfirmatur argumentū: et etiā ab vtroqz potest elici argumentū ad aliquā propositaz questionē. Primo sciendū q̄ hic nō capitur ꝓprie locus ꝓ superficie corporis cōtinentis que est mēsura locati ut capitur in predicamētis: sed capitur transsumptiue pro habitudine terminorū: vel propositione per se nota que est aliquo modo generatiua ꝛ cōseruatiua argumenti: sicut locus dicitur conseruatiuus locati. Et dicitur etiam talis locus dialeticus sedes argumenti: nō proprie sed methaphorice siue trāsumptiue: quia sicut sedens in sede cōfirmatur ꝛ quiescit ita argumentatio quiescit ꝛ confirmatur in loco dialetico: quia cum intellectus dubitat de virtute probatiua vel illatiua argumenti: ꝛ reperit hitudinē terminorum: vel propositionē per se notam vbi cōfirmatur illa habitudo: tunc intellectus quiescit ꝛ amplius nō dubitat de illa virtute nec de cōclusione probata per argumentū. Secūdo sciendū q̄ locus diuiditur per locū maximā: ꝛ locum differentiā maxime qui sic inter se differunt: quia locus differētia maxime dicit habitudinē terminorū in qua fundatur ꝛ cōfirmatur argumentū incōplete tamē ꝛ impfecte: ꝛ locus maxīa dicit ꝓpōnē per se notā ꝓpter illā habitudinē terminorū: q̄ cōplete et explicite terminat argumentū: verbi grā arguēdo sic: sortes est hō: ergo sortes est aīal: iſt ꝓbet̄ p locū a specie ad genus ē locus differentia maxime ꝛ terminat imperfecte argumentū q̄r pōt adhuc dubitari qualis est illa habitudo speciei ad genus. sed cū aduenit ista maxima de quocūqz predicatur species ꝛ suū genus: tunc explicite terminat̄ argumentū: ꝛ per hoc habetur sufficientia istorū membrorū: quia omnis locus cōfirmat argumentū: vel ergo cōfirmat explicite ꝛ perfecte: ꝛ sic locus ē maxima. vel implicite ꝛ imperfecte: ꝛ sic est locus differētia maxime. Ex quibus pꝫ q̄ locus differētia maxime via generationis est prior q̄z locus maxima: sꝫ via pfectionis est posterior. ꝛ dī locus maxima p appōnē. Et sic ibi nō ē incōgruitas cōstructionis: maxima enī tenet̄ substātiue ꝛ nō adiectiue. Tertio sciendū q̄ locus maxima idē est q̄ ipsa maxima ꝛ maxima est ꝓpō per se nota qua nō est altera prior neqz notior: ut omne totū est maius sua pte. Et rō diffinitionis est: q̄r in tali ꝓpōne est habitudo īmediata vel per se nota terminorū inter se: ideo cognitis illis terminis intellectus statim apprehendit habitudinē illorū terminorū ꝛ cognoscat ꝓpositionē necessariā que fit ex illis terminis ꝛ illa nō notificatur per aliā propositionē sed per suos terminos: ideo nulla est notior ipsa: ꝛ vocatur maxima: q̄r licet sit parua in quantitate est tamē maxima in virtute: ꝛ in gradu certitudinis: quia potest certificare multas alias propositiōes. Alio nomine dicit̄ dignitas: quia seipsaz significat ut ab intellectu cognoscat̄. Alio modo dicitur cōmunis animi cōceptio: quia ab intellectu multorū faciliter concipitur: idō illam sic diffinit Boetius: cōmunis animi cōceptio est quam quisqz probat auditā. Quarto sciendū q̄ locus differentia maxime ē ille per quē vna maxīa differt ab alia: ut sunt termini habentes necessariā habitudinē inter se: ex qua prouenit necessitas illius maxime: ut iste maxime de quocūqz predicatur species ꝛ suū genus: ꝛ de quocūqz predicatur diffinitio ꝛ diffinitū: differunt per suos terminos: ꝛ illi termini in q̄tū habent habitudinē necessariā ad inuicē vocantur loci differentie maxime. vnde dicūtur loci in q̄tū ex ipsis elicit̄ argumentū: vel in ipsis cōfirmatur. ꝛ dicuntur differētie maxime: in q̄tū faciunt vnā maximam differre ab alis. Cōtra predicta arguitur primo sic: argumentū est mediū argumentationis ꝓbans cōclusionē: ꝛ locus maxima est vna ꝓpositio argumentationis: sed mediū nō cōfirmatur in p̄missis argumentationis: ergo locus maxima nō est sedes argumenti. Secūdo sic: argumentū ꝛ locus idē sunt: ut in isto argumento homo currit: ergo animal currit: homo est argumentū q̄r est mediū ꝓbans conclusionē: ꝛ etiā est locus in q̄tum in ipso est species: ꝛ dicitur locus a specie. sed idem nō cōfirmat seipsum: ergo locus male dicitur sedes argumenti. Tertio sic: locus differentia maxime est pars loci maxime ꝛ in eo continetur. ergo mēbra huius diuisionis coincidunt. Quarto sic: hec est vna maxima: omne totū ē maius sua parte: ꝛ tñ aliquid est notior ipsa: ut ista de quolibet esse vel nō esse de nullo ambo simul: ergo cōtra diffinitionē maxime. Quinto sic: omnis locus est habitudo ut patet in diffinitionibus omniū locorū: sꝫ termini maxime nō sunt habitudo: ergo male dicūtur loci differētie maxime. Ad primū dicitur q̄ licet argumentū q̄tū ad suū materiale qd̄ est terminus: qui est mediū argumētationis nō cōfirmetur per maximā tamē q̄tū ad virtutē ꝓbandi conclusionē confirmatur in maxima per quā virtus argumenti perfecte explicatur ꝛ manifestatur intellectui. Ad secundū dicit̄ q̄ licet locus ꝛ argumentū q̄nqz sint idē materialiter tamē differunt formaliter: ut in illo exēplo predicto hō in q̄tum habet virtutē probandi conclusionē dicitur argumentū ꝛ in q̄tuꝫ est species ꝛ habet habitudinē ad genus dicitur locus ꝛ in ista habitudine cōfirmat̄ virtus q̄ dicitur argumentū. Ad tertiū dicitur q̄ licet in maxima includat̄ materialiter locus differētia maxime tanq̄z pars materialis eius: non tamen formalit̄ ut ptinēs ad formā maxime: idō locus maxima ꝛ locus differētia maxīe nō coincidūt in idem formalit̄. Ad quartū dicit̄ q̄ licet aliq̄ ꝓpō sit simpliciter notior ista oē totū ē maius sua pte: nulla tñ ē notior in suo genere: hoc est q̄ fiat ex eisdē terminis ꝛ in eodē genere vel minorū: q̄r ex talibus terminis nulla cōstituit̄ īmediatior ista. Omne totū est maius sua pte. Ad quintū dī q̄ licet termini maxime s̄m vocē nō sint habitudines: tñ q̄tum ad significata ipsorū important habitudines: q̄r sunt termini cōes: ꝛ tales significant habitudines rerū inter se: ut genus significat habitudinē superioris ad inferiora ꝛ spēs ecōtra.

¶ Locus differētia maxime diuidit̄ p locū intrīsecū ꝛ extrinsecū ꝛ mediū. Locus intrinsecus est qñ sumitur argumētū ab eis que sunt de substantia rei ut a diffinitiōe: ut aīal rōnale mortale currit: ergo hō currit. Locus extrinsecus est qñ sumitur argumētū ab eis q̄ sunt oīno separata a substantia rei ut ab oppositis: ut si queratur vtrū sortes sit albus et terminet̄ sic: sortes est niger: non ergo est albus. Locus medius est qñ sumit̄ argumentū ab eis q̄ partim cōueniūt ꝛ partim disconueniūt cū terminis in q̄stiōe positis: sicut in vniuoco et denominatiuo q̄ dicūtur cōiugata: ut si q̄ratur vtrū iusticia sit bona: ꝛ probetur sic iustū est bonū: ergo iusticia est bona.

Postq̄z auctor determinauit de loco in cōmuni tam diffinitiue q̄z diuisiue: ꝛ posuit diffinitionem loci maxime et etiam loci differentie maxime: hic consequenter diuidit locum dn̄am maxime per locū intrinsecuꝫ extrinsecū ꝛ mediū. Cuius diuisionis ratio est: quia omnis locus differentia maxime importat habitudinem termini inferentis ad terminuꝫ illatum. vel ergo terminus inferens simpliciter conuenit cum termino illato: ꝛ sic est locus intrinsecus. vel disconuenit ab eo: ꝛ hoc est dupliciter: quia vel disconuenit simpliciter vel partim conuenit partim differt. Si primum sic est locus extrinsecus. si secundum sic est locus medius. Primo sciendum est q̄ locus intrinsecus est quando sumitur argumentum ab his que sunt de substantia rei: hoc est quando terminus inferens est de substantia vel essentia termini illati: ut proposita ista questione: vtrum sortes sit animal arguitur sic: sortes est homo ergo sortes est animal: ibi fit

mitur argumentū ab illo termino inferente homo q̄ intrinsece cōuenit cū termino illato .s. cū aīali. Et dr̄ locꝰ intrinsecus: q2 q̄n terminus inferēs est intrinsecus illato vel ecōtra ibi ē intrinseca habitudo inter illos terminos: eo q2 habitudo vniꝰ termini ad aliū nō distinguit̄ realiter a termino cuius est habitudo. nec semꝑ oportet ad talē locū q2 terminꝰ inferēs sit de essentia vel diffinitione termini illati: sꝫ sufficit q2 sit intrinsecꝰ fm̄ aliquē modū essendi in. Secūdo sciendū q2 locus extrinsecus ē q̄n sumit̄ argumētū ab his q̄ sunt oīno sepata a substātia rei. i. q̄n terminꝰ inferēs simplr̄ ē extrinsecꝰ ⁊ discōueniēs cū termino illato: ut arguēdo sic: sortes ē albus. ergo sortes nō est niger terminus inferēs. s. albꝰ est totaliter extrinsecus termino illato. s. nigro ⁊ ꝓpter hāc causā talis locus vocatur extrinsecus. Et lꝫ habitudo localis in illo loco sit quodāmodo intrinseca in termino inferēti tm̄ est extrinseca in ordine ad terminū illatū ⁊ est habitudo negatiua tm̄ inter illos terminos ⁊ nō habitudo positiua sicut in loco intrinseco. Tertio sciendū: q2 locus mediꝰ est q̄n sumit̄ argumentū ab his q̄ ꝑtim ꝯuenit ⁊ ꝑtim differūt cū terminis in q̄stione positis: hoc est q̄n terminus inferēs ꝑtim conuenit cū termino illato: ⁊ ꝑtim differt sicut est inter cōcretū ⁊ abstractū q̄ cōueniunt in re significata: ⁊ differūt in mō significandi: ⁊ cōueniūt in ꝑncipio dictionis: ⁊ differūt in fine sicut est inter cōiugata ⁊ casus. ut si queratur vtrū iusticia sit bona ⁊ ꝓbetur sic. Iustū est bonū ergo iusticia est bona: ibi iustū ꝑtim conuenit ⁊ ꝑtim differt a iusticia. Et dicit̄ talis locus medius: q2 terminus inferēs medio modo se habet ad terminū illatū quantū ad hoc q̄d est cōuenire ⁊ disconuenire: io iste locus quātū ad cōuenientiā ⁊ dr̄iam termini inferentis ⁊ termini illati dicit̄ aliquo mō medius ꝑ ꝑticipationē inter terminū intrinsecū ⁊ terminū extrinsecū. Quarto sciendū: q2 ꝓdicta diuisio loci ꝑ illos tres modos nō est diuisio generis in suas species: q2 locꝰ nō dicitur equaliter de istis tribus membris: sed est diuisio analogi in sua analogata: q2 locus dicit̄ de istis tribus fm̄ priꝰ ⁊ posterius: prius enim dicit̄ de loco intrinseco ⁊ postea de alijs. Et rō est q2 locꝰ est habitudo termini inferētis ad terminū illatū sed in loco intrinseco vbi est habitudo positiua tm̄ est ꝑfectior habitudo q̄ꝫ in loco extrinseco vbi est habitudo priuatiua tm̄: q̄ solū habet cognosci ꝑ respectū ad habitudinē positiuā sicut ꝑuatio cognoscit̄ ꝑ habitū: ⁊ etiā locus medius ꝑticipat rōnē vtriusqꝫ loci q2 habet cōuenietiā cū loco intrinseco ⁊ extrinseco: ⁊ ea ꝑte qua cōuenit cū loco intrinseco ꝑfectior est loco extrinseco: ⁊ per hoc patēt diffinitiones ⁊ cōparatio illoꝝ locorū inter se. Sed cōtra ꝓdicta arguitur primo sic. Locus maxima multiplicat̄ sicut locus dr̄ia maxime: sed locus maxima nō diuidit̄ ꝑ locū intrinsecū extrinsecū ⁊ mediū: ergo male diuiditur hoc modo locus differentia maxime. Scdo sic: locus differētia maxime habet diuidi fm̄ diuersas differentias entis. eo q2 dicat habitudinē termini ad terminū que se tenet ex ꝑte rei significate. sꝫ plures sunt dr̄ie entis q̄ꝫ tres sicut idē: diuersum: actus: potētia: accidēs ⁊ substantia: ⁊ sic de alijs ergo non sunt tm̄ tres modi differentie maxime. Tertio sic: locus dialeticus dicitur fm̄ silitudinē ad locū realem: sed omnis locus realis est extrinsecus locato q2 est subiectiue in locante: ergo omnis locus dialeticus ē extrinsecꝰ ⁊ nullus ē intrinsecꝰ. Quarto sic: omnis locus est habitudo medians inter terminū inferentem ⁊ terminum illatum: ergo omnis locus est mediꝰ.

Quinto sic arguēdo sic: homo currit ergo animal currit terminus inferēs scilicet homo partim conuenit cū termino illato ⁊ partim ab eo differt ⁊ tamen ibi nō est locus medius: sed locus a specie ad genus: ergo male diffinitur locus medius. Ad primū dicitur: q2 licet non ponatur explicite diuisio loci maxime: tamen satis ponitur implicite: quia potest intelligi multiplicatio eius per diuisionem loci differentie maxime: quia variatis terminis qui sunt differentie maxime secundū diuersos locos etiam variantur maxime que formantur secundū habitudinis illoꝝ terminorū. ideo in quolibet loco speciali fit vna maxima specialis. Ad secundum dicitur: q2 licet diuisio loci differētie maxime sumatur secundū aliquas differentias entis scilicet secundū idem diuersum ⁊ partim idem ⁊ partim diuersum: non tamen sumitur secundū omnes differentias entis: ideo non oportet q2 sint tot modi locorū quot sunt modi entis. Ad tertiū dicitur: q2 licet locus dialeticus habeat similitudinē cum loco naturali in eo q2 est conseruatiuus ⁊ generatiuus argumenti: sicut locus naturalis est conseruatiuus locati: nō tamen sumitur secundū illā similitudinē que est esse extrinsecū: quare nō oportet q2 omnis locus differētia maxime sit extrinsecus. Ad quartū dicitur: q2 negatur cōsequētia. ⁊ ratio est: quia nō dicitur locus medius eo q2 sit habitudo medians inter illos duos terminos. sꝫ quia terminus inferens partim cōuenit cū termino illato ⁊ partim differt ab eo.

Ad quintū dicitur: q2 licet homo ⁊ animal ꝑtim cōueniant ⁊ differāt: tm̄ hō ibi nō infert animali illo argumēto inquantū est cōueniens ⁊ differens simul: sed ratione cōuenientie tantū: io ibi est locus intrinsecus.

¶ Locus intrinsecus diuidit̄ ꝑ locū a substātia ⁊ ꝑ locū a ꝯcomitātibꝰ substātiam. Locꝰ a substātia est q̄n sumit̄ argumētū a substātia terminoꝝ positoꝝ in questiōe. Et diuidit̄ hic locꝰ ꝑ locū a diffinitiōe ⁊ locū a descriptione ⁊ locum a nominis interpretatione.

Postq̄ꝫ auctor posuit diuisionē loci differentie maxime et diffinitiōes mēbroꝝ eiꝰ. Hic ꝑnter subdiuidit vnū mēbrū illius diuisionis. s. locū intrinsecū dicēs: q2 locꝰ intrinsecꝰ diuidit̄ ꝑ locū a subā ⁊ ꝑ locū a ꝯcomitātibꝰ subāꝫ. Cuiꝰ rō ē: q2 in oī loco intrīseco terminꝰ inferēs aliq̄ mō facit vnū cū termino illato vel ergo dicit cōuertibiliter totā substantiā termini illati vel dicit aliq̄d cōcomitās illā substantiā: ⁊ nō dicat cōuertibiliter illā substantiā fm̄ se totā. Si primū sic ē locus a substātia. Si secūdū sic est locus a cōcomitantibus substantiā. ⁊ q2 terminꝰ dicēs ꝯuertibiliter totā substātiam alterius ꝑfectiorē habet habitudinē ad alterū q̄ꝫ ille q̄ nō dicat cōuertibilit̄ ipsam: io locꝰ a substātia ꝑfectior est q̄ꝫ locꝰ a cōcomitātibꝰ subām. Primo sciēdū: q2 locꝰ a substantia est q̄n terminꝰ inferens dicit cōuertibiliter totā substātiā termini illati: ut arguēdo a diffinitiōe ad diffinitū: et nō oportet ad talem locū q2 semꝑ terminus inferēs explicet substantiā termini illati: q2 locus a diffinito ad diffinitionē est locus a substātia: ⁊ tm̄ diffinitū nō explicat naturā diffinitionis nec descriptū respectu descriptōis: io nō semꝑ oportet q2 terminus inferēs dicat explicationē alterius: sed sufficit q2 dicat cōuertibiliter totā substantiā eiꝰ. ⁊ ideo in textu sic diffinitur: locus a substantia est quādo sumitur argumētū a substantia terminorū in questiōe positorū: quod debet intelligi a substantia: hoc est ab illo quod dicit conuertibiliter totā substantiam rei. Et nō capitur ibi substantia generaliter pro quocūqꝫ esse rei: ut sumitur in diffinitiōe loci intrinseci alias nō differret diffinitio loci intrinseci a diffinitione loci ad substātiā. Secūdo sciendū: q2 locus a cōcomitantibus substantiā est q̄n sumit̄ argumētū ab his q̄ cōueniūt cū substantia rei: nō tamē dicūt ꝯuertibiliter totā substantiam eius: ut quādo terminꝰ inferens cōuenit cū termino illato: non tamē conuertibiliter: ut arguēdo a parte ad totum: vel a toto ad partem. vel a causa ad effectū: vel econtra. in talibus enim terminus inferēs semper facit aliq̄ modo idē cū termino illato nō tamē cōuertibiliter. ⁊ non oportet in tali loco q2 semper terminus inferens sit vnū in essentia cū termino illato: sed sufficit q2 fm̄ aliquē modum essendi in includatur in eē eius ⁊ facit vnū cū ipso in rōne inferētis ⁊ per respectū ad argumētū q̄d infert terminū illatū positū in q̄stione. Tertio sciēdū: q2 locus a substātia diuiditur ꝑ locū a diffinitione a descriptiōe ⁊ a nominis interꝑtatione. Cuiꝰ rō est: q2 in loco a substātia vnꝰ terminoꝝ sꝫ dicit explicationē alteriꝰ: licet nō semꝑ terminus inferēs dicat explicationē termini illati ut prius dictū est: sed ab ipso denominat̄ locus: vel ergo talis explicatio sumit̄ a ꝑncipijs

essentialib⁹ rei: ⁊ sic est locus a diffinitione: vł a ꝓprietatib⁹ ei⁹ ⁊ hoc dupliciter: vel sumit a ꝓprietatib⁹ rei ſm se: vł ab ipsis ꝓprietatibus inquātū ab ipsis fit impositio nois. Si ꝓ mū sic est locus a descriptiōe: si scðm sic ē locus a nois interpretatiōe. diffinitio .n. explicat eē rei ꝑ eēntialia ⁊ descriptio idē explicat ꝑ accidētalia ipsi⁹: ⁊ interpretatio explicat ipm ꝑ ꝓprietates a quibus nomē imponitur: ⁊ ạ̄ñqꝫ vocat diffinitio quid nois. Quarto sciēdū: ꝙ diffinitio dupliciter ꝯsideratur. vno mō quātū ad eius substantiā ꝓut dicit ꝑn cipia essentialia diffiniti: ⁊ sic ipsa est mediū sillogismi demōstratiui ⁊ ab ea sumitur locus demōstratiuus ⁊ nō dialecticus. Alio mō cōsideratur in quātū sumitur sub illa intētione secūda q̄ est diffinitio ⁊ hoc dupliciter quia vł sumitur ꝑ respectuꝫ ad predicata que notion modo cōueniunt diffinito q̄ꝫ diffinitioni ⁊ sic ab ea sumitur locus sophisticus ⁊ arguitur ſm fallaciam petitionis principij. Alio modo sumitur respectu predicatorū que notion modo conueniunt diffinitioni q̄ꝫ diffinito: ⁊ hoc modo ab ea sumitur locus dialeticus ⁊ hoc modo hic consideratur: ⁊ per hoc patet diuisio ⁊ subdiuisio loci intrinseci. Contra predicta arguitur primo sic: a causa efficiēte sumitur locus intrinsecus: ⁊ tamen nō est locus a substantia ut patet in textu nec etiā a ꝯcomitātib⁹ substātiā qꝛ causa efficiēs nō cōcomitat suū effectū ꝫ est sibi extrinseca: ergo insufficienter diuiditur loc⁹ intrinsecus in textu. Secūdo sic arguendo a genere ad speciem sumitur argumentū a substantia terminorū in questiōe positorū: ⁊ tamē ibi nō est locus a substantia: ergo contra diffinitionē loci a substantia. Tertio sic: illa q̄ cōcomitantur substantiā rei sunt extra ipsam substantiā: ergo qñ sumitur argumētū a ꝯcomitātib⁹ subām sit loc⁹ extrinsec⁹ ⁊ nō intrisec⁹. Quarto sic: ab eodem non sumitur locus dialeticus ⁊ sophisticus cum inter se oponantur: sed a diffinitione sumitur locus sophistic⁹ ergo ab ipsa non sumitur locus dialeticus: ergo contra diuisionē loci a substantia. Quinto sic: locus a diffinito ⁊ a descripto sunt loci a substantia ⁊ tñ nō ponuntur in ista diuisione loci a substantia: ergo ipsa est insufficiens. Ad primū istorū dicitur: ꝙ licet causa efficiens sit extrinseca effectui secundū esse: tñ ſm virtutē est aliq̄ mō intrinseca ⁊ aliquo modo facit vnū cū ipso: ⁊ ſm illam virtutē se habet ut terminus inferēs respectu effectus: ⁊ etiā respectu illorū duorū ꝑdicatoꝝ .s. bonū ⁊ malū. Ad secū dū dicitur: ꝙ licet gen⁹ sit de substātia speciei ꝑ modū ꝑncipij tñ nō dicit totā substātiā spēi cōuertibiliter: ideo arguēdo a genere ad speciē nō arguit a substātia rei eo mō q̄ intelligitur in diffinitione loci a substantia. Ad tertiū dicitur: ꝙ licet illa q̄ ꝯcomitātur substantiā nō sint intrinseca essentialiter: tamē bñ sunt intrinseca ſm aliquē modū cēndi ⁊ hoc sufficit ad locū intrinsecū. Ad quartū dicitur ꝙ ab eodē vno mō capto nō sumitur locus dialeticus ⁊ sophisticus: ꝫ bene ab eodē sumpto diuersimode: modo sic est de diffinitione ut dictum est in quarto notabili. Ad quintū dicitur: ꝙ licet in ista diuisione loci a substantia non ponatur explicite locus a diffinito tamen subintelligitur per locū a diffinitione: ⁊ similiter diceretur de loco a descripto: ⁊ ab interpretato quia omnia ista correlatiue se habent in ordine ad diffinitionē: descriptionē ⁊ interpretationē: ⁊ etiā locus qui fit a diffinitione causali que datur per causas efficientes vel finales sub loco a descriptione cōprehenditur quia illa reducuntur ad diffinitionem descriptionis.

Diffinitio est oratio quid est esse rei significans ꝑ substantialia. Locus a diffinitione ē habitudo diffinitionis ad diffinitū. Et cōtinet quattuor argumēta ⁊ quattuor maximas. Primo subijciendo diffinitionē affirmatiue. Secūdo predicādo eaꝫ affirmatiue. Tertio subijciendo eā negatiue. Quarto predicando eā negatiue. Exēpla omniū horū sunt hec. Animal ratiōale mortale currit: ergo homo currit. Unde locus a diffinitiōe: maxima. Quicquid ꝑdicatur de diffinitione ⁊ de diffinito. Sortes est animal rationale mortale: ergo sortes est homo. Uñ locus a diffinitione. maxima. De quocunqꝫ predicatur diffinitio ⁊ diffinitum. Animal ratiōale mortale nō currit: ergo homo non currit. Loc⁹ a diffinitione. maxima. Quicq̄d remouet de diffinitiōe ⁊ a diffinito. lapis nō est animal rōnale mortale: ergo lapis nō est hō. locus a diffinitiōe. maxima. A quocūqꝫ remouet diffinitio ⁊ diffinitū. locus a diffinito ē habitudo diffiniti ad diffinitionē. Et cōtinet similiter quattuor argumēta ⁊ q̄ttuor maximas: primo subijciēdo diffinitū affirmatiue: ut hō currit: ergo animal rationale mortale currit. Loc⁹ a diffinito. maxima. Quicq̄d ꝑdicat de diffinito ⁊ de diffinitione. Scðo sic ꝑdicādo affirmatiue. Sor. ē homo ergo sortes est animal rōnale mortale. locus a diffinito. maxima. De quocūqꝫ predicatur diffinitū ⁊ diffinitō. Tertio subijciendo eū negatiue sic. Hō nō currit ergo animal rōnale mortale nō currit. locus a diffinito. maxima. Quicq̄d remouetur a diffinito ⁊ a diffinitione. Quarto ꝑdicādo eū negatiue sic: lapis nō est hō: ergo lapis nō est animal rationale mortale. locus a diffinito. maxima. A quocūqꝫ remouetur diffinitū ⁊ diffinitio. Et sciendū ꝙ in omnibus locis denominatur loc⁹ ab inferēte: ⁊ nō ab illato. Uñ quādo diffinitio est inferens: est locus a diffinitione. q̄n do autē diffinitū est inferēs est locus a diffinito: quia inferens est agens: ergo ab inferente debet denominari locus: vł a differentia maxime ⁊ nō ab illato.

Postq̄ꝫ auctor ꝑmisit diuisionēꝫ loci a substantia. Hic ꝯñter determinat de mēbris ei⁹: ⁊ ꝑmo de loco a diffinitiōe: qꝛ ē ꝑfectior alijs. ⁊ incipit determinare in spāli de sillogismo dialetico ostendendo quō in ꝑticulari formatur ſm diuersos locos spāles. ⁊ qꝛ loc⁹ a diffinitiōe ꝑsupponit ipsam diffinitionē: qꝛ ꝑ eā diffinitur: ideo auctor pri⁹ ostēdit q̄d sit diffinitio dicēs: ꝙ diffinitio est oīo indicās q̄d est eē rei ꝑ essentialia: et dicit oratio eo ꝙ est quoddā cōplexū includēs diuersa principia diffiniti. s. gen⁹ ⁊ differētiā. quod quidē ꝯplexū est oīo imꝑfecta ⁊ significat q̄d ē eē rei: qꝛ explicat ꝑncipia eēntialia spēi ex q̄bus cōstat tota q̄ditas spēi. s. gen⁹ ⁊ differentiam: q̄ dicūt totū esse essentiale eius a prima potentia vsqꝫ ad vl-

timū actū transeundo per oēs actus inter medios. Et solū hic diffinitur diffinitio pro diffinitōe quidditatiua q̄ est simpliciter diffinitio: ⁊ non pro diffinitione causali que datur per causas extrinsecas diffinitinec pro diffinitione descriptiua: nec quid nominis. Primo sciendū: ꝙ locus a diffinitiōe est habitudo diffinitiōis ad diffinitū: ⁊ illa hītudo ē hītudo idemptitatis ⁊ conuertibilitatis: quia diffinitio dicit idem essentialiter ⁊ conuertibiliter cum diffinito. ⁊ inde ꝓuenit ꝙ quicq̄d affirmatur vel negatur de diffinitione: etiā affirmatur vel negatur de diffinito. ⁊ econtra de quocūq̄ verificatur diffinitio vel negatur: ⁊ etiam diffinitū: ⁊ ecōtra. et continet iste locus quattuor argumenta ⁊ quattuor maximas: primo subyciendo diffinitionem affirmatiue. secundo predicando. tertio subyciendo negatiue. ⁊ quarto predicando negatiue. quorū exempla ⁊ maxime satis patent in textu. ⁊ causa illarū maximarum redditur propter habitudinem diffinitionis ad diffinitum. Secundo sciendū: ꝙ licet diffinitio sit eadē essentialiter cū diffinito: tamen differt secundū rationem accidentalem ab eo: quia diffinitio dicit principia diffiniti que naturaliter precedunt diffinitum. ⁊ capitur sub modo plurium. diffinitum vero sequitur illa principia: ⁊ se habet per modum vnius compositi ex illis principijs. ⁊ arguendo a diffinitione ad diffinitum oportet arguere ab ipsa eo modo quo est eadem ⁊ conuenit cum diffinito et nō ea parte qua differt ab ipso: quia sic non argueretur ab ea in quantū diffinitio est. ⁊ similiter arguendum est a diffinito ad diffinitionem: ideo non sequitur animal rationale est oratio: ergo homo est oratio. quia ibi arguitur a diffinitione ea parte qua differt a diffinito: ⁊ non in quantū ipsa ē diffinitio: ⁊ cōmittitur fallacia accidentis. Similiter nō sequitur: homo est diffinitum: ergo animal rationale est diffinitum propter eandem causam: et similiter diceretur de multis alijs. Tertio sciendum ꝙ locus a diffinito est habitudo diffiniti ad diffinitionem: ⁊ tenet quattuor modos sicut locus a diffinitione: primo subyciendo diffinitum affirmatiue: secundo predicando diffinitum affirmatiue. tertio subyciendo diffinitum negatiue. quarto predicando diffinitū negatiue. quorū modorū exempla ⁊ maxime satis patent in textu. Ratio autē quare loc⁹ a diffinito similiter tenet sicut locus a diffinitione est. quia sicut diffinitio dicit essentialiter ⁊ conuertibiliter idem cum diffinito: ita diffinitum cum diffinitione. ⁊ ꝙ propter illam idemptitatē capiuntur modi quattuor arguendi a diffinito ad diffinitionem: sicut etiam capiuntur quattuor modi arguendi a diffinitione ad diffinitū eo ꝙ vtrunq̄ habet ad aliud similem habitudinem.

Quarto sciendū: ꝙ locus semper denominatur a termino inferente ⁊ non a termino illato. Cuius ratio est ꝙ locus est habitudo confirmatiua argumenti ꝑ quam accipitur probatio consequētis ⁊ termini illati. sed illa habitudo confirmatiua argumenti ⁊ virtus probatiua ipsius cōsequētis est in ipso termino inferente scilicet in medio ⁊ nō in termino illato: ideo locus semper denominatur a termino inferente ⁊ non a termino illato ⁊ propter hoc quando in antecedente ponitur diffinitio dicitur locus a diffitione: ⁊ quādo ponitur diffinitū dicitur locus a diffinito. tamen locus nō denominatur a termino inferente materialiter accepto sed a termino accepto formaliter. s. sub illa intentione ⁊ ratione qua est termin⁹ inferens: ideo cū dicitur sortes est homo igitur sortes est animal q̄uis homo sit quoddā diffinitū: tamen nō dicitur ibi esse locus a diffinito vel ab homine: quia homo non est termin⁹ inferens sub ratione diffiniti siue hominis sed sub ratione speciei: ideo dicitur locus a specie: ⁊ per hoc patent loci a diffinitione ⁊ a diffinito. Contra predicta arguitur primo sic: vnūquodq̄ capit denominationem a suo vltimo actu: sed differētia est vltimus act⁹ diffinitionis: ⁊ ab ipsa diffinitio redditur conuertibilis cū diffinito: ergo differentia cū predicetur in quale tota diffinitio debet predicare in quale: ⁊ sic diffinitio non significat quid est esse rei. Secūdo sic arguēdo sic: animal rationale currit ergo homo currit est petitio principij ergo ibi incōuenienter arguitur a diffinitiōe ad diffinitum nec ille tenet subyciendo affirmatiue diffinitiōem. Tertio sic: hec est demōstratio homo est animal rationale: ergo homo est risibile: ergo predicando diffinitionem affirmatiue de diffinito non est locus dialeticus sed demonstratiuus. Quarto sic: eadē est habitudo medians inter diffinitiōem ⁊ diffinitum et econtra sicut eadem est via de sursum ad deorsum ⁊ ecōtra ergo cum locus sit habitudo termini ad terminum sequit̄ ꝙ locus a diffinitiōe ⁊ a diffinito nō distinguūtur. Quinto sic vnūquodq̄ capit denominationem a fine ut habetur in secundo de anima: sed terminus illatus in loco se habet ꝑ modum finis: ergo denominatio loci debz fieri ab ipso ⁊ nō a termino inferente. Ad primū dicitur ꝙ licet differētia predicetur in quale non tamē diffinitio: ⁊ ratio est: quia solū illud predicatur in quale q̄d dicit actū qualificantē ⁊ determinantē potentiā precedentē ipsum: sicut differentia qualificat genus quod determinat sed diffinitio cū dicat totū esse speciei a prima potentia vsq̄ ad vltimū actū non presupponit aliquā potentiā quā qualificet: ideo nō predicatur in quale: nec differentia est ꝓprie vltimus actus diffinitionis: sed esse aggregatū ex genere ⁊ differentia: ideo. Ad secundū dicitur: ꝙ si in illo argumento consequens sit notius respōdenti q̄z antecedēs: tūc ibi est petitio principij: hoc est si illō ꝓdicatū currit notius dicatur de diffinito q̄z de diffinitione in ordine ad ipsum sed si econtra in ordine ad respōdentem antecedēs sit notius consequēte ibi est bonus locus dialeticus: q̄z ad locū dialeticū non oportet semper ꝓcedere a notioribus simpliciter: sed a notioribus respectu respōdentis ⁊ in eodem argumento respectu diuersorū respondentiū potest esse locus dialeticus ⁊ petitio principij secūdū ꝙ vni antecedens erit notius ⁊ consequens alteri. Ad tertiū dicitur: ꝙ si in illa argumētatione ostendatur conclusio ꝓpter habitudinem ipsorū principiorū hoīs animal rationale ad illam passionē q̄ est risibile ibi est bona demōstratio ⁊ ostēditur propria passio subiecti ꝑ propria principia eius: sed si ostendatur illa cōclusio virtute habitudinis diffinitiōis ad diffinitū scilicet in q̄ztum animal rationale est diffinitio istius diffiniti quod est homo ⁊ ut illa habitudo fundatur in illa intentione cōmuni que est diffinitio ibi est locus dialeticus. Ad quartū dicitur: ꝙ licet a diffinitiōe ad diffinitū ⁊ econtra sit eadem habitudo materaliter: est tamē differens formaliter in q̄ztū virtus ꝓbatiua sumitur a diffinitione vel a diffinito. Ad quintū dicitur: ꝙ licet in his q̄ dicunt causalitatē terminus semꝑ a fine fiet denominatio: nō tū in his que dicunt causalitatē efficientis s; ibi sumitur denominatio ab efficiente: mō locus dicit causalitatē efficientis ⁊ illud efficiens est terminus inferens: adeo habet denominari a termino inferente ⁊ non a termino illato.

Descriptio est oratio esse rei significās per accidentalia: ut animal risibile est descriptio hominis. vel sic. Descriptio ē oratio constans ex genere ⁊ ꝓprio: ut animal risibile. Locus a descriptione est habitudo descriptionis ad descriptū. Et cōtinet quattuor argumenta ⁊ quattuor maximas sicut locus a diffinitione ⁊ formātur argumenta ⁊ maxime hic sicut ibi nisi ꝙ ibi ponitur diffinitio: hic aūt descriptio.

Postq̄z auctor determinauit de loco a diffinitiōe ⁊ diffinito. Hic consequenter determinat de loco a descriptione ⁊ descripto: primo diffiniēs descriptionē. cuius cognitio requiritur ad cognitiōem loci a descriptiōe dicens. Descriptio est oratio significās quid est eē rei ꝑ accidētalia. ⁊ dr̄ orō quia descriptio cōponitur ex plurib⁹ quorum vnum contrahit aliud: ⁊ est quoddam cōplexū: vt aial risibile. et ponitur hic orō loco generis. deinde ponitur significās q̄d est eē rei per accidentalia: ad differentiam diffinitionis que significat eē rei per essentialia. Et ratio huius assignari potest: quia illud quod significat esse rei per ea q̄ ꝯsequūtur eius in specie

cōpletū explicat ipsum per accidentalia: cum omnia consequentia esse rei in specie cōpletū sint accidentalia. seu descriptio explicat esse rei p illa que consequūtur ens in specie cōpletū: ideo explicat ipsum esse per accidentalia. Primo sciendū: q duplicia sunt accidentia. Quedaʒ sunt cōmunia que consequūtur principia indiuidui. Alia sunt propria q fluunt a principijs speciei. Descriptio aūt habet dari p accidentia propria ⁊ nō cōmunia nisi inquantū plura accidentia cōmunia capiuntur loco vnius proprij secundū q vltimū illorū restringit alterū: ⁊ per hoc faciūt vnū conuertibile cū descripto. verbi gratia: gressibile bipes sunt ambo accidentia cōmunia respectu hominis: ⁊ tamē hoc aggregatū gressibile bipes est vnū cōuertibile cū homine eo q vnū cōcrabit aliud: ⁊ ecōtra. ⁊ ideo illud aggregatū equipollet vni accidenti proprio q̄uis sint ibi plura accidentia cōmunia. Et debʒ sic intelligi diffinitio: descriptio est oratio significās esse rei per accidentalia: hoc est p accidentia propria vel cōmunia appropriata. Et melius dicitur per accidentalia q̄ʒ per accidentia. quia quādoqʒ descriptio datur per inferiora alicui⁹ superioris: ⁊ q̄nqʒ p modos essendi subiecti. ⁊ ista non sunt vera accidentia: sed bene dicuntur accidētalia q̄ habent modū accidētiū. Secūdo sciendū: q aliter sic diffinitur descriptio. Descriptio est oratio constans ex genere ⁊ proprio: ut animal risibile est descriptio hominis ⁊ includit genus ⁊ propriū eius. aliter tamē ponitur genus in diffinitione ⁊ descriptione: quia genus consideratū vt est principiū formale ⁊ essentiale speciei ponitur in diffinitione quidditatiua: s3 ut ē principiū effectiuū proprij quod causatur effectiue a genere ⁊ differentia ponitur in descriptione. vñ descriptio dupliciter capitur. vno modo generaliter pro quacūqʒ oratione que explicat esse rei per accidentalia siue sint propria siue appropriata: siue sint cause extrinsece ex quibus fit diffinitio causalis: ⁊ sic capitur descriptio in prima diffinitione. Alio modo capitur specialiter solū pro illa oratione que fit ex genere ⁊ proprio accidente: ⁊ hoc modo capit᷑ descriptio in hac diffinitione eius: ideo he diffinitiones diuersimode dantur de descriptione. Tertio sciendū: q descriptio causat locū a substantia: quia dicit idē realiter ⁊ cōuertibiliter cū descripto. ⁊ quicquid verificatur de vno: verificatur etiā de alio. ⁊ de quocūqʒ verificatur descriptio ⁊ descriptū: ⁊ econtra propter conuertibilitatē eorū ad inuicē. et licet descriptio explicet esse rei p accidentalia q̄ cōcomitantur substantiam rei: tamē ipsa accipitur ⁊ supponit pro eodē in substantia cū suo descripto ut dicendo animal risibile currit: ergo homo currit: ibi animal risibile supponit p eisdē suppositis ⁊ p eodē in substantia sicut homo: ideo facit locū a substantia. Quarto sciendū: q locus a descriptione est habitudo descriptionis ad descriptū: q̄ quidē habitudo est habitudo conuertibiliū ad inuicē ⁊ continet q̄tuor argumenta ⁊ quattuor maximas. Primo subijciendo affirmatiue descriptionē. Scd̄o predicādo eā affirmatiue. Tertio subijciendo negatiue. Quarto predicando negatiue. exempla ⁊ maxime eodē mō hic accipiunt᷑ sicut in loco a diffinitione mutando solū diffinitionē in descriptionē ⁊ capiendo descriptū loco diffiniti. Sed locus a descripto ē habitudo descripti ad descriptionē. ⁊ habet quattuor argumēta ⁊ quattuor maximas ut p̄cedens scilicet subijciēdo affirmatiue ⁊ predicando affirmatiue ⁊ subijciendo negatiue ⁊ p̄dicando negatiue: ⁊ eodem modo formando argumenta ⁊ maximas sicut in loco a diffinito: ⁊ sic patet de loco a descriptione ⁊ descripto. Contra predicta arguitur primo sic: si descriptio diffiniatur hoc erit p aliā descriptionē cū ipsa nō habeat diffinitionē quidditatiuā cū sit quoddā cōplexū ⁊ iterū illa descriptio per quā describeretur haberet aliaʒ descriptionē eadē ratione ⁊ sic esset processus in infinitū qđ est incōueniēs ergo descriptio non pōt diffiniri. Secūdo sic: qđ significat accidentia rei non significat esse rei. sed descriptio significat accidentia rei: q2 datur solū per accidentalia: ergo nō significat esse rei. Tertio sic: omnis descriptio debet dari p accidentalia speciei: sed genus ⁊ propriū ambo sunt essentialia speciei: quia genus est de essentia eius ⁊ propriū immediate consequitur eius essentiā ergo nulla descriptio datur per genus ⁊ propriū. Quarto sic: dicendo homo est animal risibile: ergo homo nō est lapis ibi ē habitudo descriptionis ad descriptū ⁊ ecōtra: ⁊ tamē ibi nō est locus a descriptione nec a descripto: sed a disperatis ergo cōtra diffinitiones illorū locorū. Quinto sic: nō sequit᷑ animal risibile componitur ex genere ⁊ p proprio: ergo homo cōponitur ex genere ⁊ proprio: ⁊ tamē ibi arguitur a descriptiōe ad descriptū subijciendo descriptionē affirmatiue: ergo iste locus a descriptione nō est bonus. Ad primū dr̄: q descriptio accepta sub intentione incōplexa diffinit᷑ per aliam descriptionē: ⁊ illa descriptio nō habet vlterius diffiniri per aliā eo q est quoddā complexū cū hoc q2 talis descriptio est particularis: mō particularium non est diffinitio nec descriptio. ideo non oportet procedere in infinitū in descriptionibus. Ad secūdū dicitur: q licet descriptio q̄ datur solū per accidentalia de suo formali significato: tñ significet accidētia rei tñ de suo materiali significato importat esse essentiale rei quod per illa accidētia explicatur a posteriori ⁊ etiā supponit p essentia rei. Ad tertiū dr̄: q licet gen⁹ ⁊ propriū sint essentialia speciei inq̄ʒtū respiciūt essentiā eius: tñ pñt dici accidentalia inq̄ʒtū genus ē causa effectiua proprij et propriū consequitur totū esse cōpletū spēi: q2 etiā genus et dr̄ia nō causant ipsum propriū nisi post esse cōpletū spēi: ideo genus aliquo modo cōsequitur esse spēi inq̄ʒtū est causa proprij. Ad quartū dr̄: q licet in illo argumento sit habitudo descriptionis ⁊ descripti inter terminos antecedētis non tñ inter terminū inferentē ⁊ terminū illatū q2 animal risibile est ibi terminus inferens. cū sit mediū. ⁊ lapis est terminus illat⁹ ⁊ inter ipsos non ē habitudo descriptionis ad descriptū nec econtra. Ad quintū dicitur: q ibi nō arguitur a descriptione ea parte qua cōuenit cū descripto sed ea parte qua differt ab ipso: ideo ibi committitur fallacia accidētis nec bene arguitur per locum a descriptione.

¶ Interpretatio est duplex. Quedā enim est q̄ nō cōuertit᷑: ut ledēs pedē est interpretatio huius qđ dico lapis. Alia aūt q̄ conuertit᷑: ut amator sapiētie ē interp̄tatio huius qđ dico phs: ⁊ hoc mō sumit᷑ hic ⁊ diffinitur sic. Interp̄tatio est expositio vnius vocabuli min⁹ noti p magis notū. loc⁹ a nōis interp̄tatiōe ē habitudo interp̄tationis ad interp̄tatū. Et cōtinet tot argumēta: ⁊ tot maximas sicut p̄dicta: ut amator sapiētie currit: ergo phs currit. locus a nōis interp̄tatiōe. maxima. Quicqđ p̄dicat᷑ de interp̄tatiōe ⁊ de interp̄tato: et si a pte p̄dicati: vt sortes est amator sapiētie: ergo sortes est philosophus. maxima. De quocunqʒ p̄dicatur interp̄tatio et interp̄tatū. negatiue sic. Amator sapiētie non inuidet: ergo philosophus nō inuidet. loc⁹ a nōis interpretatione. maxima. Quicqđ remouetur a nōis interpretatiōe ⁊ a nōis interp̄tato. ⁊ silr̄ in p̄dicato. maxima. A quocūqʒ remouetur interp̄tatio ⁊ interp̄tatū. Et nota q tot argumenta sumuntur ab interpretato quot ab interp̄tatione sicut in diffinito et descripto similiter sicut dictum est.

Postq̄ȝ auctor determinauit de loco a descriptiõe ad descriptũ: ⁊ ecõtra. Hic consequenter determinat de loco ab interpretatione ad interpretatũ: ꝑrimo distinguẽdo modos interpretationis: quia quedam est interpretatio nõ conuertibilis cũ interpretato: ⁊ hec est duplex. q2 quedã est in plus ⁊ excedit interpretatũ: ut ledens pedem est interpretatio lapidis: ⁊ de pluribus verificatur q̄ȝ lapis. Alia est excessa ab interpretato que de paucioribus verificatur q̄ȝ interpretatũ: sicut perfectũ ⁊ perfecte factũ. naȝ perfectũ dicitur de deo ⁊ creaturis. sed perfecte factũ solũ dicitur de creaturis. Alia est interpretatio conuertibilis cum interpretato: ut amator sapientie est interpretatio huius nominis philosophus: ⁊ cõuertitur cũ ipso. dicitur enim philosophus a philos qđ est amor: ⁊ sophos sapientia: quasi amator sapiẽtie. ꝑrimo sciendũ: q ab interpretatione nõ cõuertibili nõ sumit loc⁹ a substantia: eo q non dicit idem cõuertibiliter cũ interpretato: quod tamen requiritur in loco a substantia: sed ab ea sumitur locus sophisticus si sit cõmunior ipso interpretato sed ab interpretatione cõuertibili ad interpretatũ tñ sumitur locus dyalecticus q̄ est locus a substantia: q2 talis interꝑtatio dicit idẽ cõuertibiliter ⁊ realiter cũ suo interpretato: ⁊ de ipsa solũ est hic ad propositũ: ⁊ diffinitur sic. Interpretatio est expositio vnius nois minus noti ꝑ aliud nomen magis notũ. Secũdo sciendũ: q ethimologia trãslatio ⁊ interpretatio sic inter se differũt: q2 ethimologia est expositio vnius dictionis ꝑ alias dictiones eiusdẽ ydiomatis ut dr̄ sol quasi sup omnia lucẽs. ⁊ luna dr̄ q̄si luce nitẽs aliena. Sed translatio ẽ mutatio ẜmonis de vno ydiomate in aliud: ut cũ mutatur grecũ in latinũ ut kyrios grece ẽ dñs latine. Sȝ interpretatio est qñ vna dictio exponit ꝑ alias dictiões eiusdẽ ydiomatis vel diuersorũ ⁊ sic interpretatio est superi⁹ ad ethimologiã ⁊ distinguit̃ cõtra translationẽ in qua nõ est expositio nois: sed mutatio sermonis in sermonẽ extrinsecũ: ideo ab ipsa sumit̃ locus extrinsecus. sȝ in alijs sumitur loc⁹ intrinsecus qui generaliter dicitur locus ab interpretatiõe ad interpretatũ. Tertio sciendũ: q locus ab interpretatione est habitudo interpretatiõis ad interpretatũ: ⁊ tenet quattuor modos sicut ꝑcedentes. ꝑrimo subijciẽdo interpretationeȝ affirmatiue. Secũdo predicando affirmatiue. Tertio subijciẽdo negatiue. Quarto predicando negatiue. ⁊ formantur argumenta ⁊ maxime sicut in ꝑcedẽtibus. Sȝ locus ab interpretato est habitudo interpretati ad interpretationẽ: ⁊ tenet etiã q̄druplici ter sicut loc⁹ ab interpretatione. Rõ est q interpretatio ⁊ interpretatũ inter se cõuertuntur: ideo vtriusq3 ad alterum habitudo eodẽ modo tenet ⁊ possunt eodẽmodo formari argumenta ⁊ maxime sicut in ꝑcedentibus. Quarto sciẽdũ: q preter istos locos a substantia prius positos sunt adhuc alij plures loci minus ꝑncipales reducibiles ad predictos. Locus a sinonimo ad sinonimũ ut tullius currit: ergo marcus currit. Et a differentia magis ꝓpria ad speciẽ ut rõnale currit: ergo homo currit: vel ecõtra locus a specie ad differentiã. Et locus a ꝓprio ad speciem ⁊ ecõtra ut risibile est animal ergo homo ẽ aial. Et locus ab exponentibus ad expositũ vel ecõtra ut homo currit ⁊ nihil aliđ ab hoie currit: ergo tantũ homo currit. Vnde locus a sinonimo ad sinonimũ ⁊ a differentia ad specieȝ ⁊ ecõtra reducuntur ad locũ a diffinitione vł a diffinito: q2 ibi terminus inferens idem dicit essentialiter ⁊ conuertibiliter cum termino illato ⁊ inde sumitur virt⁹ probatiua in loco a diffinitione vel a diffinito. Sed locus a ꝓprio ad speciem reducitur ad locũ a descriptiõe eo q ꝓpriũ se habet tanq̄ȝ vltima differentia in descriptione. Et locus a specie ad propriũ reducitur ad locũ a descripto. Sed loc⁹ ab exponentibus ad expositũ reducitur ad locum ab interpretatione. vnde generaliter in omni loco a substantia terminus inferens ⁊ terminus illatus cõuertuntur inter se: ⁊ propter illam conuertibilitatẽ sumunt̃ omnes loci ⁊ maxime a substantia. Et posset poni vnus locus generalis. Locus a conuertibilibus in quo ꝯtinentur generaliter omnes loci a substantia. ⁊ posset argui quattuor modis per illũ locũ ⁊ etiaȝ possunt formari quattuor maxime. ꝑrima est quicq̄d verificatur de vno conuertibiliũ verificatur de reliquo. Secũda est de quocunq3 verificatur vnũ conuertibiliũ ⁊ reliquum. Tertia est quicquid negatur de vno conuertibilium negat̃ de alio. Quarta est de quocũq3 negatur vnũ conuertibiliũ ⁊ aliud. Sed contra predicta arguitur primo sic: sicut se habet diffinitio ad diffinitũ: ita se habet interpretatio ad interpretatũ: sed oĩs diffinitio est ꝯuertibilis cũ diffinito: ergo omnis interpretatio est conuertibilis cum interpretato.

Secũdo sic: bene sequitur aer non est ledẽs pedem: ergo nõ est lapis: ergo ab interpretatione nõ cõuertibili sumitur locus dyalecticus ⁊ econtra sequitur hoc corpus est lapis: ergo est ledens pedẽ: ergo. Tertio sic dicendo: intelligere est intus legere: est interpretatio: ⁊ tamẽ ibi nõ est expositio vnius nominis sed verbi quodãmodo: ergo contra diffinitionẽ interpretationis. Quarto sic: in diffinitione est expositio vnius vocabuli ꝑ aliud vel ꝑ plura: ⁊ tamẽ diffinitio nõ est interpretatio: ergo ista diffinitio cõuenit alijs a diffinito.

Quinto sic non sequitur: rusticus est amator sapiẽtie: ergo rusticus est philosophus: ⁊ tamen arguitur ab interpretatione ad interpretatũ predicando affirmatiue interpretationẽ: ergo iste locus non tenet. Ad primũ dicitur: q sicut diffinitio explicat diffinitũ: ita interpretatio explicat interpretatũ sed tamẽ interpretatio q̄ est diffinitio quid nois nõ semꝑ sumitur a proprietate cõuertibili cũ interpretato sicut diffinitio semꝑ sumit̃ a dr̄ia ꝯuertibili cũ spẽ. ĩõ nõ oȝ q oĩs interꝑtatio sit ꝯuertibilis: sicut q̄libȝ diffinitio. est nim aliquo mõ simile ⁊ aliquo mõ dissimile. Ad secũdũ dicitur q bñ sequitur: aer nõ est ledẽs pedem: ergo aer nõ est lapis: sȝ nõ ꝑ locũ a substãtia: sȝ arguẽdo a superiori ad inferi⁹ negatiue. ⁊ si argueret̃ affirmatiue esset fallacia ꝯñtis. Vñ qñ interꝑtatio excedit interpretatũ ipsa se hȝ ut gen⁹: ⁊ interpretatũ ut spẽs. qñ ecõtra interpretatio exceditur ipsa se habet ut spẽs: ⁊ interꝑtatũ ut genus. ⁊ sic ibi pñt formari loci a genere ad spẽm: ⁊ ecõtra. Ad tertiũ dr̄: q si capiat̃ nomẽ spẽaliter ut ẽ dictio significãs ꝑ modũ ꝑmanẽtis: ibi nõ ẽ expositio nois. sȝ si capiat̃ gñaliter ut ẽ nota mẽtis sicut capitur in pñti diffinitiõe: sic ibi ẽ expositio nois: q2 verbũ sub noie hoc mõ accepto ꝯtinet̃. Ad q̄rtũ dr̄: q lȝ diffinitio ex ꝯñti dicat expositionẽ nois diffiniti: nõ tñ primo et ꝑ se. ipsa enim primo explicat eẽ rei significate ꝑ nomẽ: ⁊ ex ꝯñti explicat nomẽ q̄ntũ ad significationẽ. ecõtra ũo interꝑtatio ꝑmo explicat nomẽ: ⁊ ex ꝯñti significationẽ: ⁊ ꝓ eodẽ supponit cũ interꝑtato. Ad q̄ntũ dr̄: q lȝ rusticus appetat vel desideret sapiẽtiã: nõ tñ amat ipsam. Est eniȝ desideriũ appetitus rei absentis ⁊ nõdũ habite: sed amor est delectatio appetitus rõne rei iã habite: sȝ rustic⁹ carẽs sciẽtia non hȝ talẽ delectationẽ: q̄re nõ ẽ amator sapie. Et hec de locis a subã.

¶ Sequit̃ de loco a cõcomitãtib⁹ substãtiam: q̄ est qñ sumit̃ argumentuȝ ab eis q̄ cõsequũtur terminos positos in questiõe. Et diuiditur sic: q2 alius ẽ a toto. alius est a pte. ali⁹ a causa. ali⁹ ab effectu. ali⁹ a generatiõe. alius a corruptiõe. ali⁹ ab vsib⁹ ali⁹ a cõiter accidẽtib⁹. ¶ Loc⁹ a toto diuiditur sicut totũ. Est eñi quoddã totũ vle aliđ integrale. aliud in quãtitate aliđ ĩ mõ aliud in loco. aliđ in tpe. ⁊ silr̃ diuidit̃ loc⁹ a toto: q2 ali⁹ est a toto vniuersali. alius a toto integrali: ⁊ sic de alijs. Totũ vniuersale ut hic sumit̃ est supius ⁊ substantiale: ut aial. ps subiectiua est q̄ est inferius sub vli. ut hõ. Loc⁹ a toto vli siue a genere ẽ hitudo ipsi⁹ ad suã ptẽ siue ad suã speciẽ: ⁊ ẽ semꝑ destructiu⁹: ut lapis nõ ẽ aial: er

go lapis nō est homo. ¶ Locus a genere maxima. Remoto genere siue toto vniuersali remouetur spēs siue pars subiectiua.

¶ Locus a spē siue a pte subiectiua ē habitudo ipsius ad suū gen⁹ siue ad suū totū: ꝛ est semp cōstructiu⁹. Et cōtinet duo argumēta. primo subijciendo spēm: ut hō currit: ergo aīal currit. locus a spē siue a pte subiectiua. maxima. Quicqd p̄dicatur de spē et de genere. Sor. ē hō: ergo sor. est animal. Vñ loc⁹ a spē. maxima. De quo cūqꝫ p̄dicatur spēs ꝛ genus.

Postq̄ꝫ determinatū est de loco a substātia. Hic consequēter auctor determinat de locis a cōcomitantib⁹ substātiā. Vnde locus a concomitantibus substantiā est quādo sumitur argumentū ab his q̄ cōsequūtur terminos in questione positos. Ponit aūt octo species siue modos eius qui sunt locus a toto: loc⁹ a parte: locus a causa: ab effectu: a generatione: a corruptione: ab vsibus: ꝛ locus a cōiter accidētibus ꝛ horū locorū differētie ꝛ diffinitiōes infer⁹ satis patebunt: ꝛ inter omnes istos locos auctor prius determinat de loco a toto ꝛ de loco a parte quodāmodo cōiūctim: quia vnus cognoscitur p̄ aliū: ꝛ qꝛ nō valemus bene cognoscere locū a toto in speciali nisi cognosceremus ipsa tota: ideo determinando de quolibet loco a toto ꝛ a parte in speciali ponit diffinitiones cuiuslibet totius ꝛ ptis. Primo sciendū: q̄ totū diuiditur p̄ totum vniuersale integrale in quātitate in mō in loco ꝛ totū in tēpore: quorū sufficientia sic habet̄: qꝛ omne totū continet sub se aliquas ptes: vel ergo continet eas in potentia tantū valet vel in actu. si primū hoc ē dupliciter: vel dicit totā essentiā sue ptis vl' tantū ptem illius essentie. si primū sic est totū vniuersale. Si scḋꝫ sic est totū in modo. Si vero continet suas ptes in actu hoc est dupliciter vel tale sumitur per modū vnius indiuisi ꝛ sic est totū integrale: vel per modū vnius diuisi ꝛ multiplicati per sua inferiora ꝛ hoc dupliciter: quia vel importatur nominaliter ꝛ sic ē totū in quantitate: vel aduerbialiter ꝛ hoc dupliciter quia vel habet ptes in successione ꝛ sic est totū in tēpore: vel in p̄manentia ꝛ sic est totū in loco. Et quia totuꝫ ꝛ pars opponuntur relatiue: adeo tot sunt modi partis quot sunt modi totius: ꝛ etiā quia locus a toto ꝛ a parte multiplicant̄ secūdū diuisionem totius ꝛ partis: ideo sunt sex loci a toto ꝛ sex a parte: inter quos auctor prius determinat de loco a toto vniuersali: ratione cuius primo ponit diffinitionē toti⁹ vniuersalis. Secundo sciendū: q̄ totū vniuersale est superi⁹ essentiale alicuius inferioris: ꝛ nō capitur hic supius solum pro genere ꝛ inferius p̄ specie que ordinant̄ secundū superius ꝛ inferius in recta linea p̄dicamentali: sed capitur generaliter superius p̄ quocūqꝫ magis cōmuni quod p̄dicatur per modū generis de pluribus inferioribus siue illud superius sit ens reale siue rationis siue sit vniuocū siue analogū. Et dicitur tale superius totum eo q̄ in suo ambitu cōtinet sua inferiora tanq̄ꝫ partes. ꝛ dicitur vniuersale eo q̄ est vnū in multis. Sed pars subiectiua est inferius alicuius superioris sicut est species respectu generis: ꝛ indiuiduum respectu speciei: ꝛ generaliter omne minus cōmune respectu magis cōmunis quod de ipso essentialiter predicatur. Et dicit̄ ps subiectiua quia ponitur sub suo toto in ordine subiectiōis ꝛ predicationis. Tertio sciendū: q̄ locus a toto vniuersali est habitudo totius ad suā partem subiectiuā ꝛ non tenet iste locus construictiue idest affirmatiue cuius ratio est: quia totū vniuersale cōmunius est sua parte subiectiua: ideo non oportet q̄ si aliquid verificetur de eo secundū q̄ est in vna parte eius q̄ propter hoc verificetur de ipso secundum qḋ est in alijs ptibus. nec oꝫ si ipm verificet̄ de aliq̄ q̄ de ip-so verificet̄ sua ps subiectiua ut nō sequit̄ asinus ē animal: ergo asinus ē hō: qꝛ si de aliq̄ verificatur genus nō oꝫ de ipo q̄libet speciē ei⁹ verificari: ideo nō tenet iste locus cōstructiue: sed bene tenet destructiue. i. negatiue p̄dicando totū vniuersale: ut bene sequit̄ lapis nō est animal: ergo lapis nō ē homo. maxima est: a quocūqꝫ remouetur totum vniuersale ꝛ quelibet eius pars. Et ratio huius est: quia totū vniuersale est cōmunius sua parte subiectiua: ꝛ presupponitur in qualibet eius parte: ergo ipso remoto remouent̄ omnes ei⁹ partes. Quarto sciendum: q̄ locus a parte subiectiua siue a specie est habitudo eius ad suū totū ꝛ nō tenet iste loc⁹ negatiue quia ad negationē speciei siue minus cōmunis nō sequitur negatio generis siue magis cōmunis quia specie destructa gen⁹ pōt remanere in alijs specieb⁹. Sed tenet affirmatiue duob⁹ modis. Primo mō subijciēdo spēꝫ ut hō currit: ergo animal currit. Unde locus a specie vel a parte subiectiua ad genus siue ad suū totum. Maxima. quicquid p̄dicatur de specie ꝛ de genere. Secūdo p̄dicando eam affirmatiue ut sortes est homo: ergo sortes est animal. Maxima de quocūqꝫ p̄dicatur species ꝛ suum genus. Et huius ratio est quia genus siue superius essentiale actu ꝛ intellectu cōtinetur in suo inferiori: ideo quicquid predicat̄ de inferiori verificatur de superiori. ꝛ de quocūqꝫ verificat̄ inferius ꝛ etiā superius actualiter in eo contentū. ꝛ per hoc patēt loci a toto vniuersali ꝛ a sua parte subiectiua. Contra predicta p̄mo arguitur sic: superius essentiale est pars sui inferioris sicut genus est pars speciei: ergo tale superius non est totum vniuersale: ꝛ sic male diffinit̄ totū vniuersale. Secūdo arguitur sic: qcqd predicatur de superiori predicatur de ei⁹ inferiori ut patet p̄ primā regulā antepredicamētalē. s. quādo alterū de altero predicatur: ergo arguēdo a superiori ad inferius bene tenet locus construcitue. Tertio sic: nō sequitur animal nō currit: ergo homo non currit: quia quiescente asino ꝛ homine currente antecedēs erit verū ꝛ cōsequēs falsum ꝛ tamen arguitur de genere ad speciem negatiue: ergo ille locus nō tenet destructiue. Quarto sic: bene sequitur homo non est albus: ergo animal non est albuꝫ quia ex opposito contradictorio consequētis sequitur oppositū antecedentis: ut omne animal est album: ergo omnis hō ē albus: ꝛ tamen ibi arguitur a parte subiectiua ad suū totum destructiue: ergo iste locus tenet destructiue. Quinto sic: non sequitur sortes incipit currere: ergo sortes incipit moueri: ꝛ tamen arguitur a specie ad genus construcitue: ergo locus a specie ad genus non tenet affirmatiue. Ad p̄mū dicitur: q̄ superius essentiale acceptum ut contractū est per suam differentiam ad sua inferiora bene est pars essentialis ipsorū: sed ipsum acceptum in tota sua cōmunicate excedit quodlibet suorū inferiorum ꝛ est totū vniuersale ipsorum.

Ad secundū dicitur: q̄ in predicationibus essentialibus ꝛ per se quicquid dicitur de superiori: dicitur etiā de eius inferiori per predictam regulā: sed in predicatis accidentalib⁹ hoc non oportet propter causam prius dictam: ideo locus a genere non tenet in omnibus construcitue: ꝛ si in aliq̄bus teneat hoc non est gratia habitudinis generis ad speciē: sed virtute alterius habitudinis scilicet generis ad illud predicatum quod sibi essentialiter conuenit ꝛ ideo predicatur de suis inferioribus in quibus superius actualiter continetur.

Ad tertiū dicitur: q̄ ibi non arguitur destructiue a toto vniuersali eo q̄ negatio non negat animal: sed negat illud predicatū currit de animali particulariter accepto: ideo ibi non arguitur negatiue sed affirmatiue nec valet consequentia. Ad quartuꝫ dicitur: q̄ ibi arguitur affirmatiue ꝛ nō negatiue: quia ibi nō negatur homo sed album de homine: ideo ibi nō est bona consequentia a specie ad genus negatiue. Ad quintum dicitur: q̄ ibi arguitur a specie ad gen⁹ negatiue eo q̄ incipit importat negationem ut patet in expositione eius: tantum enim valet sortes incipit currere sicut sortes nunc non currit et immediate post hoc curret.

¶ Totum integrale est qḋ est cōpositum ex partibus habentibus quantitatē: ꝛ ps-

ei⁹ dicitur ps integralis. ¶ Locus a toto integrali est habitudo ipsius ad suam partem ⁊ est semper constructiuus ut domus est ergo paries est. ¶ Locus a toto integrali. maxima. Posito toto integrali ponitur quelibet eius ps. ¶ Locus a parte integrali est habitudo ipsius ad suum totum, ⁊ est destructiuus: ut paries nõ est: ergo domus non est. ¶ Locus a parte integrali. maxima. Parte destructa integrali destruitur ⁊ suũ totum.

Postq̃ auctor determinauit de loco a toto vniuersali. Hic cõsequẽter determinat de loco a toto integrali ipsũ primo sic diffiniens. Totũ integrale est qđ est cõpositũ ex partibus quantitatẽ habẽtibus. In qua diffinitiõe subintelligitur ens loco generis. ⁊ ponitur est cõpositũ ad differentiã ptũ simplicuũ: ⁊ ponitur ex ptibus quãtitatẽ hñtib⁹ ad differentiam totius vlis ⁊ totius potestatiui ⁊ alioꝝ totorum quorũ nullũ cõponitur sub tali rõne ex ptibus quãtitatem hñtibus. Vñ in hoc differũt totũ vle ⁊ totũ integrale ⁊ totũ potestatiuũ: qꝛ vle est ſm totã essentiã in qualibet ei⁹ pte. Integrale vero nec ſm totã eius essentiã nec ſm totam eius virtutẽ est in qualibꝫ eius pte. sed totũ potestatiuũ ſm totã eius essentiã adest cuilibet eius pti: nõ tñ ſm totã eius virtutẽ: ut anima ratiõalis respectu vegetatiui sensitiui ⁊ intellectiui. Primo sciendũ: q̄ duplex est totuꝫ integrale. s. homogeneũ ⁊ etherogeneũ. Totũ homogeneũ est qđ ẽ eiusdẽ nature in oĩbus suis ptibus: quarũ q̃libet recipit p̃dicationẽ sui totius ut terra ⁊ aer. vñ quelibet ps terre est terra ⁊ q̃libet ps aeris est aer. Et dꝛ homogeneũ ab homos qđ ẽ simile: ⁊ geneos qđ est natura: quasi simił nature in oĩb⁹ suis ptibus. Sed totũ etherogeneum est qđ est diuerse nature in oĩbus suis ptibus: ⁊ nõ potest p̃dicari de qualibet eius pte: ut hõ ⁊ equ⁹. hõ enim habet ptes diuersas: ut sunt os caro ⁊ sanguis: nec potest de ipsis p̃dicari in recto. Et dꝛ etherogeneũ ab etheron qđ est variũ: ⁊ geneos natura quasi aliquid diuerse nature seu varie in oĩbus suis ptibus. Et cuilibet istorũ cõuenit p̃us diffinitio. Secundo est sciendũ: q̄ ps integralis est ps quãtitatiua cõponens totũ integrale. ⁊ q̃nq̃ȝ vocatur ps materialis: q̃nq̃ȝ ps integralis: ⁊ q̃nq̃ȝ ps quãtitatiua: tñ ſm diuersas rõnes. Dicit̃ enim materialis inquantũ includit ptem materie ipsius cõpositi: ⁊ dꝛ quãtitatiua eo q̄ includit quantitatẽ: ⁊ est cõposita ex materia ⁊ quãtitate. Sed dicit̃ integralis eo q̄ integrat ⁊ pficit suum totũ: ⁊ sic sunt eedẽ ptes ſm substantiã q̃ dicũtur materiales integrales ⁊ quãtitatiue. Sꝫ tales ptes adhuc distinguũtur. qꝛ quedã sunt ptes p̃ncipales totius: ⁊ sunt ille sine quibus totũ nõ potest eẽ. sꝫ de necessitate req̃runtur ad esse totius: ut paries: tectũ: ⁊ fundamentuꝫ respectu domus. Alie sunt minus p̃ncipales q̃ nõ sunt necessarie ad eẽ tõ positi: sꝫ tñ ad bene esse: sine quibus totũ potest existere: ut fenestra vel ostiũ in domo. Et diffinitio predicta intelligitur de omnibus ptibus. sed locus a pte integrali solũ sumitur a ptib⁹ p̃ncipalibus: ⁊ silr̃ arguẽdo a toto ad partẽ oportet arguere ad ptes p̃ncipales. Tertio sciẽdũ est q̄ locus a toto integrali est habitudo ipsius ad suam partẽ integralẽ. ⁊ tenet cõstructiue: ut domus est: ergo paries est. Maxima. posito toto integrali: ponitur q̃libet ei⁹ ps. Cui⁹ rõ: qꝛ totũ integrale cõponitur ex suis ptibus p̃ncipalibus: ⁊ necessario req̃runtur ad esse ipsius: ergo posito ipso toto: necessario ponuntur eius ptes. Sed talis locus nõ tenet destructiue. Cui⁹ rõ est: qꝛ ptes totius integralis ſm esse p̃ores sunt suo toto. nec ab ipso suscipiũt eẽ: ergo destructo toto nõ oportet partes destrui: qꝛ destructo posteriori nõ ꝓpter hoc destruitur prius: ꝫ nõ iste locus nõ tenet destructiue. Quarto sciẽdũ q̄ locus a pte integrali est habitudo ipsius ad suũ totũ. Et tenet destructiue: ut pies nõ est: ergo domus non est. Maxima. destructa parte integrali destruitur eius totũ. Cui⁹ rõ est: qꝛ destructo priori destruit̃ posteri⁹ qđ ab eo suscipit eẽ: sed totũ integrale est posterius suis ptibus ⁊ ab eis suscipit esse: ergo. Sed nõ tenet iste locus affirmatiue: ⁊ rõ est: quia posito priori qđ est in potentia ad posterius non est necesse ponere posterius: sed ptes sunt in potẽtia ad totũ integrale ⁊ p̃cedũt ipsuꝫ: ideo posita pte nõ sequit̃ ꝓpter hoc positio totius. Contra p̃dicta arguitur p̃mo sic: hec oĩo homo est animal rõnale est totuꝫ integrale ⁊ tñ non cõponitur ex ptibus quantitatẽ habẽtibus: ergo cõtra diffinitionẽ toti⁹ integralis. Secũdo sic: non sequitur domus valet centũ libras: ergo ⁊ pies. vel domus est alba: ergo ⁊ fundamentũ eius: ⁊ tñ arguitur a toto integrali: ergo loc⁹ a toto integrali non tenet affirmatiue. Tertio sic: totũ integrale dat eẽ suis ptibus qꝛ simul vnit ⁊ actuat ipsas: ergo loc⁹ a toto integrali valet destructiue. Quarto sic: nõ sequit̃ pes sortis nõ est: ergo sortes nõ est: ⁊ tamen ibi arguitur a pte integrali ad suũ totũ: ergo locus a pte integrali nõ tenet negatiue. Quinto sic bene sequitur pars aque est: ergo aqua ẽ: ⁊ similiter ps panis est: ergo panis est ⁊ tamẽ ibi arguit̃ a pte integrali ad suũ totũ cõstructiue: ergo iste locus nõ tñ valet destructiue. Ad primũ dꝛ: q̄ illa oĩo nõ est totũ integrale ꝓprie ⁊ ſm veritatẽ: sed solũ ſm similitudinẽ eo q̄ integratur ex pluribus vocibus significatiuis sicut totũ integrale cõponitur ex ptibus quãtitatẽ hñtibus ⁊ eo mõ quo dicitur totũ integrale cõponitur ex ptib⁹ quãtitateꝫ hñtib⁹ ſm similitudinẽ ⁊ eodẽ mõ intelligitur de alijs pluribus entibus rõnis q̃ se habent p modũ totius integralis. Ad secũdũ dꝛ: q̄ loc⁹ a toto integrali solũ tenet ꝓprie q̃ʒtũ ad existentiã totius ⁊ partis respectu huius verbi est secũdi adiacentis: ⁊ õ ibi nõ bene arguitur p istũ locũ: domus valet centũ libras ergo ⁊ paries. nec ecõtra argueret̃ a pte integrali: paries valet centũ libras: ergo ⁊ domus q̃ʒuis ibi sit bona cõsequẽtia. tenet t. n. p locũ a minori ad maius: nõ p habitudinẽ ptis ad totũ. Ad tertiũ dꝛ: q̄ totũ integrale bñ dat eẽ totius ⁊ esse cõis suis ptibus: sed nõ dat ipsis esse ꝓpriuꝫ partiũ: ꝫ õ ipso destructo nõ est necesse q̄ ptes destruant̃ ſm esse ꝓpria ipsarũ. Ad quartũ dꝛ: q̄ locus a pte integrali solũ tenet arguẽdo a ptibus p̃ncipalibus: ꝫ õ pes sortis nõ est ps p̃ncipalis eius: ideo ibi nõ bñ arguit̃ p locũ a pte integrali. Ad quintũ dꝛ: q̄ licet bene sequat̃ ps aque ẽ: ergo aqua ẽ: tñ hoc non ẽ propter habitudinẽ ptis integralis ad suum totũ: sed partis subiectiue quia in q̃libet toto hõgeneo pertes integrales sunt quãtitatiue ⁊ etiã subiectiue: eo q̄ totũ de ipsis predicatur ut superius de inferiori: sed secũdũ suũ esse quantitatiuũ est totũ integrale ⁊ scdm̃ suã essentiã scdm̃ quã verificatur de omnibus suis partibus est totũ vniuersale: ⁊ sic ibi põt sumi locus a toto vniuersali ⁊ a toto integrali ⁊ locus a parte subiectiua ⁊ a parte integrali: ꝫ diuersimode ſm diuersas habitudines.

¶ Totũ in quantitate est quãdo vniuersale sumitur vniuersaliter ut oĩs hõ: null⁹ homo. locus a toto in quãtitate est habitudo ipsius ad suã partem qui est cõstructiuus ⁊ destructiuus ut omnis homo currit ergo sortes currit: locus a toto in quãtitate. maxima. Quicquid predicatur de toto in quantitate ⁊ de qualibet eius parte vel si vniuersalis est vera quelibet eius singularis est vera. Destructiue sic: nullus homo currit: ergo soꝛ. nõ currit. ¶ Loc⁹ a toto in quantitate. maxima. Quicq̃d remouetur a toto in quãtitate remouetur a q̃li-

bet eius pte. Uel si vniuersalis est verā: q̄libet eius singularis est vera. locus a pte in quātitate est habitudo ptiū in quātitate oīum simul sumptorū ad suum totū. Et constructiuus ⁊ destructiuus ut sor. currit: pla. currit: cicero currit: ⁊ sic de alijs: ergo oīs hō currit. locus a pte in q̄ntitate. maxima. Quicquid predicatur de oīb⁹ partibus in quātitate simul positis ⁊ de suo toto. negatiue sic. Sor. nō currit. plato non currit: cicero nō currit: ⁊ sic de singulis: ergo nullus hō currit. locus a pte in q̄ntitate. maxima: Quicq̄d remouetur a ptib⁹ in q̄ntitate sil' sūptis ⁊ a suo toto. Uel si q̄libet singularis est vera: sua vl'is est vera.

Postq̄ȝ auctor determinauit de loco a toto integrali. Hic consequenter determinat de loco a toto in quantitate ipsum primo sic diffiniens. Totum in quātitate est vniuersale vniuersaliter sumptū. i. cum signo vniuersali: ut omnis hō: ubi homo est totū in q̄ntitate nō scd̄m se: sed f̄m q̄d est distributū per illud signū oīs. rōne cuius tenet' vniuersaliter: quia si scd̄m se sumatur est totū vniuersale. ⁊ cū sumit' vl'iter est totū in quātitate. in hoc enim differūt illa duo tota: q: totū vniuersale importat naturā vniuersalē per modū vnius in cōmuni. ⁊ totum in quātitate importat illā naturā per modū pluriū in quantū diuisa ē ⁊ multiplicata per sua inferiora: ut cū dicitur omnis homo: importatur natura humana ut diuisa ⁊ multiplicata per oīa inferiora eius. Ex quibus patet q̄ dicendo oīs homo: illud aggregatū ex signo ⁊ termino cōmuni non proprie dicitur totū in quantitate: sed terminus cōmunis distributus vocatur totū in quātitate per similitudinē ad quantitatē ꝯtinuā: q: sicut cōtinuū est diuisibile in plures ptes quarū quelibet suscipit p̄dicationē totius: ut linea diuiditur per plures lineas sic tale totū multiplicatur per plures ptes de quib⁹ pōt predicari f̄m se. Patet vlterius q̄ ps totius in quātitate est singulare: vel inferius cōtentū sub vl'i distributo. Primo sciendū: q̄ locus a toto in quātitate est habitudo ei⁹ ad suā partem. Et tenet affirmatiue ⁊ negatiue. Affirmatiue sic. Oīs homo currit: ergo sortes currit: ⁊ plato currit: ⁊ sic de alijs. Maxima. Quicquid predicatur de toto in quantitate ⁊ de q̄libet ei⁹ pte. Cui⁹ rō est: q: oēs ptes ei⁹ simul ⁊ actualit' includunt' in ipo toto in quātitate: sicut oīs hō includit sortē ⁊ platonē: ⁊ sic de alijs. ⁊ q: actualiter includit sua inferiora ideo posito toto in quātitate ponit' necessario q̄libet ei⁹ ps: ⁊ sic tenet affirmatiue. Negatiue sic: Nullus hō currit: ergo sor. non currit: plato non currit: et sic de alijs. Maxima: Quicquid negatur de toto in quantitate: negatur etiaȝ de qualibet eius parte. ⁊ est eadē ratio sicut in precedēti. Secūdo sciendū: q̄ dupliciter pōt argui per locū a toto in q̄ntitate. primo subijciēdo ipsum ut prius visum ē. Alio modo predicādo ipm ut bene sequit' sor. videt oēm hominē: ergo sor. videt platonē calliā: ⁊ sic de alijs. ⁊ etiam predicando in recto totū in quātitate: ut sortes est oīs hō: ergo sortes ē plato callias: ⁊ sic de alijs: q: quāuis illa propositio sit falsa in qua predicatur ał'e vl'iter sumptū: tñ aliqua talis pōt esse saltem probabilis: iō f̄m ipam bene pōt formari sillogism⁹ dyaleticus. Unde generaliter loquēdo quotiēscūq̄ȝ ponit' totū in quātitate remanens totū in quantitate ipso posito ponuntur sue partes: et ipso remoto remouentur. Tertio sciendū q̄ locus a partibus totius in quantitate est habitudo illarū partium ad suum totū. Et tenet affirmatiue sic sortes currit Plato currit ⁊ sic de alijs: ergo omnis homo currit. Maxima. Positis partibus totius in quantitate ponitur ⁊ ipm totū. Cuius ratio est q: ad esse toti⁹ in quantitate sufficit actualis positio ⁊ vnio suarum partium sufficienter enumeratarū. Et tenet negatiue sic sortes non currit plato non currit ⁊ sic de alijs: ergo nullus hō currit. Maxima destructis ptibus toti⁹ in quātitate: destruit' ipm totū. Cuius ratio est q: ad suū esse actuale requirunt' omnes sue partes: eo q̄ ipsum actualiter includit oēs illas: ergo ipsis remotis non manet suū esse. Quarto sciendum q̄ dupliciter potest argui a partibus totius in quantitate. vno mō accipiēdo vnā partē tantū ⁊ sic non tenet locus affirmatiue nec etiā negatiue toto in quantitate remanente sub forma totius in quantitate: licet bene valeat ad destruendū ipm quantū ad totalitatē eius: ut bene sequitur sortes nō currit. ergo nō omnis homo currit sed quia in cōsequēte non remanet totū in quātitate: iō ibi nō bene arguitur per locū a pte totius in quātitate: sȝ equiualenter ē ibi locus a specie quia sortes est inferius ad aliquē hominem. Alio mō potest argui cū sufficienti enumeratione partium totius in quātitate capiendo eas sub nominib⁹ proprijs cū illa pticula ⁊ nō sunt plures si sint in numero determinato ⁊ si sint in numero incerto debēt capi alique partes in numero finito cōprehēdendo alias sub illa particula cōmuni ⁊ sic de alijs. Et sic tenet iste locus affirmatiue ⁊ negatiue ut dictū est. Sed cōtra predicta arguitur primo sic totū vl'e ⁊ totū in quātitate sunt diuersa tota ut dictū ē: sed vniu'sale vl'r sumptū ē totū vl'e q: est superius eēntiale: ergo non est totū in q̄ntitate ⁊ sic diffinitio ē isufficiēs. Secundo sic: nō sequitur oīs hō currit: ergo adā currit: cū antecedēs possit esse verū ⁊ cōsequēs falsum ergo locus a toto in quantitate nō tenet cōstructiue. Tertio sic destructa aliqua parte totius in quātitate destruitur ipm totū ⁊ tñ vna destructa non oportet destruere alias: ergo destructo toto in quātitate nō oportet destruere quālibet eius partē ⁊ sic locus a toto in quātitate nō tenet negatiue. Quarto sic arguendo a particularib⁹ ad vl'e fit petitio principij quia ibi petit' vniuersale in suis singularibus: ergo a ptibus in quātitate ad suū totū non est locus dyaleticus. Quinto sic: non sequitur sortes non est totū in quātitate plato non est totū in quātitate ⁊ sic de alijs: ergo oīs hō non est totū in quantitate: ergo locus a ptibus totius in quātitate nō valet negatiue. Ad primū dicitur q̄ lȝ vl'e vl'r sumptū f̄m suam eēntiā sit totū vl'e non tñ scd̄m esse sub quo accipitur quia accipitur sub modo pluriū ⁊ non sub modo vni⁹ q̄d m̄ requiritur ad totū vl'e. Ad f̄m dicit' q̄ in illo antecedēte homo solū distribuitur pro presentib⁹ mō adam non est de presentibus iō nō est pars illius totius nec arguitur a toto ad partē. Ad tertiū dicitur q̄ licet destructa vna pte totius in quātitate bene destruat' ipm totū quantū ad rōnē totius: tñ non arguitur negatiue ab ipso manente toto: q̄d tñ requirit' ad arguendū per istū locū: sȝ si ipm totū teneatur sub rōne totius bene valebit negatiue ad quālibet eius partē. Ad q̄rtū dī' q̄ lȝ arguēdo a ptibus toti⁹ in quantitate ad suū totū respectu predicati q̄d notion modo conuenit toti q̄ȝ ptibus sit petitio p̄ncipij: sȝ arguendo respectu predicati q̄d notion modo cōuenit partibus q̄ȝ toti: ibi est bonus locus dyaleticus: siue illud predicatū cōueniat ipsis notion mō simpl'r siue quo ad nos: siue sit in p̄dicatis eēntialibus siue accn̄talibus. vnde hic est bonus locus dyaleticus: sortes est subā: plato est substātia: ⁊ sic de alijs: ergo oīs hō est substātia: ⁊ hoc si antecedens sit notius respondenti q̄ȝ consequens. Ad quintū dī': q̄ ibi arguit' a ptibus in quātitate ea pte qua differūt ab ipso toto: ⁊ non ea parte q̄ cū ipso cōueniūt: ideo consequentia non valet.

Totū in mō est ipm vl'e sumptū sine determinatiōe: ut hō. Pars in modo est vl'e sumptū cū determinatiōe non diminuēte ut hō albus. Et q: oīa formantur similit' argumēta: ⁊ maxime in hoc loco ⁊ sua pte

sicut in genere ⁊ specie: ideo relinquantur exempla.

hoīes: isti asini sunt epī: ergo isti asini sunt hoīes. vtraq₃ p̄missarū est duplex: q₂ hec dictio epī pōt eē nti casus vel gti. ꝙ aūt deceptio ex diuersitate casꝰ faciat amphibologiā ⁊ nō equocationē p₃ q₂ casus datꝰ ē dictioni ad hoc ꝙ dictio vna ordinet̄ cum alia dictione: ergo deceptio ex diuersitate casus est deceptio ordinatiōis dictiōis ad dictionē: ergo orōnis ⁊ nō equocatiōis. ꝙ iterum deceptio ex diuersitate casus faciat amphibologiā ⁊ nō equiuocationē patet ab Arist. formāte ꝑalogismos amphibologie secundum diuersitatē casus ⁊ nullū equiuocatiōis. Cum autem Aristoteles, in elēchis post equocationē ⁊ amphibologiā ponat modos oēs vtriq₃: iō nos seq̄ntes Arist. post istos locos sophisticos ponamus modos oēs vtriq₃. Sūt ergo tres modi cōes equocationi ⁊ amphibologie. Primꝰ modꝰ cōis vtriq₃ est qn̄ dictio vł orō p̄ncipaliter significat plura. Et sciendū quātū ad hoc qd̄ dr̄ nomē significare plura p̄ncipaliter ꝑtinet ille p̄mus modus ad equiuocationē: ut pisc₃ ⁊ canis: vtrūq₃ hoꝝ noīum p̄ncipalit̄ plura significat: q̄n tū autē ad hoc ꝙ dr̄ orō plura significare p̄ncipaliter ꝑtinet ille p̄oꝝ modus ad āphibologiā ut in hac orōne liber Aristo. Secūdus aūt modꝰ cōis vtriq₃ fit ex eo ꝙ soliti sumꝰ sic dicere. i. qn̄ noīe vł orōne vtimur trāssumptiue. sed trāssumptio in noīe ꝑtinet ad equocationē: sicut hoc v̄bū ridere trāssumit̄ ad florere ut statuit. Trāssūptio aūt in orōne ꝑtinet ad āphibologiā₃ sicut p̄us patuit de hac orōne litꝰ aratur. Tertiꝰ aūt modꝰ cōis vtriq₃ ē qn̄ ꝯpositū plēs res significat sepatim nō simpliciter. i. vnū solū. exēplū equocatiōis ē in his noībꝰ īmortale īcorruptibile: īmortale enī vno mō. i. qd̄ nō pōt mori: incorruptibile qd̄ nō pōt corrūpi. Alio aūt mō īmortale est qd̄ pōt nō mori: ⁊ īcorruptibile qd̄ pōt nō corrūpi sic p₃ ī adā añq₃ peccaret erat. n. īmortal̄. i. potēs nō mori. Si. n. nō peccasset nūq₃ mortuꝰ eēt ⁊ ita potēs erat nō mori q₂ potuit eē ꝙ nō peccaret ita ꝙ non moreret̄ s₃ ñ erat īmortal̄ b₃ aliā significationē q̄ est nō potēs mori: q₂ tūc remouetur ab ipso possibilitas moriēdi ⁊ peccādi qd̄ nō est veꝝ: ⁊ hoc idē ē ꝙ hoc nomē mortale vno mō p̄uat potētiā moriēdi ⁊ alio mō p̄uat actū moriēdi ponēdo potētiā ad eundē actū: ⁊ meliꝰ sic dr̄ ꝙ plꝰ q₂ magis ē planū: vtrūq₃ tñ veꝝ ē ⁊ satis in idē redit: q₂ hoc h₃ ex sua ꝯpositione: iō dr̄ ꝙ ꝯpositū plā significat sepatū nō vnū solū. i. si resoluūtur in suas partes p̄oris sensus capaces tūc neutra ꝑiū plura significat s₃ vnū solū. Si q̄s obijciat ꝙ ꝑtes noīs cōpositi nihil significāt sepate ut ē in p̄ncipio ꝑiarmeniarū Aristo. dicēdū ē ꝙ ꝑtes noīs cōpositi cōꝑantur ad significatū ipsiꝰ noīs cōpositi qd̄ p̄mo habebāt añ cōpositionē: ⁊ cōꝑantur ad significatū ipsius noīs cōpositi ꝙ. s. significatū cōstituitur ex ꝑtialibꝰ intellectibus ipsarū partiu₃: ⁊ quantū ad primū significatū ꝑtes noīs cōpositi significant sed quantū ad s̄m significatū ꝙ. s. ē cōstitutū ex duobꝰ primis nihil significāt distincte. Nota etiā ꝙ intellectus noīs cōpositi est simplex ꝑ cōꝑationē ad ipsu₃ nomen compositu₃ ꝑ qd̄ significatur ⁊ sic est indiuisibilis: s₃ idē intellectꝰ ꝑ cōparationē ad partiales ipsoꝝ partiū orōnis ē diuisibilis cū cōstituitur ex eis sed intellectꝰ noīs simplicis nullo mō ē diuisibilis: ⁊ iō necesse ē ꝙ partes nominis compositi etiā s̄m qd̄ sunt in suo toto magis habeāt naturam significandi q̄₃ partes noīs simplicis: ⁊ hoc ē qd̄ dixit. Arist. in p̄ncipio ꝑiarmeniarū. Quantū in simplicibus nominibus pars nullo mō est significatiua: in cōpositis vult quid significare sed nulliꝰ ē separatim id est nullius est intellectus discretꝰ et secūdū ꝙ est in suo toto. Exēplū aūt amphibologie est in hac orōne scit seculū: ꝙ dato ꝙ neutra istarū dictionū scilicet scire ⁊ seculū significant plura: tñ orō constituta ex eis plura significat sicut patuit in tertio modo amphibologie ⁊ sic ꝯpositum significat plura sepatū vero vnū solū quātū ad amphibologiā. Ad maiorē p̄dcōꝝ triū modoꝝ euidētiā pōt dubitari primo ꝙ diuisio istoꝝ triū modoꝝ nō ē recte da

ta ab Aris. nā oīs diuisio recte data fit per
opposita: sed diuisio istorū triū modorum
nō est ꝑ opposita: ergo diuisio istorū triū
moꝝ nō ē recta. Sillogismꝰ in q̄rto scōe:
maior pꝫ ꝑ hoc ꝙ oppositū sumit in ea cō
muniter ad oppositū ꝫm q̄dlibet genꝰ op
positiōis ⁊ ad dispata. minor pꝫ q: primꝰ
modus quo ad equocationē fit ex eo ꝙ no
mē ꝓncipalr̄ plura significat: sed nomē q̄d
sumit in tertio mō quo ad eq̄uonē: ut imor
tale ꝓncipl̄r pl̄a significat: ergo tertiꝰ mo-
dꝰ quo ad equocationē ꝯtinet sub ꝑmo sꝫ
nullū dispatoꝝ aut vere oppositoꝝ sub al
tero ꝯtinet ergo diuisio istoꝝ modoꝝ non
fit ꝑ opposita ⁊ hec ē minor. Solutio. dicē-
dū ē ꝙ ista diuisio recta ē ⁊ fit ꝑ opposita:
⁊ ꝓdictꝰ sillogismꝰ bonꝰ est: sꝫ minor ē fal
sa. Ad id q̄d obijcit ꝓbando eā dicēdū ꝙ
ꝓncipaliter pl̄a significare reꝑitur in noīe
ex duplici cā. Quaꝝ vna ē impositio noīs
ꝫm placitū. Alia est cōpositio ipsiꝰ noīs:
⁊ ꝑma istaꝝ causaꝝ ꝑtinet ad ꝑmū modū.
scōa vero ꝑtinet ad tertiuꝫ: vn̄ imortale lꝫ
plura significet ꝓncipaliter hoc nō ē ex im
positiōe ꝫm placitū ad hoc vel ad id: sꝫ ex
natura sue cōpositionis: ex hoc. s. ꝙ hec ꝯ-
positio in pōt tm̄ ꝓuare ipm actū moriēdi
vel potentiā añcedentē actū ⁊ sic ꝑ ꝯñs ip
suꝫ actū. vnde ꝙ significet plura hoc non
est ꝫm placituꝫ imponētis. Si q̄s obijciat
ꝙ om̄e nomē significat ad placitū: ergo et
hoc. dicēdū ꝙ id nomē imortale ⁊ fere oīa
noīa composita. vno mō significat ad pla
citū: ⁊ alio mō q̄si ex necessitate: q: quan-
tū ad causaꝫ remotā oīa significāt ad pla-
citū. quātū aūt ad cām ꝓximā ē ibi iā ne-
cessitas significādi: verbi grā ꝙ iste due di
ctiōes equꝰ. s. ⁊ ferꝰ ad inuicē cōponāt ꝓn
cipiū fuit volūtas sꝫ cū iā nomē ē ꝯpositū
aliq̄d ex eis ut eq̄ferꝰ: iā necē ē ut h̄eat tale
significatū. vn̄ in hoc noīe eq̄ferus cōposi
tio ē cā ꝓxima sue significatiōis voluntas
aūt ad cōpositionē est cā remota. vnde q̄n
tū ad cām remotā significat volūtatē quā
tū ad cām ꝓximā q̄ per compositionē si-
gnificat ex necessitate. sed in simplicibꝰ no
minibus volūtas est causa ꝓxima ut in

hoc noīe equus silr̄ ⁊ in oībus equiuocis.
⁊ q: in simplicibus volūtas imponētis est
causa efficiens ꝓxima: ꝙ significat pl̄a ꝓn
cipaliter ut in hoc noīe canis: sed in nomi-
nibus equocis q̄ sunt cōposita. ipsa cōpo-
sitio est causa ꝓxima q: plura significat
volūtas aūt ad compositionē talē est cau-
sa remota vn̄ quia distinguūtur isti modi
ꝑ causas ꝓximas ⁊ non remotas: patet ꝙ
isti tres modi sunt oppositi ⁊ vnus nō con
tinetur sub altero: patet etiam in hoc qua-
liter in tertio modo principalr̄ nomen plu
ra significat ꝫm placitū ⁊ qualiter ex neces
sitate. Itē Aris. cū ponat exēplū in primo
mō de equocatiōe ⁊ nō de amphibologia
in tertio aūt ecōuerso. in scōo vero de neu-
tro nō bn̄ ut videtur manifestauit modos
illos. Ad q̄d dicendū ꝙ ꝓncipalr̄ plura si-
gnificare ꝑ prius cōuenit noī q̄ȝ orōni: ⁊ ꝑ
prius reperitur in equocatōe q̄ȝ amphibo
logia: ⁊ iō exemplificat in primo mō de eq̄
uocatione ⁊ nō de amphibologia ⁊ ꝑ hoc
significatur ꝙ ille modꝰ ꝑ ꝓus cōuenit eq̄
uocationi q̄ȝ amphibologie sed econuerso
est tertio mō: q: cōpositū significat plura
⁊ separatū vnde solū ꝑ prius cōuenit orō
ni ⁊ ꝑ posterius noī: q: partes orōnis cuꝫ
sint in suo toto nō solū cōstituūt significa-
tū orōnis sꝫ etiā vnaq̄ueqꝫ q̄ se retinet suū
ꝓpriū significatū discretū ⁊ separatū a si
gnificato alterius. Nō autem sic est de no
mine composito: quia partes eius secūdū
ꝙ vnaqueqꝫ partium per se prout sunt in
ipso nomine cōposito retinet significatum
discretū ⁊ separatum a significato alteriꝰ
sed quēadmodum dictum est prius in diui
sione modorū ⁊ iō exemplificat tertio mo-
do de amphibologia ⁊ nō de equiuocatio
ne ut per hoc significet tertiū modum per
prius cōuenire amphibologie q̄ȝ equiuo-
cationi. In secūdo aūt modo neqꝫ exem-
plificat de equiuocatione neqꝫ de amphi-
bologia: q: licꝫ trāssumptio fiat apud om
nes nō tm̄ in eisdē sit apud oēs: ideo de neu
tro eorum exemplificat: quia non debent
determinari in scientia: nisi ea que sunt a-
pud omnes eadē. vel dicendum est melius

ꝙ propria significatio dictionis dr̃ quam recipit vsus cõiter. vñ ꝙ mõ significatur ꝑ aliquã dictionez transsumptiue cũ vsus inoleuit significabit̃ ꝓprie: ꝛ tũc ẽẽt dictio equiuoca quo ad primũ modũ: ꝛ iõ qꝛ cõtingit sic significationẽ q̃ nõ est mõ ꝓpria ſ; transſũptiua fit postea ꝓpria ꝑ fluentẽ vsum. iõ non debuit ponere exẽpla aliq̃ in secũdo mõ: qꝛ nõ debet determinari in arte nisi ꝙ sp̃ manet idẽ. Itẽ videt̃ adhuc ꝙ nõ fiat recte diuisio istorũ triũ modorũ: qꝛ eq̃uocatio ex ꝯsignificatõe sub nullo istoꝝ triũ modoruz cõtinet̃ quod pꝫ inductiue in quolibet eorũ: qꝛ dictio non ꝑncipaliter significat sua accñtia neqꝫ transsumptiue: ꝛ ita nõ est in primo neqꝫ in scd̃o eq̃uocatio ex cõsignificatiõe neqꝫ in tertio cum terti⁹ mod⁹ quo ad eq̃uocationẽ sit solũ in ꝯpositis noibus. eq̃uocatio aũt ex cõsignificatione nõ solũ in cõpositis est ſ; etiã in simplicibus. Dicẽdũ ꝙ principalis significatio dictiõis opponit̃ duob⁹: qꝛ opponitur cõsignificatiõi: ꝛ opponitur significationi transsumptiue: vñ cũ opponit̃ huic remouet hanc et cũ opponit̃ isti remouet illam. vñ hic sumitur ꝑncipaliter significare ꝟm ꝙ opponitur significatiõi trãssumptiue. ꝛ hoc mõ nõ remouet consignificationẽ. vñ appellatur hic ꝑncipaliter significatio q̃c q̃o ꝑ dictionez ꝟm cõem vsum ita ꝙ causa ꝓrima sit volũtas. vñ per hoc ꝙ dico ꝟm cõem vsum remouetur scd̃s modus. ꝑ hoc aũt ꝙ volũtas ẽ causa ꝓrima illi⁹ significationis remouetur terti⁹ modus. vnde eq̃uocatio ex cõsignificatiõe cõtinetur sub ꝑmo cũ secundũ cõem vsum accidẽtia reprẽsentãtur per dictionez ꝛ a volũtate: qꝛ qui imponebat dictionẽ ad significandũ talez rem: siſr imponebat ad significanduz in tali genere ꝛ in tali numero. vñ hoc nomẽ lapis simul imponebat ad significandũ talẽ ꝛ sub talib⁹ accidentibus. Itẽ queritur deceptio ex quibusdã accidẽtibus facit eq̃uocationẽ ut in hac dictione laborãs et deceptio ex quibusdã accidẽtibus alijs facit amphibologiã ut deceptio ex diuersitate casus ergo quedã accidẽtia cõsequũtur dictionẽ non absolute sed prout est ordinabilis cũ altera dictione sicut casus. cas⁹ enĩ accidit noĩ inquantũ agere vel pati egreditur a nomine ut a noĩatiuo ꝛ transit in nomẽ ut in obliquos. Unde casus accidit nomini in cõparatione ad verbũ vnde ẽ accidens respectiuuz. est enim dispositio subiecti in respectu actus: ꝛ ꝑ talia accidẽtia ordinantur dictiões ad inuicẽ male enim dr̃ hoĩs erit qꝛ nõ ẽ ibi cas⁹ debit⁹ ꝛ deceptio ex talib⁹ accñtib⁹ ẽ deceptio ĩ ordiatõe dictionũ: ꝛ sic ẽ deceptio ĩ orõne ꝛ sic ẽ ibi amphibologia ꝛ non eq̃uocatio. sed alia sunt accidẽtia absoluta q̃ consequũtur dictiõez ꝟm se ut temp⁹ non ordinãtur dictiões ad inuicez qꝛ eque bene dicit̃ hõ currit hõ cucurrit hõ curreret video hominẽ vidi hominẽ videbo hominẽ vnde licet temp⁹ varietur eadẽ semꝑ remanet cõstructio nominis cũ verbo a parte añ ꝛ a parte post: iõ nõ cõstruitur mediãte tempore cũ supposito neqꝫ cũ apposito vnde deceptio ex talibus accidẽtibus nõ est oratiõis sed dictionis. ꝛ ita est ibi eq̃uocatio ꝛ nõ amphibologia. Dicẽdũ igitur breuiter ꝙ deceptio ex accidẽtibus q̃ sunt accidentia absoluta facit eq̃uocationẽ sed deceptio ex accidẽtib⁹ q̃ sũt respectiua faciũt amphibologiã.

Postq̃ʒ auctor determinauit de fallacia equiuocationis q̃ fit ꝟm multiplex actuale dictiõis. hic ꝯsequẽter determinat de fallacia amphibologie: q̃ fit ꝟm multiplex actuale orationis primo sic diffinẽs amphibologiã. Amphibologia ẽ multiplicitas orõnis vnius ꝛ eiusdẽ ꝟm substantiã ꝛ materiam ꝛ formã. siue ꝟm lr̃as ꝛ sillabas ꝛ modũ ꝓferendi. est enĩ amphibologia q̃n orõ actualit̃ vna plura significat. ut hec orõ liber aristotelis manẽs vna actualiter plura significat ꝑ hoc ꝙ ille genitiuus aristotelis põt construi in habitudine cause efficientis: vel in habitudine possessionis. ꝛ etiã cause finalis. Et oportet ꝙ talis multiplicitas ꝑmo ꝓueniat ex parte orationis: ꝛ nõ ꝓpter multiplicitatẽ alicuius suorũ terminorũ absolute: sed ꝙ ꝓueniat rõne cõpositiõis terminorũ. Et dicitur amphibologia ab amphi qđ ẽ dubiũ: ꝛ bole qđ est sentẽtia quasi dubia sententia vel dubius sermo sentẽtia enĩ ꝓprie est orõnis ꝛ significatũ vel significatio est dictionis incõplete. ꝛ ꝟm talẽ amphibologiã sumit̃ vna fallacia specialis distincta ab alijs ꝑ hoc ꝙ hꝫ speciales causas apparẽtie ꝛ defectus. Primo sciendũ est ꝙ cã apparẽtie hui⁹ fallacie est actualis vnitas orõnis diuersa significantis: ꝓpter quã vnitatẽ credim⁹ ꝙ sicut talis orõ habet vnitatez vocis ꝛ modi ꝓferendi: ꝙ ita habeat vnicũ significatũ. Et ꝑ hoc sumitur vna maxima in hac fallacia: in qua fundãtur omnes paralogismi huius fallacie: sed cã defectus est diuersitas significatoꝝ eiusdẽ orõnis. Et ꝟm has causas hec fallacia duobus modis diffinitur. Ex ꝑte cause apparẽtie ꝑmo sic diffinitur. Fallacia amphibologie est idoneitas decipiendi ꝓueniẽs ex actuali vnitate orationis plura significãtis. Et ex ꝑte cause defectus diffinit̃ sic: ꝙ est deceptio ꝓueniens ex

multiplicitate seu sãu eiusdẽ oꝛonis. Scđo sciẽdũ ꝙ huiꝰ
fallacie ponũtur tres modi cõmunes sicut in fallacia ẽq̃uo-
cationis. Primus modus est qñ oratio actualiter vna ꝑnci
paliter plura significat: ut ista oõ: contingit tacentẽ dicere:
qꝛ tacentez pôt regi de li dicere a pte ante in rõne suppositi
⁊ est sensus ꝙ tacens dicat aliqđ. vel pôt regi a pte post in rõ
ne appositi: ⁊ sic est sensus: cõtingit dicere aliquẽ esse tacentẽ
⁊ sĩr de ista: cõtingit cecũ videre: ꝼm quam sic paralogizat̃
Quẽcunqꝫ cõtingit videre contingit habere visum: sed cõ-
tingit cecũ videre: ergo cõtingit cecũ hẽre visũ. Solutio. Mi-
noꝛ ẽ duplex: qꝛ cecũ pôt supponẽ huic ṽbo videre: ⁊ ẽ sensus
qđ cecꝰ possit videre: ⁊ sic minoꝛ ẽ falsa: ⁊ bñ seq̃t̃ ꝯclusio: nec
cõmittit̃ aliq̃ fallacia: vł pôt apponere huic ṽbo videre: ⁊ ẽ
sensus ꝙ ꝯtingit videre aliquẽ cecũ: ⁊ sic nõ sequit̃ ꝯclusio:
qꝛ cecũ in minore ponitur ex parte medij: ⁊ in cõclusione po
nitur ex pte minoris extremitatis. Siĩr solueret̃ iste palo
gismus. Quẽcunqꝫ cõtingit dicere ꝯtingit loqui: tacentem
cõtingit dicere: ergo tacẽtẽ cõtingit loq̃. ⁊ siĩr iste. Quos
cũqꝫ vellẽ me accipere vellẽ ut ipsi acciperent me: inimicos
vellẽ me accipe: ergo vellẽ ut inimici acciperent me. Ter-
tio sciendũ ꝙ scđus modus est qñ oõ actualr̃ vna ꝑncipa-
liter vnũ significat: ⁊ transsũptiue aliud: sicut hec oõ litus
aratur ꝓprie significat terrã aratro scindere. ⁊ transsũptiue
significat opaꝫ pdere. ⁊ similiter ista lauare laterẽ: de q̃ sic pa
logizatur. Quicunqꝫ lauat laterẽ habet aquã: castigãs mu
lierẽ lauat laterẽ ergo castigans mulierẽ habet aquã. Solui
tur sic: vtraqꝫ ꝑmissaꝝ est duplex: qꝛ lauare laterẽ pôt sumi
ꝓprie ⁊ transsũptiue ꝓ pdere opam: si in vtraqꝫ teneat̃ ꝓ-
prie maioꝛ est vera ⁊ minoꝛ falsa: ⁊ si in vtraqꝫ transsumpti
ue est ecõtra sed si in maiore teneat̃ ꝓprie: ⁊ in minore trãs-
sumptiue vtraqꝫ ꝑmissaꝝ ẽ vera sꝫ nõ seq̃tur ꝯclusio: sꝫ com
mittitur fallacia amphibologie isto tertio mõ: ⁊ nõ duobus
alijs. ⁊ siĩr soluit̃ iste palogismus. Quicũqꝫ haurit aq̃s cri-
bro est iuxta aquã. sꝫ clericus sine libro addiscẽs haurit aq̃s
cribro. ergo est iuxta aquã. Quarto sciendũ ꝙ tertiꝰ mo
dus huiꝰ fallacie sumitur qñ oõ ꝑ se sumpta tñ vnũ signi-
ficat. ⁊ cõposita cũ alio plura significat. ut ista oõ. asini sũt
tñ vnum significat. ⁊ qñ sibi addit̃ epĩ dicẽdo asini sunt epĩ
plura significat qꝛ epĩ pôt eẽ nõiatiui casus pluralis nũeri. ⁊
cõstrui in habitudine cause formalis. vel pôt eẽ genitiui ca-
sus singularis nũeri ⁊ cõstrui in hĩtudine cãe finalis vł pos-
sessoris. ⁊ siĩr de ista. qđ aliq̃s videt hoc videt ꝼm quã palo-
gizatur sic. qđ aliq̃s videt hoc videt. colũnaꝫ aliq̃s videt: er-
go columna videt. Soluit̃ sic. Maioꝛ est duplex eo ꝙ hoc ꝓ
nomẽ hoc pôt supponere huic verbo videt. ⁊ tũc est sensus
qđ aliq̃s videt hoc qđ videt̃ videt ⁊ tũc bñ subsumitur mi-
noꝛ. ⁊ seq̃tur cõclusio. ⁊ sicut ipsa est falsa ita ⁊ maioꝛ. ⁊ non
cõmittitur fallacia. vel pôt apponi siue poni post illđ verbũ
videt. ⁊ tũc maioꝛ est vera. ⁊ ẽ sensus qđ aliq̃s videt ipse vi-
det hoc. ⁊ sic nõ sequitur ꝯclusio sꝫ cõmittitur amphibolo-
gia. ⁊ siĩr diceret̃ de isto palogismo. qđ aliq̃s scit hoc scit:
sciẽs aliq̃s scit: ergo sciẽs scit. Soluitur eodẽ mõ sicut pre̾ce-
dẽs. Ex ñ istoꝝ modoꝝ sic pôt dari sufficiẽtia: sicut de modis
ẽq̃uocationis. qꝛ eodẽ mõ ponunt̃. vñ istaꝝ fallaciarũ ponũ
tur tres modi cões. Primus est qñ dictio vel oõ ꝑncipalr̃
plura significat. Scđus modus est qñ dictio vel oõ ꝑncipa
liter vnũ significat ⁊ aliud trãssumptiue. Tertius modꝰ est
qñ dictio simplex vel oõ tñ vnũ significat. iũcta ũo cũ alio
plura significat. Cõtra ꝑdicta arguitur ꝑmo sic. hec oõ
canis currit actualiter plura significat ⁊ tñ ibi nõ ẽ amphi-
bologia sꝫ ẽq̃uocatio: ergo ꝯtra diffinitionẽ amphibologie
Scđo sic amphibologia ẽ dubia sentẽtia. sed in quolibet
palogismo cuiuslibꝫ fallacie est dubia sentẽtia. ergo ꝑ am
phibologiã nõ sumitur vna fallacia spãlis ab alijs distincta
Tertio sic. oõ hñs vnicũ sensum bñ habet actualẽ vnita
tẽ oꝛonis. ⁊ tñ illa actualis vnitas nõ pôt causare fallaciam
amphibologie: ergo actualis vnitas oꝛonis nõ est cã ꝑ pparẽ
tie huiꝰ fallacie. Quarto sic. vna oõ tñ significat cõposi
tionẽ suoꝝ extremoꝝ. sꝫ ꝯpositio extremoꝝ ꝓpõnis est tñ
vna: qꝛ duoꝝ est tñ vna ꝯpositio: ergo nulla oõ ꝑncipalr̃
plura significat ergo ꝯtra ꝑmũ modũ huiꝰ fallacie. Qui
to sic. diuersoꝝ generũ diuerse sunt spẽs. sꝫ ẽq̃uocatio ⁊ am-
phibologia sunt diuersa genera: ergo hñt diuersas spẽs sub
se. ⁊ nõ hñt aliquos modos cõmũes: sicut dictũ est. Ad ꝑ
mũ istoꝝ dr̃ ꝙ illa oõ canis currit plra significat ex ꝯñti rõ
ne vniꝰ termini ẽq̃uoci: sꝫ nõ significat plura ꝑmo ⁊ ꝑ se rõe
multiplicitat̃ oꝛonis. qđ tñ reqrit̃ ad aphibologiã. Ad sꝫ
tũ ꝙ nõ q̃libet dubia sñia dr̃ aphibologia sꝫ solũ dubia sñia
q̃ ꝓuenit ꝑmo ex multiplicitate oꝛonis rõ sꝫ ĩ palogismis aliaꝝ
fallaciaꝝ sit dubia sñia ñ tñẽ aphibologia. qꝛ illa itepretatio
nõ est ꝯuertibilis. Ad tertiũ dr̃ ꝙ nõ q̃libet actualis vni
tas oꝛonis ponit̃ cã apparentie huiꝰ fallacie. sꝫ solũ actualr̃
vnitas oꝛonis plura significãtis ad fallaciam eni ꝑ oꝫ ꝙ ha
beat cãm apparẽtie cõmunicatã cũ sua causa defectus: q̃ latet
sub tali apparẽtia. Ad quartũ dr̃ ꝙ lꝫ duoꝝ extremoꝝ sit
tñ vna ꝯpositio ꝼm numerũ mãlr̃: pñt tñ esse plures in spẽ
ꝼm ꝙ duo extrema sub diuersis hĩtudinibꝰ pñt inter se ꝯpo
ni. ĩõ vna oõ pôt ꝑncipaliter hẽre plures sensus. Ad qn-
tũ dr̃ ꝙ ẽq̃uocationis ⁊ amphibologie nõ sunt simplr̃ eedẽ
spẽs: sed sunt aliquo mõ ad inuicẽ siles: eo ꝙ eodẽ modo di
stinguũtur. vñ isti modi cões aliter sunt in ẽq̃uocatiõe ⁊ in
amphibologia. qꝛ ut sunt in dictiõe sunt modi ẽq̃uocatio-
nis ⁊ ut sunt in oꝛone sunt modi amphibologie.

Compositio ⁊ diuisio ⁊ accẽtus faciũt
multiplex potẽtiale ꝼm cõmẽtatoꝛẽ ut di-
ctũ est ꝑus. Multiplex aũt potẽtiale ẽ qñ
eadẽ dictio vel oꝛo ꝼm diuersas ꝑfectiões
diuersa significat: verbi grã hoc verbum
ꝑdere cũ est scđe cõiugationis: ⁊ cũ est ter-
tie aliã ⁊ aliã hꝫ ꝑfectionẽ: qꝛ sunt duo ver
ba spẽ drã q̃re necesse est ea hẽre diuersas
ꝑfectiones: est tñ idẽ verbũ ꝼm materiam
cũ sit ex lrĩs eisdẽ ⁊ sillabis: ⁊ sic ẽ ibi iden
titas materialis ⁊ diuersitas ꝑfectionis: ⁊
ꝼm diuersitatem ꝑfectionis ẽ diuersitas si
gnificatoꝝ. Similiter in oꝛone cũ est ꝯpo
sita alterius ẽ ꝑfectionis ⁊ alteriꝰ est diui-
sa: ut hec oꝛo duo ⁊ tria sunt q̃nqꝫ cũ ẽ cõ
posita tunc est cathegorica ⁊ est de copula
to subiecto. Cum aũt diuisa est: sicut duo
sunt quinqꝫ ⁊ tria sunt quinqꝫ tunc est co
pulatiua: ⁊ sic est hipothetica. Palã autẽ
est cathegorice ꝓpõnis ⁊ hipothetice co-
pulatiue diuersas eẽ ꝑfectiões: ⁊ similiter
in oĩ oꝛone ꝼm cõpositionẽ et diuisionẽ est
semꝑ reperire aliquã diuersitatẽ a pte per
fectionis et ꝑ hoc significatoꝝ. Et qꝛ in
istis dictio vel oratio possibilis est trãsmu
tari: ⁊ ꝑ hanc possibilitatẽ repitur diuersi
tas significatoꝝ iõ appellatur multiplex
potẽtiale. in ẽq̃uocatiõe vero et amphibo
logia nõ ẽ ita qꝛ dictio vel oꝛo existẽs sem
per sub eadeꝫ ꝑfectione diuersa significat.
iõ dr̃ multiplex ibi actuale qꝛ ẽ multiplex
ꝼm eundẽ actũ siue ꝼm easdẽ ꝑfectiones. ꝑ
fectio enim actus appellatur. Sed contra

ꝓdicta obijcit̃ q꞉ cũ hec oṙo panẽ comede
re canẽ sit alia ⁊ alia ꝺm ꝙ ille actũs panẽ
supponit huic v̓bo comedere et ꝺꝫ ꝙ actũs
idẽ apponit eidẽ verbo alia est sed non est
alia ꝺm materiã q꞉ ex eisdẽ litterꝭ sillabis
et dictionibus. cũ ergo ẽ eadẽ ꝺm materiã
ergo cũ sit alia ⁊ alia tũc oꝫ ꝙ sit alia ⁊ alia
ꝺm spẽm ⁊ ꝺm hoc significat diuersa: ergo
hec oṙo panem comedere canẽ existens ea
dẽ ꝺm materiã ⁊ diuersa ꝺm diuersas ꝑfe-
ctiões diuersa signat: ergo ẽ multiplex po-
tentiale: cuꝫ diffinitio multiplicis potẽtial̃
ꝯueniat ei: ⁊ ita cũ sit ibi nisi ãphibologia
tũc amphibologia faciet multiplex potẽ-
tiale qđ est contra ꝓdicta. Solutio: dicen-
dũ ꝙ in hac oratiõe panẽ comedere caneꝫ
nõ est m̃ltiplex potẽtiale sed actuale tantũ
cũ sit semꝑ eadẽ oratio ꝺm spẽm ut iã pate
bit. Ad id qđ obijcitur ꝙ est alia ⁊ alis se
cũdũ spẽm: cũ sit eadẽ ꝺm materiã ꝙ ẽ ex
eisdẽ litteris sillabis dictionibus: dicendũ
ꝙ multiplex ẽ idẽtitas et diuersitas in oṙo
ne q꞉ idẽtitas in oṙone dicitur dupliciter. s.
idẽtitas ꝑfectiõis ⁊ idẽtitas materialis et
vtraqꝫ istaꝝ identitatũ ẽ in hac oṙone hõ
currit: cũ ibi sit vna ⁊ eadẽ ꝑfectiõ: ⁊ sic idẽ
titas: ⁊ sit ex eisdẽ lr̃is sillabis dictionibus
habentibus semꝑ eandẽ ordinationẽ ma-
terialẽ: ⁊ sic est ibi idẽtitas material̃. Iteꝫ
diuersitas oṙonis est duplex. vno eniꝫ mõ
ꝺm spẽm ut hec: duo ⁊ tria sunt quinqꝫ. di
uersa ẽ specie ab hac: duo sunt q̃nqꝫ ⁊ tria
sunt q̃nqꝫ. Alio aũt mõ est diuersitas ma
terial̃: ⁊ hoc dupl̃r: q꞉ ex eo ꝙ ẽ ex alijs lit-
teris sillabis ⁊ dictionibꝰ: ut sortes currit
plato disputat vl̃ ex eo ꝙ ex eisdẽ lr̃is silla
bis ⁊ dictionibus ſꝫ aliter ⁊ aliter ordiatꝭ:
⁊ hoc iteꝝ dupl̃r q꞉ mõ est oṙo ex eisdẽ di-
ctionibꝰ aliter ⁊ aliter ordinatꝭ ad ꝑfectio
nẽ eãdẽ. Alio aũt mõ ẽ diuersitas oṙonis
ꝺm materiã ex dictionibꝰ aliter ⁊ aliter or
dinatis ad ꝑfectiões diuersas: ⁊ hoc vltio
mõ ẽ alis oratio ꝺm compositionẽ vl̃ diui-
sionẽ. Mõ aũt penultio ẽ alia ⁊ alia oṙo
ꝺm amphibologiam. verbi gr̃a hec dictio
panẽ comedere canẽ quocũqꝫ illorũ actõ-
rũ supponẽte vl̃ apponẽte sꝑ ẽ eadẽ ꝺm su

am ꝑfectionẽ q꞉ hic oṙo ꝑficit̃ ab inclina
tiõe verbi ibi existẽte: lꝫ sit ibi infinitiua in
clinatio. sicut eni indicatiua oṙo perficit̃ a
sua ꝓpria inclinatiõe ⁊ impatiua a sua ꝓ
pria inclinatiõe. Sil̃r ⁊ hec oṙo infinitiua
suo mõ ꝑficitur ab inclinatiõe infinitiua li
cet nõ sit simpliciter ꝑfecta. vñ ꝓdicta oṙo
est eadẽ ꝺm spẽm ⁊ ẽ alia ꝺm materiã pro
ut vnus illorũ accusatiuorũ supponit vel
apponit: ⁊ sic ẽ de reliquo. Et põt hoc ma
nifestari ꝑ sil̃e reptũ in natura. q꞉ sicut ille
hõ qui mõ est puer ⁊ postea iuuenis vl̃ se
nex semꝑ est idẽ hõ: corpulẽtia aũt sua nõ
eadẽ semper: imo alia ⁊ alia: neqꝫ manẽs:
q꞉ aliq̃n ẽ pinguis aliq̃n macer est tñ sem
ꝑ idẽ hõ: ⁊ sic transmutant̃ ꝑtes materia-
les in eo spẽs aũt humana semꝑ est eadeꝫ
in eo: ⁊ sic est in eo diuersitas materialis ⁊
idẽtitas in spẽ. Sil̃r ẽ in hac oṙone panem
comedere canẽ est diuersitas material̃ pre
dicto mõ: idẽtitas aũt in spẽ. Itẽ si q̃ratur
vtrũ oṙones ꝺm amphibologiã eq̃liter ꝑ-
ticipẽt idẽtitatẽ oṙonis. dicẽduꝫ ꝙ sicut pꝫ
ex ꝓdictis. ꝙ vno mõ sic alio mõ nõ: q꞉ est
duplex idẽtitas oṙonis sicut iã patet ex ꝓ-
dictis vna materialis alia ꝺm spẽm. loquẽ
do aũt de idẽtitate ꝺm materiã aliqua ora
tio amphibologica semꝑ est eadẽ ut hic li
ber est arist. Aliq̃ autẽ est alia ⁊ alia sicut
oratio amphibologica ex eo ꝙ aliq̃s casꝰ
põt supponere vel apponere eideꝫ verbo.
Loquẽdo autẽ de idẽtitate ꝺm spẽm ora-
tionis q̃ amphibologica est equal̃r eadeꝫ
cũ nullã habeat diuersitatẽ ꝺm spẽm in su
is ꝑtibus q꞉ nunq̃ꝫ ꝺm se hꝫ ꝓpriã ꝑfectio
nẽ qua semꝑ ꝑficitur et id vnaqueqꝫ ora-
tio amphibologica ẽ in se in idẽtitate ꝺm
spẽm. His habitis dicendũ est de cõposi-
tione iam specialiter sed prius videnduꝫ ẽ
quãdo oratio debet esse composita vel di-
uisa. sciendũ autẽ ꝙ oratio nõ põt esse cõ-
posita vl̃ diuisa nisi sit in eo reperire diuer
sum sitũ ꝺm quẽ ꝑtes possint diuersimode
ordinari ⁊ ideo cũ dictiones ordinantur se
cundũ sitũ magis debitũ in oratione tunc
oratio dicitur eẽ cõposita. si vero diuidat̃
ab illo situ et ponatur in situ minꝰ debito

tunc est oratio diuisa. verbigratia hec ora
tio quicq̃ꝺ viuit semꝑ est potest esse cōpo-
sita vel diuisa cū enim hoc totū.s. quicq̃ꝺ
viuit semꝑ sit subiectū in eadē: ⁊ hoc ver-
bū est predicatū: tūc hoc verbū est: ē prin-
cipale in ea: ⁊ hoc verbū viuit cū implicet̃
ad subiectū nō est verbū principale in ea.
Probatio: hoc verbū est qꝺ consignificet
tempus ⁊ est semꝑ eoꝝ nota q̃ de altero di
cuntur notandū ergo illud verbū qꝺ actu
predicatur participat actu rōnē verbi sim
pliciter: ⁊ qꝺ nō predicatur in actu nō par
ticipat actu rōnem verbi simpliciter: ergo
cū hoc verbū est sit actu predicatū: tunc ꝑ
ticipat in actu rōne verbi simpliciter ⁊ cuꝫ
hoc verbū viuit non predicatur in actu sꝫ
implicetur ad subiectū: quod est contra na
turā verbi inquātū est verbū tunc non ꝑ-
ticipabit rōnem verbi: sed tamen vtrūqꝫ ē
verbū simpliciter scđm habitū: quia vtrū
qꝫ hꝫ habitudinē predicandi secundū se ⁊
sic vtrūqꝫ est verbū simpliciter habitu nō
aūt vtrūqꝫ est verbū simpliciter in actu et
sic alteꝝ est principale ⁊ alterū nō ut dictū
est: ergo cū aduerbium habeat de sui natu
ra determinare verbū tūc rectius determi
nabit verbū principalius ⁊ sic ponit̃ in si-
tu magis debito ⁊ propter hoc aduerbiuꝫ
semꝑ determiat hoc verbū est tūc ē oratio
composita.s. quicq̃ꝺ viuit semꝑ est: ⁊ si di-
uidatur ab eo erit diuisa sic quicquid viuit
semꝑ est. ⁊ sic intelligitur de alijs ꝰm natu
rā dictionū ibi positarum. Silr̃ est de hac
oratione ego te seruum in entem liberum:
quia cum signa inquātū signa debeāt ha
bere conuenientiā ⁊ differētiā rationē suo
rū significatorū: cū dictiones sint signa re
rum sed res possunt ordinari differenter ⁊
signa vel dictiōes similiter: ⁊ cū ordinatio
rerū erit cōuenientior ⁊ signorum erit con
uenientior. ⁊ cū ordinatio rerū est minꝰ cō
ueniens: ⁊ signorū minꝰ cōueniēs: ⁊ cū cō
uenientior status sit ipi humane nature ex
seruitute exire in libertatem q̃ꝫ ex libertatē
eadē in seruitutē: cōuenientius construitur
hoc ꝑticipiū entem cū hoc nomine seruuꝫ
q̃ꝫ hoc nomine liberū: ⁊ sic ē composita: et
est sensus de entē seruū posuit liberū id est
ex te seruo feci liberum: ecōuerso aūt est di
uisa ⁊ est sensus te entem liberuꝫ posui ser-
uū id est ex te libero feci seruuꝫ. Et nota ꝙ
hanc orationē ponit aris. inter paralogis-
mos diuisionis. Nota etiam ꝙ vbi est cō
positio vel diuisio vel accentus nō est neces
se ꝙ semper sit oratio vno mō vera ⁊ alio
mō falsa: q꜡ pōt esse ꝙ vtroqꝫ sensu sit ve
ra: ⁊ vtroqꝫ sensu sit falsa ut tangā ꝑcussū
manu esto ita ꝙ si aliq̃s fuerit ꝑcussus ma
nu ⁊ ego tangā cū manu. tūc prima est du
plex eo ꝙ ille ablatiuꝰ manu pōt determi
nare hoc verbū tango vel ꝑticipiū ꝑcussū
⁊ est vera vtroqꝫ sensu. hec autē est falsa
vtroqꝫ sensu tango baculo ꝑcussit manen
te eadē positione. Silr̃ est in equocatione
hec enī oratio oīs canis est substantia tres
sensus habet: ⁊ in quolibet ē vera. hec aūt
oīs canis est albedo ꝰm quolibet est falsa ⁊
sic est de amphibologia. Ex his aūt patet
ꝙ imperfecte dicūt dicentes orationē eē se
cundū compositionē q̄ est falsa in sensu
compositionis ⁊ ꝰm diuisionē q̄ falsa est
in sensu diuisionis: q꜡ hoc nō est verum in
omnibus sicut dictū est. Sed hoc est verū
ꝙ si paralogismus fuerit factus ꝰm cōpo
sitionē diuidētis est solutio ⁊ si ꝰm diuisio-
nē ꝯponētꝭ ē solutio: ⁊ hoc habeo ab aris.
illud autem non. Causa autem apparen-
tie siue ꝑncipiū motiuū compositionis est
vnitas orationis ꝰm speciem ex cōpositio
ne causata: ⁊ dico ꝙ causatur ex composi-
tione: q꜡ ex eo ꝙ oratio est cōposita vl' diui
sa sic habet aliam ⁊ aliam spēm ⁊ sic aliaꝫ
⁊ aliā vnitatē. Principiū vero defectꝰ cō
positionis est possibilitas diuersorū signi
ficatorum per eandeꝫ orationē. Et hoc to
tū dico ꝙ licet oratio sit cōposita ⁊ ita stet
sub vna specie in ipsa compositione est ta
men possibilis ad aliā spēm siue ad aliam
perfectionē q̃ꝫ pōt hr̃e ꝑ diuisionē: ⁊ ꝑ hoc
est in ea possibilitas diuersorū significato
rum ⁊ hoc totū patuit prius in hac oratio
ne scꝫ quicquid viuit semꝑ ē vnde possibi
litas orationis ad diuersas species que est
a parte vocis ordinatur ad possibilitatem

diuersorũ significatorũ que est a parte rei. Quidam autem dicunt ꝙ causa apparentie cōpositionis vel q̄ sunt est ipsa positio causa vero nō existētie ē ipsa diuisio. Alij autē dicūt ꝙ causa apparentie cōpositionis est veritas orationis composite. causa vero nō existentie ē falsitas orationis eiusdē diuise: q: isti dicūt ꝙ veritas orationis cōposite mouet ad credendũ veritatem in eadē esse cũ est diuisa: quia principiũ motiuũ facit credere oppositum principio defectus. ꝙ aũt illi male distinguunt hmōi ꝑncipia huius loci sophistici patz ꝑmo quia oēs fallacie in dictione differũt a fallacijs extra dictionē ꝑ hoc ꝙ fallacie in dictione hñt principiũ motiuuz a parte vocis siue a parte signi: ⁊ hñt principiũ defectus a ꝑte rei. sed fallacie extra dictionē vtrũqz istorũ ꝑncipiorũ hñt a ꝑte rei ergo ꝑma sententia istorũ nō pōt stare q: pōt vtrũqz istoꝝ ꝑncipiorũ a ꝑte vocis siue in signo. cōpositio vel diuisio enī istiua oꝛonis a ꝑte vocꝫ apprehēditur siue signi. Itez nihil mouet ad credēdũ aliq̄d nisi sit simile simpliciter vel in ꝑte: ⁊ iō nō est possibile vnũ cōtrariorũ mouere ad alterũ ergo neqz cōpositio ad diuisionē vel ecōuerso: ꝑ primā aũt harũ rōnũ patet falsitas scd̄e cōpositiōis q̄ ponit vtrũqz principiũ cōpositiōis a ꝑte rei: cũ veritas nō sit in oratione nisi a ꝑte rei. Item in equiuocatione principium motiuum ab vnitate dictionis sumitur: et principiũ defectus a parte reruz significataruz ⁊ eodē modo in amphibologia ⁊ in accentu sicut postea patebit in figura dictionis ergo oportet ꝙ in cōpositiōe similiter fiat vel nō erũt sex fallacie in dictione cuiꝰ oppositũ docuit ꝓbare aris. inductione et sillō oz ergo ꝑncipiũ motiuũ cōpositionis ponere a ꝑte vocis: ⁊ ꝑncipiũ defectus a ꝑte rei. Et iō diximꝰ ꝙ ꝑncipiũ motiuũ cōpositionis est veritas oꝛonis ſm suā spēz ex cōpositione causata: ꝑncipiũ vero defectus ē possibilitas diuersarũ significatarũ ꝑ eandē oꝛonem. Veritas aũt oꝛonis cōposite mouet ad credendũ significatũ vnũ siue possibilitatē ad aliud significatũ: ⁊ sic principiũ motiuũ mouet ad oppositũ ꝑncipio defectus ⁊ sic in ceteris locis sophisticis. Cōpositionis aũt duo modi possunt assignari: quos Aristo. videtur innuere in capitulo de cōpositione. Primus ꝓuenit ex eo ꝙ aliq̄d dictũ pōt supponere verbo alicui ꝓ se toto vel pro parte sui: vt hic sedentē ambulare est possibile: ⁊ formatꝰ sic paralogismꝰ. Quēcunqz ambulare ē possibile: cōtingit ꝙ ipse ambulet: sed sedentez ambulare est possibile: ergo cōtingit ꝙ sedens ambulet. Minoꝛ ē duplex: q: si hoc dictũ: sedentē ambulare ꝓ se toto subijciatur huic ꝑdicato est possibile: sic est sensus vnus: ⁊ est oratio falsa in illo sensu: q: tũc duo actus oppositi sibi inuicem cōiungũtur ambulare. s. ⁊ sedere: quod falsum est: sicut hec est falsa sedens ambulat. Si aũt id dictum supponat predicto predicato ꝓ ꝑte sui. s. pro subiecto ipsius dicti: tunc est sensus talis: sedens habet in se potentiam ad ambulādũ: ⁊ hoc sensu est vera minoꝛ: ⁊ similiter hec est distinguenda: nō scribētem scribere est possibile: ⁊ paralogismus similiter est formandꝰ: ⁊ sunt ille orationes ⁊ cōsimiles cōposite ſm ꝙ dictũ totum supponit pro se: diuise cum supponit dictũ ꝓ parte sui: quia cōuenientius attribuitur ꝑdicatum toti dicto q̄ꝫ parti eius licet semꝑ dictũ supponat. vnde nihil ē quod quidaz obijciunt dicentes: ꝙ si est verũ secundum p̄dictũ modũ ꝙ possibilitas ad ambulādũ aliquādo attribuatur toti dicto: aliq̄ndo parti eius. s. huic ꝙ dico sedentem: ergo tunc ille acũs sedentez supponit huic verbo est sic sedentem est possibile ambulare: sed hoc est inconueniens: quia oratio esset incongrua. actũs enim non potest supponere verbo tertie persone: ergo ꝑdicta diffinitio nulla est. Solutio autem plana ex ꝑdictis: quia totum dictũ semper supponit illi verbo tertie persone: sed aliquādo per se totũ: ⁊ tunc redditur possibilitas toti dicto aliquādo pro parte sui. s. pro subiecto dicti: ⁊ tunc redditur possibilitas subiecto ipsius dicti. s. huic ꝙ dico sedentē. Alij distinguũt has orationes dicentes ꝙ ꝑ hoc

participium sedentē vł scribentē importa
tur concomitātia: ut vult ꝑscianus: quia ꝑ
ticipiū inuentū est ut ferat concomitantiā
sui ad verbū: ut sedens lego. et explicatur
ista concomitantia per hanc dictionē dum
vel cum sic: dum sedeo lego: vel cum sedeo
lego. dicunt ergo ꝙ predicte orationes sunt
duplices: quia concomitātia importata ꝑ
participiū potest significari respectu huiꝰ
verbi ambulare: ⁊ tunc est sensus istius: se
dentē ambulare est possibile. i. dum sedeo
me ambulare est possibile: quod falsum ē.
vel potest denominari illa concomitantia
respectu predicati: ⁊ tunc est sensus istius:
sedentem ambulare est possibile. i. dum se
det habet potentiam ad ambulare postea
⁊ hoc est verū. Sed ista distinctio in idem
redit cū priori: quia quādo denotatur con
comitantia respectu huius verbi ambula
re: tunc ponitur possibilitas supra totum
dictū et tunc est falsa. Quādo autē denota
tur concomitantia respectu predicati: tunc
ponitur possibilitas supra subiectuz dicti:
⁊ sic est vera. Solent autē huiusmodi ora
tiōes appellare de re vel de dicto ⁊ dicitur
de dicto quādo supponit verbo pro se: qn
do autē dictū supponit pro parte sui dicūt
de re: appellant autē rem subiectum ipsiꝰ
dicti. subiectū autē dicti non est dictū vnde
licet dictū si res tamen nō est res secundū
ꝙ ipsi sumunt rem. Secundus autem mo
dus compositionis ꝓuenit ex eo ꝙ aliqua
dictio in oratione posita potest esse deter-
minatio diuersorū ut hic litteras quas scit
discere nunc est possibile quia hoc aduer-
bium nunc potest determinare hoc verbū
discere ⁊ sic est falsum: quia litteras quas
scit aliquis non est possibile discere nunc
ꝙ si aliquis addiscit aliquid id ignorat ꝓ
ut vult aristoteles. Quicūqz addiscit igno
rat: vel potest determinare hoc predicatuz
est possibile et sic est vera. quia litteras q̄s
scit addiscere iterum nunc est possibile po
test enim earum obliuisci. ⁊ sic nunc in pre
senti habet potentiā ut addiscat eas simili
ter hic. Quod vnuz solum potest ferre plu
ra potest ferre ⁊ formatur paralogismus
sic. ꝙ vnum solū potest ferre: plura potest
ferre sed quod non potest ferre plura: pōt
ferre plura: maior est duplex. Quia si hec
dictio solum determinat hoc verbū potest
sic est falsa: ⁊ est sensus quod vnum solum
potest. ⁊c. id est ꝙ vnum potest ferre ⁊ non
potest ferre plura quod falsum est. quia si
solum vnuz potest ergo non potest plura.
Si autē hec dictio solum determinat hoc
verbū ferre sic est vera: ⁊ est sensus. ꝙ vnū
solum potest ferre: potest ferre plura. i. ꝙ
habeat potentiaz ut ferat vnum soluz po-
test plura ferre: quia quicūqz potest plura
ferre: habet etiam potentiā ut ferat vnum
solum: ut nauis que potest ferre decem ho
mines: potest ferre vnum solum. et sic illa
potentiā habet ut ferat id est solū ⁊ potest
ferre plura. vnde quod vnum soluz potest
ferre potest plura ferre.

Postqꝫ auctor determinauit de fallacijs peccantibus se-
cundū multiplex actuale. s. de equiuocatione ⁊ amphibolo-
gia. Hic consequenter determinat de fallacijs peccantibus
secundū multiplex potentiale: in quibus solū est potentialis
vnitas ipsius multiplicis. ratione cuius sunt imperfectiores
alijs: ⁊ inter illas primo determinat de fallacia compositio-
nis primo notificans quid sit cōpositō ⁊ diuisio. vnde ut suf
ficit ad propositū cōpositio accipitur dupliciter. vno mō ut
est ordinatio partiū orationis secundū sitū magis debitum
partibus in oratione positis; ⁊ sic est in qualibet oratione cō
posita vera vel falsa ⁊ dicatur sitꝰ magis debitus; qui magis
occurrit intellectui ⁊ magis cōuenit dictionibus secundū
suos modos significandi ⁊ enunciādi: ut quādo determina-
tio determinat suū determinabile eo modo magis est nata
ipsuz determinare; vel inter diuersa determinabilia determi
nat illud quod magis habet determinare. Et ecōtra diuisio
est ordinatio partiū orationis secundū sitū minus debituz.
Alio modo capitur cōpositio magis specialiter: ut solū re-
peritur in oratione cōposita falsa: ⁊ diuisio in diuisa falsa. et
hoc mō sic diffinitur. Compositio est corū que diuidi debēt
falsa vnio. ⁊ diuisio est corū q̄ cōponi debent falsa separatio.
Ubi primo sciēdū ꝙ a cōpositiōe vltio mō capta denoiatˀ
fallacia cōpositiōis. ⁊ a diuisiōe sumitˀ fallacia diuisiōis ⁊ ē
fallacia cōpositiōis idoneitas decipiēdi ꝓueniēs ex māli vni
tate orōnis diuise vere cū cōposita falsa. Et eius causa appa
rētie est materialis vnitas orōnis diuise vere cū cōposita fal
sa. rōne cuius creditˀ ꝙ sicut oratio in sensu diuiso est vera
sic in sensu cōposito; cū tn̄ sit falsa. ꝓpter quā vnitatē etiam
creditˀ ꝙ sicut oratio cōposita falsa bene infert cōclusionez
ꝙ ita diuisa vera inferat ipsam. ⁊ sic in paralogismus huius
fallacie rōne diuise vere apparet ibi esse ꝓbabilitas p̄missa
rū: ⁊ rōne cōposite false apparet ibi esse bonitas cōsequētie.
Sed causa defectus huiꝰ fallacie est diuersitas significatorū
orationis diuise vere ⁊ cōposite false. Ex q̄bus apparet ꝙ pa
logismi in q̄bus oratio diuisa est vera ⁊ cōposita falsa fiūt se
cūdū fallaciā cōpositiōis: ⁊ ecōtra qn̄ cōposita est vera ⁊ di-
uisa falsa sumitur fallacia diuisionis. Secūdo sciendū ꝙ
huius fallacie compositiōis sunt duo modi. Primus modꝰ
est: qn̄ vna determinatio diuersimode refertur ⁊ determinat
idē determinabile: fm quē sic ꝑalogizatˀ; oē rudibile vł risi-
bile ē asinꝰ: sor. est rudibilis vel risibilis: ergo sor. est asinus.
Solutio. Maior est duplex: quia illa coniunctio vel potest
determinare rudibile vel risibile tanqꝫ partes subiecti viuꝰ

ꝓpositionis: ⁊ sic cõiungit inter terminos ⁊ maior est composita ⁊ falsa. ⁊ bene sequitur cõclusio: ⁊ est sensus maioris omne illud quod est rudibile vel risibile est asinus. vl' potest disiungere ipsa tanq̃ duo subiecta duarũ propositionũ ⁊ sic disiungit inter propositiões: ⁊ sic maior est diuisa vera: quia est vna disiunctiua cuius altera pars est vera: sed tunc nõ sequitur conclusio: sed cõmittitur fallacia cõpositionis: ⁊ posset etiã distingui minor. Et similiter hic quecũq; habent q̃tuor vnitates sunt quattuor. duo ⁊ duo nõ habent quattuor vnitates: ergo duo ⁊ duo non sunt q̃ttuor. Solutio. Minor est duplex: quia illa coniunctio ⁊ potest cõiungere inter terminos ⁊ sic minor est composita ⁊ falsa ⁊ sequitur cõclusio. vel inter propositiones: ⁊ sic minor est diuisa ⁊ vera cum sit copulatiua cuius ambe partes sunt vere ⁊ sic nõ sequit' conclusio. Et similiter hic omne possibile potest esse verũ: sedentẽ currere est possibile: ergo sedentẽ currere est verum: ⁊ sic ista sedens currit erit vera. Solutio. Minor est duplex: q2 ille modus possibile potest determinare hoc dictũ sedentem currere acceptum sub cõpositione suarũ partiũ: ⁊ sic est cõposita ⁊ falsa: ⁊ sequitur conclusio. vel acceptũ sub diuisione earũdem partiũ ⁊ sic est diuisa ⁊ vera: ⁊ non sequit' cõclusio sed cõmittitur fallacia. Tertio sciendum q' in aliqua propositiõe modali dictum sumitur sub ꝯpositiõe quando subiectũ dicti secundũ suum materiale ⁊ formale simul componitur cum predicato dicti. ⁊ sumitur sub diuisione quando subiectum secundum suũ materiale tantum componitur cũ predicato dicti: ⁊ secũdũ suũ formale ab ipso diuiditur ut dicendo sedentẽ currere est possibile: currere potest componi cum sedẽte pro suo materiali ⁊ formali simul. s. pro subiecto sessionis quod est suum materiale: ⁊ pro forma sessionis siue sedentis: quod est suum formale: ⁊ tunc est modalis composita: ⁊ debet dictum continue proferri nõ pausando inter partes dicti: sed si currere componatur cum sedente pro suo materiali tantũ ⁊ nõ pro formali: tunc est diuisa: ⁊ debet ꝓferri ꝓlatione discontinua faciendo pausam inter sedentem ⁊ currere: ⁊ quando dictũ stat sub compositione subijcitur ꝓ se toto: eo q' subijcitur secundum qualibet compositionem que potest importari per ipsum: ⁊ quando stat sub diuisiõe tunc solum subijciatur pro parte sui ⁊ non pro se toto vnde in istis de possibili modales que fiunt ex terminis contrarijs vl' oppositis: in sensu composito sunt false ⁊ in diuiso sunt vere: ut album esse nigrũ est possibile. videntez esse cecum ẽ possibile. ens esse nõ ens est possibile: ⁊ econtra est de illis de impossibili. Quarto sciendũ q' secundus modus huius fallacie sumitur quando vna determinatio refertur ad diuersa determinabilia: vel vnũ determinabile ad diuersas determinationes secũdũ quẽ sic ꝑalogizatur. Quicquid viuit semꝑ est: sortes viuit: ergo sor. semꝑ est. Solutio. Maior est duplex: q2 illa determinatio semꝑ põt determinare hoc verbũ est. ⁊ sic est cõposita ⁊ falsa: ⁊ sequitur conclusio. Et dicitur tunc cõposita: q2 in oratione aduerbiũ habet determinare principalius verbũ. ⁊ q2 illud verbũ est principalius verbũ in tali oratiõe. iõ aduerbiũ ponitur in situ magis debito q̃ñ refertur ad ipsum. vel potest determinare hoc verbũ viuit ⁊ sic maior est diuisa ⁊ vera ⁊ nõ sequitur conclusio. Et similiter hic: omne quod est necessario est sortes est: ergo sor. necessario est. Solutio. Maior ẽ duplex eo q' necessario potest determinare hoc verbum est secũdo loco positum: ⁊ sic est cõposita ⁊ falsa: ⁊ sequit' ꝯclusio. vel põt determinare hoc verbum est primo positũ ⁊ sic est diuisa ⁊ vera nec sequitur cõclusio. Cõtra p̃dicta arguitur primo sic: hic est cõpositio hõ est animal: ⁊ tñ nõ falsa vnio diuidendo: ergo male diffinit' cõpositio. Secũdo sic: materialis vnitas orõnis cõposite ⁊ diuise est vnitas realis cũ sit vnitas vocis: ergo si sit causa apparẽtie huius fallacie sequitur q' hec fallacia sumit causam apparentie ex parte rei: ⁊ sic non erit fallacia in dictione. Tertio sic: quando modus determinat dictum pro se toto vel ꝓ parte sui ibi vna determinatio refertur ad diuersa determinabilia: quia totũ dictũ ⁊ ps ei⁹ differũt: ergo primus modus non differt a secũdo. Quarto sic: vnius determinatiõis est tm̃ vnũ determinabile sicut vnius determinabilis est tantũ vna determiatio: ergo eadem determinatio nunq̃ determinat diuersa determinabilia ⁊ sic male ponitur secũdus modus. Quinto sic: aliqui paralogismi fiunt in fallacijs cõpositiõis ꝑ hoc q' cõiunctio cõiungit inter terminos vel inter ꝓpositiones: ⁊ tñ ille modus hic nõ ponit': ergo insufficiẽter ponunt' modi h⁹ fallacie. Ad primũ istorũ dicit' q' si capiatur cõpositio ꝓ vniõe affirmatiua p̃dicati cũ subiecto sic ibi est cõpositio hõ est aĩal. sz si capiat' ꝯpositõ ꝓ ordiatiõe partiũ orõis in situ magis debito in oratione cõposita falsa sicut hic capitur cõpositio. sic in illa ꝓpositione nõ est cõpositio: neq; hic est diuisio vt hic capitur: hõ nõ est asinus. Ad scd'z dicitur q' licet illa materialis vnitas sit realis tñ nõ considerat' hic in rõne rei: sed in ratione signi habẽtis plura significata: ideo ista causa apparentie non sumitur a parte rei. Ad tertiũ dicitur: q' modus determinans dictũ ꝓ se toto vel ꝓ parte sui semꝑ refertur ad idẽ determinabile: licz diuersimode: q2 sp̃ determinat ipsũ dictũ: sz aliq̃ñ determiat ipz rõne toti⁹: ⁊ q̃nq; rõne ptĩ. Ad q̃rtũ dr̃ q' lz vna determiatio in vna acceptõe intellect⁹ nõ possit referri ad diuersa determiabilia: q2 non pñt ab vno intellectu plura sil' intelligi: tñ s̃m plures acceptões intellectus q̃ fiunt a pluribus hominib⁹ vel ab vno hoie successiue eadẽ determinatio põt referri ad diuersa determinabilia. Ad quintũ dicitur q' licet ille modus nõ enumeret' explicite in textu: tñ intelligit' iplicite in pmo mõ: ⁊ ꝑalogismi facti fiunt s̃m primũ modũ huius fallacie ut pri⁹ patuit.

Qualiter in oratione sit multiplex possibile: siue fuerit cõposita: siue diuisa. ⁊ q̃ñ debeat oratio dici diuisa patuit ex p̃dictis. Nũc aũt restat dicere p̃ncipia siue causas ⁊ mõs diuisionis. Est enim p̃ncipiũ motiuũ siue cã appentie diuisionis vnitas orõnis s̃m suã spẽm ex diuisiõe cãta: q2 alterã hz spẽm cũ ẽ diuisa: ⁊ alterã cũ est cõposita. Principiũ defecti⁹ siue cã nõ exñte diuisionis possibilitas ẽ diuersoꝝ significatorũ in substãtia orõnis diuise: ⁊ hec dico q2 lz orõ in illo mõ quo est diuisa hz. i. significat: tñ substãtia ei⁹ possibil' ẽ ad cõpositionẽ: ⁊ sic ad alterũ significatũ. Modi autẽ diuisiõis sunt duo. Prim⁹ ꝓuenit ex eo q' aliq̃ dictio põt cõiũgere terminos vel propões: ⁊ hoc dupl'r copulãdo vel disiũgẽdo. Cõiũgere eniz est cõe ad copulare vel disiũgere sicut cõiunctio cõis ẽ ad copulatiuã cõiunctionẽ vel disiũctiuã ⁊ ad alias cõiũctiones: est eni gen⁹ omniũ harũ. Q2 coniũgere terminos vel ꝓpões cõe ẽ ad vtrũq;. s. cõiungere eadẽ vl' disiũgere: ⁊ ex hoc prouenit p̃mus modus ut q̃nq; duo ⁊ tria. Et format' ꝑalogism⁹ sic. Quecũq; duo sunt ⁊ tria sunt tria: sz q̃nq; sunt duo ⁊ tria: ergo q̃nq; sũt tria. Minor ẽ duplex põt eni ẽẽ diuisa ⁊ est sensus. Quinq; sunt duo ⁊ q̃nq; sunt tria ⁊ est copulatiua. Vel põt esse cõposita ⁊ ẽ sensus. Quinq; sunt

duo ⁊ tria ita ꝙ sit de copulato ꝑdicato: et tūc est copulano terminorū. Silr̄ maior ē duplex. Et silr̄ hic. Quinqꝫ sunt paria ⁊ imparia disiūgendo sic. Oē aīal ē rōnale vel irrōnale: sꝫ nō oē aīal ē rōnale: ergo oē aīal ē irrōnale. Minor ē duplex: q: potest eē diuisa ⁊ est sensus. Oē animal ē rōnale vel omne aīal ē irrōnale ⁊ sic disiūctiua ⁊ est disiūctio ꝓpōnū: vel pōt eē composita: ⁊ est sensus. Oē aīal est rōnale vel irrōnale: ⁊ sic est duplex disiūctio ꝑdicato ⁊ sic est disiūctio terminorum ⁊ sic dicūtur iste oēs cōposite: q: ꝯiunctio ꝑ priꝰ ē disiūctiua ꝑtium orōnis ⁊ ꝑ posterius orōnis. Silr̄ in his: oē aīal est sanū vl̄ egrū. Ois linea ē recta vl̄ curua. Ois nūerꝰ ē par vl̄ impar. Ois substātia ē corꝑea vl̄ icorꝑea. Scd̄us modꝰ diuisiōis ꝑuenit ex eo ꝙ aliqḋ casuale vl̄ alia determiātio pōt ordinari i diuersis ut hic: tu vides ocul̄ ꝑcussū fit ꝑalogismꝰ sic. Quocūqꝫ tu vides hūc ꝑcussū illo ꝑcussꝰ ē hic: sꝫ tu vides hūc oculo vl̄ ocul̄ ꝑcussū: ergo oculo ꝑcussus ē. Minor ē duplex: q: illḋ casuale siue ille ablt̄ūs oculo vl̄ ocul̄ pōt ordiari cū hoc verbo vides: ⁊ tūc significat instrꝫ visiōis ⁊ ē sēsus tu ocul̄ vides illū q̇ ē ꝑcussus: ⁊ tūc ē ꝯposita: q: cū ille ablatiūs sit determiatio actꝰ ⁊ actꝰ magis sit i verbo q̄ꝫ i ꝑticipio: iō ꝑ priꝰ dꝫ determiare verbū ⁊ ꝑ posteriꝰ ꝑticipiū. Vel pōt ordinari cū hoc ꝑticiplo ꝑcussū ⁊ tūc significat instrꝫ ꝑcussiōis ⁊ sic ē diuisa: ⁊ ē sensus. Tu vides illū q̇ ꝑcussus est ocul̄. Silr̄ in his ego posui te seruū entē liberū: ⁊ q̇nquagīta virorꝫ cētū reliq̇t diues achilles ⁊ tu scis tm̄ tres hoies currere posito ꝙ sex currāt: sꝫ tu scias tm̄ de tribꝰ: sꝫ q̇cq̇d scit̄ ē verū: ergo tm̄ tres hoies currere ē verū. ꝓma duplex q: hoc aduerbium tm̄ pōt determiare hoc verbū scis: ⁊ sic est ꝯposita ⁊ vera. vl̄ hoc verbū currere et sic diuisa ē ⁊ falsa. ⁊ tu es hodie natꝰ ꝓbo tu es hodie ergo natꝰ vl̄ nō natꝰ. sꝫ tu nō es nō natꝰ ergo es natꝰ ergo tu es hodie natꝰ. ꝓma ē duplex ex eo ꝙ hoc aduerbiū hodie pōt detmiare hꝫ v̄bū: est ⁊ sic ꝯposita ⁊ v̄a. vl̄ hoc ꝑticipiū natꝰ ⁊ sic diuisa ē falsa

Postq̄ȝ maior determinauit de relatiuis identitatis substantie. Hic consequenter determinat de relatiuis diuersitatis primo ponēdo diffinitionē ei⁹. scḋo assignādo aliq̄s regulas relatiuoꝝ substātie: ergo ponit diffinitionē relatiui diuersitatis dicēs ꝙ relatiuū diuersitat⁹ substātie est ꝙ supponit ꝑ alio in nūero ab eo qḋ refert ut sor. currit ⁊ alius disputat. hoc relatiuū alius facit relationē de sorte in aliquo et tñ supponit pro alio a sorte in aliq̄. Primo sciēdū ꝙ diuiū pōt eē cū dī sor. currit ⁊ aliud ē albū ꝑ quo supponit illud relatiuū aliud id ad hoc dicunt q̄dā ꝙ supponit ꝑ alio hoīe a sorte sicut in ista sor. cur. ⁊ ali⁹ hō ē albus. sꝫ hoc nō vr̄ eē veꝝ qꝛ relatiuū masculi generis ⁊ femi generi quodammō restringunt̄ ad supponēdū ꝑ supposit̄ eiusdē spēi cuꝫ suo añte masculi generis vel feminini id dicet̄ inferi⁹ ꝙ ali⁹ ponit diuersitatē inter supposita: sꝫ aliḋ dicit diuersitatē in eēntia id cū dī sor. cur. ⁊ alius hō est alb⁹ sensus ē ali⁹ pticular̄ hō est alb⁹ ⁊ cū dī sor. cur. ⁊ aliud ē albū sensus ē aliud eēntialr̄ ē albū ⁊ nō suppōit ꝑ re in eadē spē id distinguit̄ ꝯtra hoc relatiuū ali⁹ qḋ determinat̄ p masculinū gen⁹ ad supponēdū ꝑ eodē in spē cū suo añte. Scḋo sciēdū ꝙ in textu assignant̄ tres regule relatiuoꝝ quaꝝ p̄ma ē relatiuoꝝ diuersitatis q̄ talis ē. Si relatiuū diuersitatis substātie addat̄ termino supiori ⁊ inferiori tūc termin⁹ inferior fit supior ⁊ ecōtra sicut aial est supius ad hoīem. sed aliud ab aiali est inferius ad aliud ab hoīe. sicut bñ sequit̄ hō est: ergo aial est a spē ad genus ita bñ sequit̄ lapis ē aliud ab aiali: ergo ē aliud ab hoīe. Rō hui⁹ ē. qꝛ virtualiter includit in se quādā negationē. id q̄ñ actu plura partiū significant̄ tanto plura negant̄ sicut etiā negatio infinitās ut nō hō in plus se hꝫ q̄ȝ nō aial cū nō hō de nō aiali vl̄r p̄dicet̄ sicut in ꝯuersione ꝑ ꝯpositionē satis dictū ē. Tertio sciēdū ꝙ scḋa regula relatiuoꝝ ē ꝙ nulla ꝑpō inchoata a relatiōe substātie hꝫ ꝯdictoriā quā qḋē regulā ponūt aliqui tanq̄ȝ veraꝫ p. aūt. h. recitat ipsam ⁊ manifestat eā eē falsam. ⁊ improbat eā in textu trib⁹ rōnibus quaꝝ vltima talis ē. Cuilibet affirmatōi est negatio opposita ⁊ ecōtra. ut hꝫ Arist. in scḋo ꝑyarmenias: ergo affirmationi inchoate a relatiuo subē erit negatio opposita ꝯdictorie ⁊ ecōtra qḋ ꝯcedimus dicētes p̄dictā regulā eē falsam. Alie due rōnes clare patēt in textu. id cā breuitatis ꝑ nūc relinquunt̄. Quarto sciendū ꝙ tertia regula talis ē ꝙ oē relatiuū idētitatis subē nō reciprocū codē mō supponit sicut suū añs: ut oīs hō est aial. ⁊ ille est subā hoc relatiuū ille supponit ꝑ oī hoīe ⁊ ē sensus oīs hō est aial ⁊ ille est subā. i. oīs hō est aial ⁊ oīs hō ē subā ⁊ dī notāter nō reciprocum qꝛ ut dictū ē cū dī oīs hō videt se nō est sensus ꝙ oīs hō videt oēꝫ hoīem. id sicut etiā dcm̄ ē loco relatiui reciproci nō lꝫ ponere suū añs sicut fit de relatiuis idētitat̄ substātie nō reciprocis: ⁊ id ibi nō pōt fieri descēsus nisi sub añte dicēdo: oīs hō videt se ergo sor. videt se: ⁊ plato videt se: ⁊ sic de alijs. Cōtra p̄dicta arḡ p̄mo sic: negatio addita supiori ⁊ inferiori non facit ꝙ supius sic inferi⁹: aut ecōtra: qꝛ solū hꝫ negare: ergo nec relatiū diuersitatis hoc facere pōt virtute negationis. Scḋo sic in nō entib⁹ nō sunt gñā neqꝫ spēs: ergo nō hō nō est gen⁹ ad nō aial: nec aliud ab hoīe est gen⁹ aliḋ ab animali q̄re male dictū ē ꝙ arguēdo sic: lapis est aliud ab aiali: ergo ē aliud ab hoīe. arguitur a spē ad genus. Tertio sic: nō sequit̄ p p̄mā regulā sor. est alter ab hoīe: ergo est alter a seipso: ergo illa regula nō est vera. Quarto sic contra secundā regulā ꝑbando ipsam esse verā rōne qua mouebantur antiqui: q̄ talis est cū dr̄ hō ē ⁊ ille disputat: hoc relatiuū ille hꝫ respectū ad suū añs ꝑpter dependētiā sue relatiōis: ergo cū negatio negās q̄ nō agit añ se sequit̄ ipsum relatiuū: ut dicēdo: sortes currit. ⁊ ille disputat: nō negat qḋ affirmatio affirmat quare no facit contradictionē. Quinto sic: ꝙ tertia regula nō sit vniuersaliter vera: qꝛ dicēdo hō currit ⁊ ille est dignissima creaturarū: vel ille est spēs hoc relatiuū ille rōne illius adiuncti species videtur habere suppositionē simplicē: ⁊ tamē suū antecedēs supponit ꝑsonaliter: ergo tertia regula nō est vl̄r vera. Ad p̄mū dicitur ꝙ negatio p̄mo ⁊ ꝑ se habet negare: sed ex cōsequenti habet distribuere ⁊ facere terminū inferiorē superiorē ⁊ econtra. Ad secūdū dī ꝙ dupliciter pōt intelligi ꝙ in nō entib⁹ siue in negationibus sint genera ⁊ spēs. vno mō s̄m veritatē ⁊ sic cōcedītur ꝙ ibi nō sunt genera nec spēs. Alio mō s̄m modum tm̄: ⁊ isto mō in nō entibus bñ sunt gñā ⁊ spēs: ⁊ id lꝫ nō hō nō sit verū genus ad nō aial: hꝫ tm̄ modū generis respectu ipsius. ⁊ ita dī de aliud ab hoīe in ordine ad aliud ab animali. Ad tertiū dī ꝙ regula intelligit̄ de relatiuis substantie: mō alterū est relatiuū diuersitatis accidētis: ⁊ id ꝯcedēdū ē ꝙ regula sibi non cōuenit. Ad quartū dī ꝙ ꝑ p̄dc. hīs. r̄ndet ꝙ r̄lm cōparat̄ ad suū añs: ⁊ cōparat̄ ad verbū cui subijcitur. ꝑ cōparationē vero relatiui ad verbū sumit̄ q̄litas ꝑpōnis: ⁊ nō p cōparationē relatiui ad añs: id negatio in cōtradicendo hꝫ tm̄ negare cōparationē relatiui ad verbū ⁊ non comparationē relatiui ad antecedēs id ratio antiquoꝝ nulla est. Ad quintū dī ꝙ eñdent aliqui ꝙ r̄lm idētitat̄ nō reciprocū q̄ñqꝫ facit recordationē sui añtis sine mutatiōe eē añtis vel alicui⁹ ꝑprietatis ei⁹. ⁊ tunc codē mō supponit sicut suū añs. q̄ñqꝫ vero facit recordationē sui añtis cū mutatione sui esse vel alicuius ꝑprietatis ⁊ sic nō oꝫ ꝙ codē mō supponat sicut suū añs: licet sit verū ꝙ semp supponit ꝑ eodē numero in nūerositate essentie vl̄ suppositi. Aliter pōt dici ⁊ fortasse meli⁹: ꝙ in illa ꝑpōne p̄dicta illud relatiuū ille supponit ꝑsonaliter ⁊ non simpliciter: qꝛ suppositio relatiui identitatis sibi cōuenit rōne sui añtis: ⁊ nō rōne alteri⁹ sibi adiuncti. Et sic pꝫ de relatiuis substantie.

¶ Dicto de relatiuis subē: dicendū ē de relatiuis accñtis. Relatiuū aūt accñtis ē qȯ refert eandē rem ꝑ modū denominationis ut talis qualis ⁊ siñia. vñ hec est dr̃ia relatiui substātie ad relatiū accñtis: qꝛ relatiuū substātie refert rem vnā ꝑ modū eius qȯ est qd: ut albedo q̄ ē in pariete: et color q̄ est in corpe: et sic de alijs. Relatiuū autē accidentis est qȯ refert rē ꝑ modū denoīationis: ut sor. est albus et talis ē plato. Alia aūt datur dr̃ia earūdē: qꝛ relatiuū substātie refert idē numero. relatiū aūt accñtis refert idē specie: ut sor. est albus et tal' est plato. et iȯ dicimus ꝙ accñs in nūero nō pōt esse in diuersis subiectis: sed idē accidens in specie. Relatiuū aūt accñtis diuidit: qꝛ aliud est relatiuū idētitatꝫ: ut talis. aliȯ relatiuū diuersitatis: ut alterius modi. Relatiuū idētitatis in accidētibꝰ est ꝙ refert eā dē q̄litatē specie: ⁊ supponit ꝓ eadē in specie: ut sor. ē albꝰ ⁊ talis ē plato. Relatiuū aūt diuersitatis in accidētibꝰ est: ꝙ refert eadē in spē: ⁊ supponit pro q̄litate diuersa spē: ut sor. est albus: et alteriꝰ modi est plato. Differt aūt relatiuū idētitatis substantie a relatiuis idētitatis accidētis: qꝛ relatiuū idētitatis substātie refert eandē substātiā in numero. Relatiuuꝫ autē identitatis accidentis nō refert idē accñs in numero: sed idem accidens in spē. Itē relatiuorum idētitatis in accidētibus aliud est qualitatis ut talis. aliud est quātitatis cōtinue: ut tantus aliud ē relatiuū numeri: ut tot. Itē relatiuorū numeri quedā sunt noīa: ut tot quot totidem. quedā aduerbia. ut totiens quotiens. Sciendū autē ꝙ talis ⁊ tātꝰ ⁊ tot et totidēꝫ ⁊ quotiēs possunt esse relatiua ⁊ demonstratiua et redditiua. Si ad presentes dicantur demonstratiua sunt: ut cū dicimus demōstrantes mare: talis ē nilus. ⁊ demonstrantes herculē talis est plato: ⁊ sic de alijs. Si aūt nō dicatur ad presentes siue ꝑ demōstrationē reꝝ p̄sitiū: tūc sunc relatiua vl' redditiua. sed proprierea ditiua sunt qñ reddūtur interrogationi p̄cedēti: ut qualis est sor. talis est plato. Relatiua aūt sunt qñ sine interrogatiōe ꝓferūtur: ut qualis est plato: talis fuit sortes. Et qñ ad noīa adiectiua dicunt̄ spālitū accidentiū: ut ethiops ē niger ⁊ talis est coruus. vel sor. fuit albus: ⁊ talis est plato: et hec de relatiuis dicta sufficiant.

¶ Postq̄ꝫ auctor determinauit de relatiuo substātie. Hic ꝯñter determinat de relatiuis accñtis. ⁊ rō huiꝰ est: qꝛ sicut accñs se hꝫ ad subām: ita relatiuū accñtꝭ ad relatiuū subē sꝫ accñs posteriꝰ est subā nedū f̄m ordinē nature: sed etiā secūdū ordinē cognitiōis: qꝛ hꝫ cognosci ꝑ suū subiectū: ergo relatiuū accñtis posterius ē relatiuo subē: q̄re ꝯuenieñter de ipso posteriꝰ determinat̄. vñ Pe. hispa. determinādo de relatiuis accñtis: primo ponit diffinitionē relatiui accñtis. scd̄o notificat ipsum aliquibꝰ diuisionibꝰ. ergo primo ponit talē diffinitionē relatiui accñtis dicēs ꝙ relatiuum accñtis ē qȯ refert rē suā ꝑ modū denoīantis: ut tale q̄le: ⁊ similia: ut dicēdo sor. est albus. ⁊ plato est talis. illud relatiuū talis: refert illud antecedēs albū: denominando platonē albū implicite qꝛ sensus est: plato ē talis. i. plato est albus. Primo sciendū: ꝙ relatiuū accidētis differt a relatiuo substantie duobꝰ modis. primo qꝛ relatiuū substantie refert rē suam ꝑ modū ꝑ se stantis siue ꝑ modū eius qȯ est qd. ut albedo q̄ est qualitas est color q̄ est in pariete ⁊ sic de alijs. relatiuū aūt accidētis refert rē suā ꝑ modū denominatiōis. ut dicēdo sortes est bipedalis ⁊ tantus est plato. Scd̄o differūt qꝛ relatiuū substātie refert idē in numero cū suo antecedēte. relatiuū vero accidentis nō. sed solū idē in specie. Cuius rō est: qꝛ idē accidens in numero nō pōt esse in diuersis subiectis: sed bñ idēꝫ accidēs in spē. diuidit̄ aūt relatiuū accñtis in textu sic. Relatiuorū aūt accñtis. aliud est relatiuuꝫ idētitatis ut talis q̄lis tantus quātus ⁊ sic de alijs. Aliud est relatiuū diuersitatis ut alter reliquus ⁊ siñia. Que diuisio est analogum sua analogata: qꝛ relatiuū accidētis semꝑ ꝑ priꝰ dr̄ de relatiuo idētitatis q̄ꝫ de relatiuo diuersitatis; qꝛ relatiuū identitatis ꝑus ꝯfectius est relatiuo diuersitatis sicut idē prius est diuerso. Cuius diuisionis rō est: qꝛ oē relatiuū accñtis supponit pro eodē in spē cū suo antecedēte vel nō. si primū sic est relatiuū idētitatis: si scd̄m sic ē relatiuū diuersitatis. Scd̄o sciēdū: ꝙ relatiuū dr̄ accidētis nō ꝙ referat accidēs solū sꝫ qꝛ facit recordationē de suo aīte ꝑ modū accidētis. i. adiectiue significati. ideo sicut relatiuū substātie pōt reꝑiri in oībus nouēꝫ generibꝰ accidentiū: ita relatiuū accidētis pōt reꝑiri in p̄dicamēto substātie ut sor. est hūanus ⁊ talis est plato. vnde in textu relatiuū idētitatꝭ accñtis sic diffinitur. Relatiuū idētitatꝭ in accñtibꝰ cū sit qȯ refert idē accñs i spē ꝓ eodē supponit cū suo aīte. Sed relatiuū diuersitatis accñtis ē qȯ refert idē accidēs in spē cū suo aīte. sꝫ ꝓ diuersis in specie suppōit ut sor. est albus ⁊ fortes est alterius mōi. vñ differt relatiuūꝫ idētitatis substātie a relatiuo idētitatis in accñtibꝰ: qꝛ relatiuū substātie idētitatis refert eādē rē in numero cū suo antecedente; relatiuū aūt identitatis in accñtibus nō refert idēꝫ accñs in numero: sed solū idēꝫ in spē. quare alia ⁊ alia rōne dicunt̄ relatiua idētitatis. Tertio sciendū: ꝙ vnū membrū p̄dicte diuisionis subdiuiditur in textu sic. Relatiuum idētitatis in accñtibus. aliud est relatiuū in quantitatibus ut tantus quātus. aliud ē qualitatis ut talis qualis. Cuius diuisionis rō est: qꝛ relatiuū identitatis in accñtibus refert rem suam ꝑ modū forme qualificantis id est: cuiꝰ est aut ꝑ modū mēsure. si primū sic est relatiuū qualitatis. si scd̄m sic ē relatiuū quātitatis. vñ in p̄dicta diuisione determinatio diuisi debet intelligi in mēbris diuidentibꝰ ut sit sensus relatiuorū idētitatis. Aliud ē relatiuū idētitatis accidētis idētitatꝭ quantitatis. Aliud ē relatiuū accidētis qualitatis. In p̄dicta aūt diuisione quantitas ⁊ qualitas nō capiūtur specialr̄ ut sunt p̄dicamenta ad inuicē ⁊ ab alijs distincta. sꝫ quodāmodo accipiūtur cōiter scꝫ quātitas ꝓ oī eo qȯ significatur ꝑ modū quātitatis siue ꝑ modū mēsure. ⁊ qualitas ꝓ omni eo quod significatur ꝑ modū q̄litatis siue forme q̄lificantis Ex quo patet ꝙ relatiuū idētitatis in accidētibus pōt reꝑi

ri in substantia ⁊ in alijs p̄dicamētis a quantitate ⁊ qualita te. Quarto sciendū: q̄ relatiuū idētitatis quantitatis in textu diuidit̄. nā aliud ē relatiuū quātitatis ꝯtinue ut tātus quātus. Aliud ē relatiuū quātitatis discrete ut tot quot. et iterū relatiuū quantitatis discrete diuidit̄: q2 q̄dā sunt noīa ut tot quot: alia uo aduerbia ut totiēs quotiēs. vn̄ in p̄dictis diuisionib⁹ determinatio diuisi oꝫ intelligi in mēbris diuidē tibus sicut dictū est in p̄cedēti diuisiōe. Sed ut habet̄ in textu relatiua idētitatis accn̄tis pn̄t eē relatiua demōstratiua ⁊ respōsiua siue redditiua s̄m diuersas rōnes. q2 si referant̄ ad res p̄ntes dn̄r ut demōstratiua ut demonstrando tulliū dicimꝰ tal̄ ē achiles ⁊ sic de alijs. Et qn̄ reddūtur interrogatiōi p̄cedenti dn̄r respōsiua vel redditiua. ut si q̄ratur q̄lis ē sor. ⁊ r̄ndeatur ip̄e ē talis qualis ē plato. qn̄ uo referūtur ad nomina adiectiua specialiū accidētiū dn̄r relatiua ut ethiops est niger ⁊ talis est coruꝰ ⁊ p̄r est albus. ⁊ talis ē filiꝰ. Cōtra p̄dicta ar̄. p̄mo sic: accn̄tia sensibilia priꝰ a nobis cognoscūtur: ergo nō est verū q̄d accn̄s sit posteriꝰ substātia ordie cognitiōis. Scd̄o sic: relatiū accidētis bn̄ regitur in genere substātie ut sor. est rōnalis ⁊ tal̄ est plato ⁊ tn̄ nō regitur ibi denolatio: ergo ꝯtra diffinitionē. Tertio sic: relatiuuꝫ idētitatis accn̄tis regitur in substātia ⁊ in alijs generibꝰ accidētiū a q̄ntitate ⁊ q̄litate: ergo p̄dicta diuisio est insufficiens ꝯn̄a patet q2 in plus est diuisuꝫ q̄ꝫ diuidētia. Quarto sic relatiuū subē regitur in q̄ntitate ut dicēdo: linea q̄ est quātitas ⁊ in q̄litate. ut dicēdo albedo q̄ est in corpe: ergo mēbra diuisionis repiuntur ex̄ diuisum ⁊ sic diuisio est insufficiens. Quinto sic: tātus ⁊ quātus q̄ sunt relatiua quātitatis cōtinue pn̄t repiri in orōne q̄ ē quātitas discreta ut dicēdo tāta est vna sillaba quāta ē alia. Tertio male diuidit̄ relatiuū quātitatis in ꝯtinuū ⁊ discretū. silr̄ tot ⁊ quot q̄ sunt relatiua quātitatis discrete attribuūtur linee vel tpi q̄ sunt quātitates ꝯtinue. ut dicēdo tot sunt hore diei hodierne quot sūt hesterne ⁊ ecōtra ergo male diuidit̄ relatiū q̄ntitatis in relatiuū q̄ntitatis ꝯtinue ⁊ q̄ntitatis discrete. Ad primū dr̄: q̄ in nobis duplex repitur cognitio quedā ē sēsitiua ⁊ sic cōceditur an̄s. alia ē intellectiua: ⁊ de tali hic intelligit̄ ⁊ sic negat̄ an̄s. Ad s̄ꝫ dr̄: q̄ lꝫ i ḡn̄e subē nō sit vera denoīatio tn̄ bn̄ est denoīatio s̄m modū ⁊ hoc sufficit. Ad tertiū patet solutio ex scd̄o notabili. Ad q̄rtū silr̄. Ad q̄ntū dr̄ q̄ tātus ⁊ quātꝰ ꝯueniūt orōni nō s̄ꝫ se s̄ꝫ rōne tpis in quo ꝓfert̄. Silr̄ tot ⁊ quot attribuūtur tpi ⁊ linee nō s̄m suam subām s̄ꝫ rōne sui accn̄tis. s. actus mēsurādi q̄ est ꝑ modum discreti. Circa hec aūt diuersitates accn̄tis q̄ritur de veritate istiꝰ sophismatis sor. ē alter a se ipso ꝓbatur sic sortes sedens est alter a seipso nō sedēte ut habet porphiriꝰ in p̄dicabilibꝰ ergo ista ē vera sor. est alter a seipso. Improbat̄ sic: sor. ē alter a seipso: ergo sortes est alter ab hoīe. ꝯn̄a tenet ab inferiori ad suū supius. sed ꝯn̄s est falsum: ergo ⁊ an̄s. q̄d fuit sophisma. Item sortes ē idē sibi ipsi: ergo nō est alter a seipso. R̄ndetur q̄ sophisma est verū ⁊ ad p̄mā improbationē dr̄ q̄ negatur ꝯn̄a. ⁊ ad ꝓbationē dr̄ q̄ nō arguitur ab inferiori ad suū supius affirmatiue. s̄ꝫ potiꝰ negatiue. Ad aliā silr̄ negatur ꝯn̄a q2 idem importat vnitatē in substantia. alter uo importat diuersitatē in accidētibꝰ. ista aūt duo bene se cōpatiūtur in eodē. Et hec de relatiuis dicta sufficiant.

Incipit tertius tractatus de Ampliatione.

Personalis suppositio est acceptio termini cōis pro suis inferiorib⁹. Cuiꝰ alia ē cōfusa alia determinata ut prius patuit. Itē ꝑsonalis suppositiōis: alia est diuisio: nā alia est restricta alia ampliata. ⁊ iō restrictio ⁊ ampliatio habēt fieri circa ꝑsonalē suppositionē.

Restrictio est coartatio termini cōis a maiori suppositiōe ad minorē: ut cū dr̄: hō albus currit: hoc adiectiuuꝫ albus restringit hominē ad supponendū pro alio Ampliatio ē extensio termini cōmunis a minori suppositione ad maiorem: ut hō pōt eē antixp̄s. ille terminꝰ hō nō solū supponit pro his qui sunt: sed ꝓ his qui erūt. vnde ampliatur ad futura. Dico autē termini cōis: q2 terminus discretꝰ: ut sor. nō restringitur neqꝫ ampliatur.

Iste est tractatꝰ tertiꝰ huiꝰ libri qui partuoꝝ logicaliū dr̄. in quo postq̄ꝫ P̄e. hispa. supiꝰ determiauit de suppositionibꝰ terminoꝝ absolutoꝝ ⁊ respectiuoꝝ. Hic ꝯn̄ter determinat de alijs ꝓprietatibꝰ eoꝝ vꝫ de ampliatiōe ⁊ restrictione ⁊ q2 ampliatio ⁊ restrictio hn̄t fieri circa ꝑsonalē suppositionē ⁊ ꝑsupponūt eā: de q̄ visum ē priꝰ: iō patet ordo huiꝰ tractatꝰ ad p̄cedentē et sequentē pꝫ q2 ampliatio ē q̄uodāmodo ꝑfectior q̄ꝫ restrictio. nā ampliatio augmētat quodāmō suppositionē termini: restrictio aūt diminuit. cū aūt augmētatio dicat ꝑfectiorē quātitatē q̄ꝫ diminutio q2 tēdit ad q̄ntitatē ꝑfectā: sequitur q̄ ampliatio q̄ augmētat suppositionē termini debet p̄cedere restrictionē q̄ restringit ⁊ diminuit.

Primo sciendū: q̄ ampliatio ⁊ restrictio hn̄t fieri circa suppositionē ꝑsonalē: iō auctor incidētalit̄ ponit diffinitionē eius: ⁊ etiā diuisionē in suppositionē determinatā ⁊ ꝯfusam. ⁊ q2 supius auctor fecit mētionē de eisdē determinatōe eoꝝ relinquit̄. Sꝫ magis ad ꝓpositū accedēdo auctor diuidit ꝑsonalē suppositionē aliter q̄ꝫ prius: ⁊ est diuisio talis ꝑsonaliū suppositionū: alia ē restrictiua: alia ampliatiua. Ex quo patet q̄ hn̄t fieri solū circa suppositionē ꝑsonalē. Et q̄ nō possunt fieri circa suppositionē naturalē ⁊ simplicē patꝫ p̄mo q2 in naturali suppositione terminꝰ accipitur ꝓ oībꝰ q̄ ꝑticipant naturā cōem ꝑ terminū cōem significatā: ⁊ iō naturalis suppositio nō potest restringi nec ampliari remanēte naturali suppositione. Similiter nō pn̄t fieri circa simplicē: q2 suppositio simplex ē acceptio termini cōis ꝓ natura simplici. quequidē natura simplex ē indiuisibilis: ⁊ non accipitur ꝓ pluribꝰ suppositis. ⁊ q2 ampliatio ⁊ restrictio dicūt quandā diuersitatē: iō nō possunt fieri circa suppositionem simplicē: ex quo sequitur q̄ soluꝫ habēt fieri circa suppositionē ꝑsonalē: ⁊ hoc tā determinatā q̄ꝫ ꝯfusam. Secūdo sciēdū: q̄ q̄uis in isto tractatu nō determinetur de restrictiōe sed solū de ampliatiōe: q2 tn̄ ampliatio ⁊ restrictio opponūtur: ⁊ vnum oppositū nō ꝑfecte cognoscitur nisi cognoscit̄ reliquū: ⁊ iō in isto tractatu auctor diffinit restrictionē. vn̄ restrictio est coartatio termini cōis a maiori suppositione: hoc ē a maiori ambitu seu acceptione suppositoꝝ ad minorē suppositionē. vn̄ ponitur coartatio loco generis. deinde ponit termini cōis ad differentiā termini discreti: qui nec restringit̄ nec ampliatur eo q̄ nō habet supposita: ⁊ dr̄ a maiori suppositione ad minorē ad differentiā ampliationis. vn̄ si dicatur homo currit: homo ibi supponit pro oībus hoībus tā albis q̄ꝫ nigris aut medio colore coloratis: sed tn̄ cū dicatur hō albus currit: homo ibi restringitur ad supponendū pro hoībus albis tm̄. vn̄ intelligēdū ē quātū ad veritatē locutionis: q2 cū dr̄ hō albꝰ currit hō supponit ꝓ oībus hominibꝰ sed nō redditur locutio vera nisi ꝓ albis. Tertio sciēdū q̄ ampliatio sic diffinitur in textu q̄ ē extēsio termini cōis a minore suppōne ad maiorē. hoc ē a minori ambitu seu acceptione suppositoꝝ ad maiorē. ⁊ intelligendū ē ut prius q̄ntū ad veritatē locutionis. ut cū dr̄ homo currit: ibi hō reddit locutionē verā solū pro illis qui sunt actu hoīes ꝓpter exigentiā illius aduīcti currit. s̄ꝫ cū dr̄ homo pōt currere vel homo pōt esse antixp̄s. ibi locutio pōt verificari tam ꝓ illis qui sunt actu q̄ꝫ ꝓ illis qui sunt in potētia. ⁊ ita hō ampliatur ⁊ augmētatur actu eius suppositio ⁊ ꝑ hoc aduīctū pōt. Et fiūt semꝑ ampliatio ⁊ restrictio respectu termini poten

ēis teneri ꝑ pluribus vel paucioribus q̄ꝫ exigat sua actualis suppositio. vnde in ista diffinitione ponitur termini cōis eadē rōne qua ⁊ in p̄cedēti diffinitiōe. vnde coartatio ⁊ extēsio non capiūtur hic ꝓprie: ſ; methaphorice ad coartationē ⁊ extensionē realem. nam sicut coartatio realis est qua aliquis minus spaciū continet quā prius ⁊ extēsio maius. sic in proposito dicitur coartatio quia terminus cōmunis tenetur ꝓ paucioribus suppositis q̄ꝫ prius ⁊ extensio dicitur: quia terminus cōmunis tenetur ꝓ vniuersalibus suppositis q̄ꝫ prius ⁊ sic patet intellectus istarū diffinitionū. Quarto sciendū q᷑ supposita alicuius termini possunt dici supposita in actu dupliciter. vno modo quantū ad actū existēdi. Alio modo quantū ad actum significandi. vnde cesar vł adam vel antixp̄s qui includunt essentialiter formā hominis sunt supposita eius quantū ad actū significādi q̄ꝛ actualiter nō existūt ideo non sunt supposita hominis quantū ad actū existendi scilicet hominis actualiter existendi. vnde q̄n auctor loquit̄ de ampliatione intelligit q᷑ terminus cōis ampliatur quando supponit respectu verbi vel adiuncti ad supposita q̄ non sunt supposita in existendo. sed in significādo ut patet in exēplo auctoris: homo pōt esse antixp̄s. Cōtra p̄dicta arguitur primo sic: a notioribus nobis debemus procedere sed restrictio est notior suppositione cū ſit magis determinata et magis determinata sunt nobis notiora: ergo sequit̄ q᷑ iste tractatus debet p̄cedere precedentem. Secūdo sic: suppositio naturalis ⁊ simplex possunt ampliari ⁊ restringi: ergo cōtra diuisionē in qua dicebat̄ q᷑ personalis suppositio alia est ampliatiua alia restrictiua. an̄s patet quia hō dr̄ hō contingenter est sp̄ēs vel necessario. Tertio sic: contra diffinitiones p̄dictas quia coartatio ⁊ extensio sunt quātitates: ſ; ampliatio ⁊ restrictio non sunt quātitates: ergo male dicit̄ q᷑ ampliatio ē extensio ⁊ restrictio ē coartatio. Quarto sic: q᷑ terminus cōis non possit ampliari q̄ꝛ terminus cōis supponit solū pro his que actu participant formā termini cōis: ergo non pōt ampliari ad ea que erunt vel possunt eē.

Quinto sic dicendo: sor. pōt esse ibi sortes stat indeterminate pro sorte qui est ⁊ qui erit: ergo terminus discretus potest ampliari. Ad primū dr̄: q᷑ licet cognitiōe determinata sensibili magis determinatū precedat minus tn̄ cognitiōe intelligibili ⁊ cōfusa magis cōfusum p̄cedat magis determinatū ⁊ sic ē de ampliatione respectu suppositiōis. Ad secundū dicitur: q᷑ licet termin⁹ ꝑ se sumpt⁹ supponat naturaliter tn̄ q̄n sumitur cū adiuncto nō amplius supponit naturaliter. Et etiā licet termino q̄ supponit simpliciter addatur dictio ampliatiua tn̄ non ampliat ipsum terminū eo q᷑ non reperit naturā aptam natā suscipe ampliationem.

Ad tertiū dicitur: q᷑ ibi nō accipitur extensio nec etiā coartatio realiter sed solū methaphorice vt̄, ut dictū ē. Ad quartū dicitur: q᷑ licet terminus cōis nō possit ampliari ꝓ pluribus quantū ad supposita actualia in essendo: cū bene pōt ampliari quantū ad supposita actualia in significando.

Ad q̄ntū dicitur: q᷑ quādo termin⁹ ampliatur vel restringitur oportet q᷑ teneatur vniuoce modo si sor. stet pro eo q̄ est erit vł pōt esse: hoc tn̄ ē equoce: ⁊ sic ibi nō ē ampliatio.

Ampliationū alia fit per verbū ut per hoc verbū potest: ut homo potest esse antichristus. Alia per nomē: ut hominē esse antixp̄m est possibilis. Alia per participium: ut homo est potens esse antixp̄s. Alia per aduerbiū: ut homo necessario est animal. homo enim ampliatur non solū pro presenti: sed etiam pro futuro tenetur. Et ideo sequitur alia diuisio ampliationis secundū q᷑ ampliationū alia ē respectu suppositorū: ut homo potest esse antichristus Alia respectu t̄pis: ut hō necessario ē aīal.

Postq̄ꝫ auctor posuit diffinitionē ampliatiōis. Hic consequenter eā diuidit: ⁊ q̄ꝛ diffinitū dicat ēē: diuisio vō dicat posse reg ⁊ esse precedit posse: ideo patet ordo et dicit: q᷑ ampliationū alia fit ꝑ verbū: ut hō ē antixp̄s. Alia ꝑ nomē: ut hoiē esse antixp̄m ē possibile. Alia ꝑ aduerbiū: ut hō necessario ē animal. Alia ꝑ p̄ticipiū: ut hō ē potens esse aīal. Et ex ista diuisione ampliationis infert auctor aliā dicens: q᷑ quedā ē ampliatio q̄ fit respectu suppositoꝝ: ut hō pōt esse antixp̄s. alia respectu t̄pis: ut homo necessario ē aīal. Primo sciendū q᷑ illa dicantur ampliare respectu suppositoꝝ q̄ faciunt terminū cōem teneri ꝑ suppositis existentib⁹ in actu q̄ꝫ nō existentibus cuiusmodi sunt verba quoꝝ actus cōparatur ad subiectū: in subiecto tn̄ non sunt: ut sunt ista: pōt opinatur laudatur: ⁊ sic de aliis. ⁊ sl̄r ampliant illa q̄ ab ipsis descendunt ut aliqua noīa ⁊ aliqua p̄ticipia ⁊ etiā aduerbia: ut potens ⁊ possibiliter. q̄ descendūt ab hoc verbo pōt laudabile ⁊ laudabiliter: q̄ descendūt ab hoc verbo laudo as. ſ; illa dicuntur ampliare respectu temporū q̄ faciunt terminū cōem extendi ad oēs differētias tēporis: ut impossibile ⁊ necessario. vnde cū dicitur homo necessario ē animal: idē ē ac si diceretur in omni t̄pe: cōuenit hoī q᷑ sit animal. Scd̄o sciendū q᷑ ille terminus dr̄ ampliari q̄ ꝑ plurib⁹ suppositis stat q̄ꝫ prius stabat cū adiuncto cui addebatur. verbi gr̄a si dicat̄ hō pōt esse antixp̄s: ibi homo stat ꝑ plurib⁹ q̄ꝫ si diceretur hō currit: quia stat ꝑ hominibus p̄sentibus. Et ꝑ oppositum terminus dicitur restringi q̄ pro paucioribus suppositis stat q̄ꝫ prius stabat cum suo adiuncto: ut si dicatur hō currit. ibi homo stat pro p̄sentibus. ⁊ cū dr̄ alb⁹ homo currit: ibi stat pro p̄ntibus albis. Tertio sciēdū: q᷑ virtus ampliādi ⁊ restringēdi datur alicui a proprio eius impositione: ⁊ etiā alicui datur ⁊ nō alteri. propter quod quedā sunt ꝑtes orationis: sicut nomē verbū aduerbiū ⁊ participium: q̄ possunt restringere vel ampliare: sed alie ꝑtes orationis nō p̄nt hoc: cū eis non sit data virtus ampliādi vel restringēdi a prima earū impositione. vnde ampliatio radicaliter ē in termino cōmuni radicata: q̄ terminus aptus natus ē supponere ⁊ capi pro suppositis non existētibus: sed actualiter est in termino ampliato. Quarto sciendū: q᷑ licet ista diuisio sit quadrimēbris tn̄ pōt reduci ad bimembrē. nam oīs dictio ampliatiua ē pars declinabilis. vł indeclinabilis. si primū hoc ē dupliciter vel significat subām sic ē primū mēbrū. vel significat actū ⁊ hoc ē dupliciter vel actum distantē a substantia et sic est verbū: vel indistantē ⁊ sic ē participiū. si scd̄m sic ē aduerbiū. Sufficientia alterius diuisionis ē ista q̄ꝛ cū oīs ampliatio sit extensio termini vel ergo extendit ipsum in ordine ad supposita ⁊ sic est primū membrū: vel in ordine ad tēpus illorū ⁊ sic ē secūdū. Ex hoc patet q᷑ ampliatio facta respectu temporis differt ab illa q̄ ē respectu suppositoꝝ. apparet etiā q᷑ dictio ampliatiua aliter se habet s̄m q᷑ ampliat ꝑ suppositis. ⁊ s̄m q᷑ ampliat ꝑ tempore q̄ꝛ in vna respicit supposita ⁊ in alia tempus. Cōtra p̄dicta arguit̄ primo sic: ampliatio fit respectu temporis sed nomē nō significat tēp⁹: ergo nulla ampliatio fit ꝑ nomen. Scd̄o sic: omne p̄ticipiū est determinati temporis puta p̄ntis p̄teriti: vel futuri: ergo nullū participiū ampliat sed poti⁹ restringit. aīa tenet: q̄ꝛ ampliare fit respectu plurium temporū. Tertio sic: eadē est causa oppositorū: sed aduerbiū non est cā restrictiōis: ergo videtur q᷑ non sit causa ampliationis. Quarto sic: terminus cōis non includit tempus: ergo nō pōt ampliare ꝑ tempore sed solū pro suppositis. Quinto arguitur sic: illa diuisio non datur ꝑ opposita nec ē bimembris: ergo non ē bona diuisio. Ad primū argumentū dicitur: q᷑ non omnis ampliatio fit respectu tēporis sed quedā fit a virtute ampliatiua dictionis sibi collata a sua impositiōe. ⁊ sic ē de ampliatione nominis q̄ solū ē extensio suppositoꝝ ⁊ nō temporū. Ad secundū dr̄: q᷑ licet p̄ticipiū sit alicui⁹ determinati t̄pis tn̄ habet aliq̄ꝫ virtutē ꝑ quā ampliat vltra tēpus p̄sens. Ad tertiū dr̄: q᷑ non oīs causa est causa oppositorū sed solū quedā ⁊ sic nō oportet q᷑ si aduerbiū nō restringat q᷑ ꝓpter hoc non ampliet. Ad quartū dicitur: q᷑ licet tēpus nō includatur in termino cōi tamen insequitur ipsum gratia suorū suppositorū ratione cuius ibi pōt esse ampliatio-

tio tempoꝝ sicut suppositoꝝ: ex hoc q illa supposita non solum habent potentiā ad essendū in vno tempore sed etiā in pluribus. Ad quintū dr: q licet illa diuisio non detur ꝑ opposita formaliter nec etiā sit bimembris tamē datur per opposita virtualiter ꝛ est reducibilis ad bimembrē hoc sufficit ad bonam diuisionem.

¶ Circa ꝑdicta queriť de hoc sophismate. Impossibile pōt eē verū. ꝓbatio id qd est vel erit impossibile pōt eē verū ut antixp̄m nō fuisse erit impossibile post tēpus eius ꝛ modo pōt esse verum ergo impossibile potest esse verū: contra. Quicqd potest esse verū est possibile: sed impossibile pōt esse verū: ergo impossibile est possibile in tertio ꝑme. sed cōclusio est falsa: ergo aliq̄ ꝑmissarū: non maior ergo minor. sed hec est ꝑma ergo ꝑma est falsa. Solutio. ꝑma simpliciter falsa est hec. s. Impossibile pōt eē verū ꝛ ꝓbatio peccat s̄m sophisma accn̄tis. qm̄ cū dico id quod ē vel erit impossibile duo dico scʒ subiectū illius impossibilitatis ꝛ ipsam impossibilitatē siue ipsum impossibile sed ei quidē impossibile est accidit impossibilitas siue ipsum impossibile. Un̄ id quod ē: est res subiecta: ꝛ impossibile accidit ei: ꝛ posse eē verū assignatur inesse vtriqʒ: sicut hic antixp̄m nō fuisse est impossibile: sed antixp̄m nō fuisse potest esse verū: ergo impossibile potest eē verū: q2 antixp̄m non fuisse est res subiecta: ꝛ impossibile est accidēs ei⁹: ꝛ posse eē verū assignať ineē vtriqʒ. De ampliatione q̄ fit rōne suppositarū talis datur regula. Termin⁹ cōis supponēs verbo habēti vim ampliandi a se vľ ab aliquo ampliatur ad ea q̄ possunt esse sub forma termini supponētis ut homo potest eē albus iste terminus homo supponit nō solū pro presentib⁹ sed etiā ampliatur ad omnes q̄ erunt. Dico aūt a se q2 hoc verbū potest: de se habet naturā ampliandi. Dico autē ab alio; q2 hoc pticipiū potēs ꝛ hoc nomē possibile: dant virtutē ampliādi verbo cui iungūtur: ut hō est potens esse albus: vel animal est possibile eē albū. De ampliatione q̄ fit rōne tp̄is talis ē regula. Terminus cōis supponēs vľ apponēs verbo habēti vim āpliandi quo ad tp̄s supponit ꝓ his q̄ sunt ꝛ que erunt ut hō necessario est animal tam hō q̄ʒ animal tenetur pro his que sunt ꝛ que erunt semper.

Postq̄ʒ auctor posuit diuisionē ampliationis in ꝑcedēti pte. hic ꝯñter iuxta hoc verbū ampliatiuū pōt: ponit q̄ndaʒ sophisma q̄rēdo vtrū illō sophisma impossibile pōt eē veꝝ: sit veꝝ vel falsū. Et ꝑmo ꝓbat q sit veꝝ. scd̄o iprobat ipm̄ Probať: sic illō qd ē vel erit ipossibile pōt eē verū: ergo impossibile pōt eē verū. añs p3 q2 sortē non fuisse rome postq̄ʒ fuerit ē impossibile: ꝛ nūc pōt eē veꝝ: ergo ꝛc. Improbatur sic arguēdo in oarij. Quicq̄d pōt eē veꝝ ē possibile: ʒ impossibile pōt eē veꝝ: ergo impossibile ē possibile. Pro cuius solutione primo sciēdū: q sophisma ē argumēto vľ argumētis approbata vel iprobata ꝓpō. vn̄ ꝓbatio ē argumētū q̄ q̄s nitiť oñdere aliquā ꝓpōnem eē verā: ꝛ ꝑ oppositū iprobatio ē argumētū q̄ nititur oñdere aliquā ꝓpōnē eē falsaʒ. Et sic sophisma ē ꝓpō apparēs vera q̄ ad veráqʒ pte: ꝛ hoc ꝓpter ꝓbationē ꝛ improbationē. ꝛ dr̄ sophisma a sophos qd est sapiētia: siue a sophistico: cas: qd idē est qd decipio: ꝛ q2 ꝑ sophisma opponēs nitiť decipe rn̄dentē ꝑ sapientiā in eo apparentē. Ex quo apparet q lʒ sophisma sit qn̄qʒ verū: pōt in decipe ꝓpter apparetiā ad ei⁹ falsitatē. Scd̄o sciēdū q oē sophisma soluiť aliq̄ istoꝝ triū modoꝝ scʒ ꝯcedēdo ipm̄ simplr̄ veꝝ vľ simplr̄ falsūʒ vel negādo vel distinguēdo vn̄ illō sophisma soluit auctor in textu negādo simplr̄ quia simplr̄ ē falsū. Et ei⁹ ꝓbationē soluit dicendo q peccat penes fallaciaʒ accn̄tis q2 cū dr̄ id qd est vel erit ipossibile pōt eē veꝝ: ibi duo dn̄r. s. illō qd ē impossibile ꝛ ip̄a ipossibilitas ꝛ q2 ip̄a impossilitas accidit rei subiecte q̄ est illō qd ē vľ erit impossibile. ꝛ pōt esse veꝝ assignať vtriqʒ ineē ꝛ iō creditur q sicut veꝝ attribuiť rei subiecte ꝓpť ei⁹ ꝯueniētiā q etiā attribuať accn̄ti. vn̄ illō qd ē vel erit ipossibile est res subiecta: ꝛ impossibile ē accn̄s ꝛ pōt eē veꝝ est attributū: ꝛ iō probatio nō ꝯcludit. Tertio sciēdū: q ad maiorē noticiā ꝑdictorū hn̄dā auctor ponit duas reglas: quaꝝ ꝑma ē de ampliatiōe facta respectu suppositoꝝ: ꝛ alia ē de ampliatiōe facta respectu tp̄oꝝ. vn̄ regula data de ampliatiōe respectu suppositoꝝ talis ē. Termin⁹ cōis supponēs verbo hn̄ti vim ampliandi a se vel ab alio ampliať ad ea q̄ pn̄t esse sub forma termini sic supponētis. Et declarat istud in exēplo dicendo hō pōt eē albus iste termin⁹ hō nō solū supponit ꝓ hoib⁹ q̄ sunt sʒ etiā supponit ꝓ hoibus q̄ erūt. ꝛ notanter dicit a se ꝓpter verbū qd habet virtutē ampliādi sicut ē illō verbū pōt. ꝛ notanť dī ab alio ꝓpter hoc vbū ē: q2 lʒ ampliet hoc tn̄ nō est ꝑ se sʒ ꝓpter hoc q adiūgiť dictiōi de se ampliatiue. Scd̄a regula est de ampliatiōe q̄ fit respectu tp̄oꝝ q̄ talis est. Termin⁹ cōis supponens verbo vel apponēs habēti vim ampliādi quo ad tp̄s supponit ꝓ his q̄ sūt ꝛ q̄ semꝑ erūt sub forma termini supponētis. ꝛ ista ampliatio fit respectu tp̄orū. ut hō necessario est aīal. ibi tā hō q̄ʒ aīal teneť ꝓ his q̄ sꝑ sunt ꝛ sꝑ erūt. ꝛ ista ampliatio nō ꝯuenit ex pte hui⁹ verbi ē vt dictū est: sed ꝯuenit ex adiūctiōe hui⁹ aduerbij necessario ampliātis illō verbū ē quātū ad oēs dr̄as tēporis. vn̄ aduerbiū magis ꝓprie causat ampliationē tp̄orū q̄ʒ suppositoꝝ. Quarto sciendū: q lʒ hec dictio possibile ampliet tā ꝓ suppositis q̄ʒ ꝓ tp̄ib⁹ tn̄ primo ampliat ꝓ suppositis ꝛ ex ꝯn̄ti ꝓ tp̄ibus: ʒ ecōtra ē de necessario: idcirco in exēplo regule date respectu suppositoꝝ poniť possibile: ꝛ in exēplo regule date respectu tp̄oꝝ exēplificať de ista dictiōe necessario q̄ primo ampliat ꝓ tp̄ibus ꝛ ex ꝯn̄ti ꝓ suppositis vn̄ sub istis duobus mōis possibile ꝛ necessariū ꝯprehendūtur alij duo modi q̄ dn̄r ꝯtingēs ꝛ impossibile. impossibile. enī ampliat ad oē tp̄s sicut necessariū lʒ negatiue. ꝯtingens aūt ad supposita sicut possibile. Ex his pōt videri quō ꝯuenit dictiōi ampliatiue ampliare: q2 sicut agēs reale non hn̄s impedimētū agit in oē id ad quod pōt extendi sua virt⁹: sic etiā agens rōnis puta dictio ampliatiua non habens impedimentū agit in omne illud ad quod potest extendi sua virtus ꝛ propter hoc hec dictio possibile vľ potens ampliat terminū cōmunē cū adiungitur ad presentia supposita ꝛ futura q2 habet virtutem ampliandi quo ad illa tēpora. Cō

tra predicta arguitur primo sic: albū potest esse nigrū ē impossibile ⁊ tamen potest esse verꝫ quia res alba potest eē nigra: ergo impossibile pōt esse verū. Secundo sic: sortē videre omne astrum est impossibile tū visus sit circa vnum ⁊ tamen nō pōt esse verū: quia successiue pōt illa videre: ergo impossibile pōt esse veruꝫ. Tertio sic: terminus cōis stans pro presentibus suppositis ⁊ futuris restringitur ut postea patebit in restrictionibus: ergo non ampliatur. Quarto sic: ista dictio possibile non tantū ampliat pro suppositis sed etiam pro temporibus: ergo videtur ꝙ male exemplificetur de ipsa in prima regula. Quinto sic. impossibile ⁊ contingens ampliant sicut necessariuꝫ ⁊ possibile: ergo debent poni regule de ipsis sicut de alijs. Ad primū dicitur: ꝙ illa est duplex: qꝛ album ⁊ nigrū possunt capi dupliciter. vno modo formaliter: ⁊ tunc ē impossibilis ⁊ falsa. Alio modo materialiter: ⁊ illo modo possibilis ⁊ vera: ⁊ ē sensus ꝙ aliquis habēs albedinē pōt suscipere nigredinē. Ad secūdū dicitur ꝙ est vera si ponatur inesse eo modo quo est possibilis. s. successiue. sortes enim potest videre omne astrū successiue ⁊ nō simul. Ad tertiū dicitur: ꝙ terminus cōmunis disiunctiue stans pro presentibus vel futuris bene restringitur eo ꝙ ad veritatē disiunctiui sufficit alterā partē esse verā siue sufficit veritas alterius partis. sed terminus cōmunis stans copulatiue pro presentibus ⁊ futuris bene ampliatur et sic est in proposito. Ad quartū dicitur: ꝙ licet ista dictio impossibile ampliet quo ad tempora: hoc tamē ē ex cōsequenti. sed primo ⁊ ꝑ se ampliat quo ad supposita. Ad quintū dicitur: ꝙ impossibile ⁊ cōtingens satis possunt intelligi sub possibili ⁊ necessario. sed potius auctor agit de istis duobus modis necessariū ⁊ possibile q̃ꝫ de alijs: quia sunt affirmatiui: ⁊ alij sunt negatiui. Et hec de ampliationibus dicta sufficiant.

Sequitur tractatus quartus de Appellatione.

Appellatio ē acceptio termini cōis ꝓ re existente. Dico aūt ꝓ re existente: qꝛ terminus significās nō ens nihil appellat: ut cesar antixp̄s vel chimera: ⁊ sic de alijs. Differt aūt appellatio a suppositione ⁊ significatiōe: qꝛ appellatio est tm̄ de re existente. Significatō ⁊ suppositio tam de existente q̃ꝫ de nō existente: ut antixp̄s significat antixp̄z ⁊ supponit pro antixp̄o: sed nihil appellat. Hō aūt significat hominē ⁊ supponit de natura sua tam pro hominibus existentibus q̃ꝫ pro nō existentibus: ⁊ tm̄ homines existentes appellat.

Iste est quartus tractatus paruorū logicaliū. In q̄ postq̃ꝫ auctor determinauit de ampliatione: hic ꝯńter determinat de appellatione. ⁊ qꝛ ampliatio augmentat et ꝑficit suppositionē termini: ⁊ appellatio diminuit quodāmodo: ideo prius determinauit de ampliatione q̃ꝫ de appellatione. ⁊ prius determinat de appellatione q̃ꝫ de restrictione: qꝛ appellatio est magis intrinseca termino q̃ꝫ restrictio: quia terminus ꝑ se sumptus pōt appellare: ⁊ nō pōt restringi nisi superaddatur adiunctū: ⁊ sic patet ordo huius tractatus ad precedentē ⁊ sequētes. Primo sciendū: ꝙ appellatio ut sufficit ad propositū dicitur trib⁹ modis. vno modo dicit̄ appellatio vocatio siue propriū nomen alicui⁹ ꝑsone ſm quod dicitur iste appellatur petrus. Secūdo modo dicitur appellatio ut est ꝓprietas nois sub quo noie plura continētur ſm quam aliq̄ noia dicūtur appellatiua. Tertio modo sumit̄ appellatio ꝓut ē acceptio termini ꝓ supposito vel suppositis actu existentibus: ⁊ de hac ē presens intentio. Scdo sciēdū: ꝙ appellatio ut sumit̄ in ꝓposito sic diffinit̄ in textu. Appellatio ē acceptio termini pro re existente: ⁊ nō dr̄ cōis qꝛ tam termin⁹ cōis q̃ꝫ singularis appellāt. ut patebit in diuisione appellatiōis: q̄ diuisio hec est. Appellationū alia ē termini cōis: alia termini singlaris: termini cōis sicut hō: termini singularis sicut sortes. vñ terminus cōis appellans ⁊ terminus singularis differūt: qꝛ terminus singularis vnū tm̄ appellat termin⁹ vero cōis plura ſm q̄d actu pōt plura ꝯtinere. Et sic patet ꝙ alia ē appellatio termini cōis ⁊ alia termini discreti rōne cuius bñ dictū ē in diffinitione appellationis termini nō addēdo cōis aut discreti. ⁊ ꝯńter auctor exponit in textu suā diffinitionē dicens: ꝙ terminus significās non ens sicut ē id q̄d nō ē actu nō appellat ut cesar ⁊ antixp̄s: ⁊ etiaꝫ termini significātes aliq̄d fictū siue aliq̄d in imaginatiōe nō appellant ut chimera hircoceruus. ⁊ sic patet ꝙ solū terminus significans rem actu existentē appellat. Tertio sciendū: ꝙ auctor postea ponit drīam inter significationē: suppositionē ⁊ appellationē: qꝛ appellatō ē acceptio termini ꝓ re exñte in actu ⁊ extra animā: suppō vero ⁊ significatio sūt tā de re exñte in natura q̃ꝫ de exñte in anima siue in imaginatōne ut antixp̄s significat antixp̄m ⁊ supponit ꝓ eo: sed nihil appellat. hō etiā significat id q̄d ꝑticipat naturā humanā ⁊ naturaliter supponit tam ꝓ homine exñte q̃ꝫ nō: sed nō appellat nisi hoīem exñteꝫ in actu. Alio modo differūt suppositio ⁊ appellatio: qꝛ appellatio ē inferius ad suppōnē: qꝛ vbicūqꝫ ē appellatio ibi ē suppositio ⁊ nō ecōuerso: nā appellatio solū inest termino ut dictū est qñ tenet̄ ꝓ supposito vel suppositis actu existētib⁹: sed suppositio pōt esse in termino qñ tenet̄ ꝓ suppositis actu vel potētia vel etiā in imaginatione. ⁊ suppositio pōt eē naturalis: accñtalis: discreta: cōis: simplex: ⁊ ꝑsonalis. sed appellatio ē tm̄ termini supponētis ꝑsonaliter. ⁊ sic patet ꝙ appellatio ē inferius ad suppositionē. Quarto sciēdū: ꝙ dictionū q̄dā sunt appellatiue q̄litatis ⁊ appellāt: sed ꝑ se appellata nō hñt sic sunt noia cōia ⁊ adiectiua q̄ sūt appellatiua sꝫ nō hñt appellata nisi sua substātia ꝑ sua subiecta eo ꝙ indiuiduatio nō ē i accñtibus nisi ꝑ substantiā loquendo proprie. Alie sunt dictiones q̄ non sunt appellatiue qualitatis sed sunt appellata in neutro genere et huiusmodi sunt nomina ꝓpria. noīa enim ꝓpria dicūtur appellata supposita ⁊ singularia diuersis rōnibus. quia dicūtur appellata eo ꝙ appellant̄ a suis superiorib⁹. superiora. n. de inferioribus ꝑdicant̄ ſm vnū nomen ⁊ eandē ratōnem ut sortes est hō. Et dicunt̄ supposita: qꝛ subijciunt̄ suis superioribus. Et dicunt̄ singularia: quia nominant aliq̄d discretū q̄d vni soli cōuenit. Alie sunt dictiones appellatiue q̄ appellant ⁊ que per se appellata habent sicut sunt nomia cōia substātiua ut homo animal ⁊ sic de alijs. ⁊ talibus proprie cōuenit appellatio. Et tales dictiōes accipiunt̄ aliquādo ꝓ oībus suis suppositis ⁊ hoc fit ꝑ adiunctum signi vlis ut dicendo oīs homo currit. aliqñ ꝓ aliquo suoꝝ suppositorū determinate ut quādo eis nō additur aliquid q̄d eas distribuat ut homo currit. Cōtra predicta arguitur primo sic: appellatio pertinet iuristis: ergo non spectat ad logicum determinare de appellatione. Secundo sic appellatio est tantum termini cōmunis: ergo cōmunis debet poni in diffinitione eius. Tertio sic: nulla est appellatio termini cōis ergo cōtra diuisionē: añs patet qꝛ terminus cōis non significat rem existentem cū existentia conueniat singularibus.

Quarto sic: sortes mortuus appellatur homo: ergo appellatio est tam existentis q̃ꝫ non existentis. Quinto sic: sicut dicit textus terminus significat idem supponit ⁊ appellat. sed significat rem non existentem: ergo etiam appellat ꝓ re nō existente. Ad primū dicitur: ꝙ aliter consideratur appellatio a logico: ⁊ aliter a iuristis: quia a iuristis consideratur inquantum dicit vocationem quandam de inferiore iudice ad superiorē: sicut cū quis iudicat⁹ ab officiali appellat ad papam: sꝫ a logico consideratur ut dictū est. Ad secundū dicitur: ꝙ si capiatur appellatio ut ē proprietas nois

que dicitur qualitas: sic solū appellatio cōuenit termino cōmuni: sed de tali nō est hic ad propositū. sed si capitur prout est acceptio termini pro re existēte: tunc cōuenit tam termino singulari q̄ cōmuni: ⁊ sic capitur hic. Ad tertiū dicit̄ q̄ licet res significata ꝑ terminū cōmunē secundū se ⁊ per se nō existat: tamē existit in suis inferioribus ⁊ tunc talia singularia a nomine cōi appellant̄: sicut hō appellat sortē ⁊ ciceronē: ⁊ sic de alijs singularibus actu existentibus. Ad q̄rtū dicitur: q̄ licet sor. mortuus abusiue appelletur homo: tn̄ non ē homo simpliciter: quia homo mortuus nō est homo: ideo nō pōt appellari. Ad quintū dicitur q̄ auctor sic intelligitur: q̄ si res significata ꝑ terminū singlarē existat: tūc terminus singularis idem significat pro eodem supponit: et pro eodem appellat.

¶ Appellationum aūt alia est termini cōmunis: ut hō. Alia termini singularis: ut sortes. Singularis termin⁹ significat idē ⁊ supponit ⁊ appellat: qui significat rē existentē: ut petrus vel iohannes. Itē appellationis termini cōmunis alia est termini cōmunis pro ipsa re in cōi: ut qn̄ termin⁹ cōis habet simplicē suppositionem ut hō est spēs: animal est gen⁹. Et tunc termin⁹ cōis idez significat ⁊ supponit et appellat ut hō significat hoīez in cōi: ⁊ supponit ꝓ eo in cōi: ⁊ appellat ꝓ eo in cōmuni. Alia aūt est termini cōis pro suis inferioribus: ut qn̄ terminus cōis habet ꝑsonalem suppositionē: ut homo currit: hic homo nō significat idē ⁊ supponit ⁊ appellat: sz significat hominē in ⁊ supponit pro particularibus hominibus ⁊ appellat particulares homines existentes.

Postq̄ȝ auctor diffiniuit ⁊ diuisit appellationē in eam q̄ sit ꝑ terminū cōem ⁊ eam que sit ꝑ terminum singularē. hic cōsequenter subdiuidit appellationē termini cōmunis. naȝ alia est termini cōmunis pro re existente in cōmuni: ut cum terminus cōis simplicē habet suppositionē: ut homo ē spēs animal est genus. hō enim appellat naturā existētē in cē simplici abstracto a suppositis siue a singl'arib⁹. Alia ē appellatio termini cōis pro suis inferioribus: ut homo appellat sortē ⁊ platonē si existant in rerū natura. Primo sciendū: q̄ dupliciter pōt intelligi q̄ termin⁹ cōmunis appellet. Uno modo ꝓut capitur pro re vniuersali significata per ipm̄ et sic super ipsum fundatur vnus modus appellationis. que, quidē appellatio est ipsius nature cōmunis: q̄ licet secundū se nō existat: tamen existit in singularibus: ⁊ sic super ipsum fundatur appellatio termini cōmunis simplicē suppositionē habētis. Alio modo pōt considerari terminus cōmunis videlicet ꝓut est in suis suppositis: ⁊ sic super ipsum fundatur appellatio que est termini cōmunis habentis ꝑsonalem suppositionē: ⁊ licet talis terminus cōis nō significet illa supposita ut supposita sunt ⁊ singularia: tn̄ possunt considerari ut conueniunt in natura specifica ⁊ sic terminus cōis pōt appellare pro ipsis. Secūdo sciendū: q̄ terminus cōmunis habens suppositionē simplicē idem significat supponit ⁊ appellat. significat enim naturā cōem. supponit etiam ꝓ ea dē ⁊ appellat pro ipsa natura cōi. Sed termin⁹ cōis nō supponēs simpliciter nō idē significat: supponit ⁊ appellat. naȝ talis terminus significat naturā cōez ⁊ supponit pro suppositis tam existentibus q̄ nō existentib⁹: sed solū appellat suꝑticularia in actu existētia: sicut hō significat naturam humanā ⁊ supponit ꝓ hoīb⁹ tam existētibus q̄ nō existētibus: sed solū appellat homines presentes ⁊ existētes in actu. Tertio sciendū: q̄ terminorū appellatiuorū siue appellationē habētiū quidā sunt substantiui: quidam adiectiui. Substantiui sunt ille qui significant rem existem in predicamento ꝑ modū per se stantis tā in concretione ad supposita q̄ in abstractione: sicut iste terminus homo qui dr̄ esse terminus cōcretus concretione nature ad supposita quia concernit ipsa: et iste terminus humanitas dicitur abstractus a quocūq̄ concretione. Termini autē adiectiui sunt illi qui significant reȝ in predicamento existem ꝑ modū adiacentis. ⁊ istorū terminorū tam substantiuorū q̄ adiectiuorū quidaȝ sunt substātiales quidam significant rem de predicamento substantie ut homo ⁊ humanitas. Alij sunt accidētales qui significāt rem de predicamento accidētiū ut albū ⁊ albedo. ⁊ sic de alijs de quibus ē facta mentio. vnde tam in terminis substantialibus q̄ accidentalibus eodem modo sumitur appellatō capiendo appellationē proprie. Quarto sciendū: q̄ terminis accidentalibus q̄ res de predicamento accidentium pōt dupliciter considerari vno modo ut habet habitudinē ad substantiā ut albus: ba: bum: albū enim significat albedinē secundū quod adiacet substātie. Alio modo possunt ille res considerari sine habitudine ad substantiā ⁊ hoc dupliciter secundū q̄ dupliciter possunt abstrahi: quia ipsarū vna abstractio ē a subiecto. alia est abstractio a suppositis ⁊ secundū primā abstractioneȝ natura albedinis significat̄ ꝑ illum terminū albedo. sed secundū q̄ abstrahitur a suppositis significatur ꝑ illū terminū albedinitas: ⁊ natura nigredinis ꝑ illū terminum nigredinitas. vnde in omnibus istis terminis nihil differt quantū ad appellationē. Ex quo sequit̄ q̄ aliqui antiqui male dixerunt eo q̄ putabant appellationem nō posse attribui nisi termino adiectiuo. ⁊ mouebant̄ ꝓpter illam rationē quia appellatio ut ipsi dicebant ē i termino ratione significati formalis rei appellate que non pōt appellari nisi per terminū adiectiuū: ut dicebant ⁊ nō ꝑ substantiuū quod importat significatū suū absolute ⁊ non cuȝ dependentia vel habitudine ad aliud sicut iste terminus hō qui significat naturam humanam absolute. verūtamen illud non est verū quia termini substantiui possunt esse concreti concretione nature ut dictum est: siue concretione suppositorū: licet non significent per modum adiacētis. Cōtra predicta arguitur primo sic: terminus cōmunis habens simplicē suppositionē respectu termini secunde intentionis significat naturam cōmunem existem in anima: ergo nō appellat: cōsequētia tenet: quia tunc antiq̄s appellaret quod falsum est. Secūdo sic appellatio est acceptio termini cōmunis pro re existē: sed natura cōmunis significata per terminum cōmuneȝ nō existit: ergo terminus cōmunis nō appellat. Tertio sic: omne quod est singulare est: sed appellatio est termini existis: ergo non pōt esse termini cōmunis simplicem suppositionem habentis. Quarto sic. appellatio insequitur significationem termini cōmunis: sed terminus cōmunis non significat sua supposita: ergo nō appellat ꝓ suis suppositis. Quito sic. appellatio significatio ⁊ suppositio sunt diuerse ꝓprietates: ergo nō pn̄t eidē ꝯuenire: ergo male dictū ē q̄ termin⁹ cōis idē significat supponit ⁊ appellat. Ad primū dr̄: q̄ duplex ē appellatio. s. ꝓpria ⁊ impꝓpria. vn̄ talis terminus appellat acapiēdo appellationem large. ⁊ quodāmō improprie ꝓut ē termini significātis tam rem ex animā q̄ rē i aīa. Ad sc̄z dr̄: q̄ lz termin⁹ cōis nō significet rē existem ſm̄ se: tn̄ significat rem existem in singularibus: ⁊ hoc sufficit. Ad tertiū dr̄: q̄ lz oē id qd̄ primo ⁊ ꝑ se existit sit singulare: tn̄ illud qd̄ existit ad alterius existētiā nō ē singulare: sic̄ vlia q̄ significant̄ ꝑ terminos cōes: et sic termini cōes significāt rē existentē vz in singularibus ⁊ ꝑ singularia. Ad q̄rtuȝ dr̄: q̄ licet termin⁹ cōis ꝑmo ⁊ per se nō significet sua supposita: tn̄ ex ꝯñti ⁊ materialr̄ bn̄ significat ipsa inquātū includūt naturā ꝑ terminū cōem significatā. Ad q̄ntū dr̄: q̄ licet iste ꝓprietates cōueniant eidē materialiter sumpto: nō tn̄ ꝯueniūt eidē formaliter sumpto ⁊ hoc sufficit. Et hec de appellatione dicta sufficiant.

Siquitur tractatus quintus de restrictione.

¶Postq̄z supius auctor determinauit de exponibilibus de comparatiuo ⁊ superlatiuo. Hic cōsequenter determinat de exponibilibus de differt: aliud ab: ⁊ diuersum: ⁊ finaliter de hoc signo tot⁹: ⁊ primo de exponibilib⁹ de differt: aliō ab. ⁊ diuersum q̄z de totus: qz ista differt: aliud ab: ⁊ diuersum solum cōueniunt entibus: qz ut dicitur decimo methaphisice nec ens nō enti: nec nō ens enti est idē vel diuersum: Totus vero potest attribui tam entibus q̄z nō entibus: et ideo patet ordo. ¶Primo sciendū est q̄ ad omnes propositiones de differt: siue sint affirmatiue siue negatiue tria requiruntur. s. id quod differt. id a quo differt: ⁊ verbuz denotans differentiam inter ista: ut in ista homo differt ab asino homo est quod differt. asinus est id a quo differt. ⁊ hoc verbum differt designat differētiā inter illa. vnde propositio affirmatiua de differt exponitur copulatiue per tres exponentes. in quarū primo affirmatur hoc verbū est de eo quod differt. in secunda affirmatur idem de eo a q̄ differt. ⁊ in tertia negatur id a quo differt eo quod differt: ut ista homo differt ab asino. sic exponitur: homo est ⁊ asinus est: ⁊ homo nō est asinus. Sed negatiua exponitur per disiunctiuā de partib⁹ contradicentibus: ut ista sortes nō differt ab asino: exponitur sic sortes non est: vel asinus nō est vel sortes est asinus.

Secūdo sciendum est q̄ hoc signum totus potest capi dupliciter. Uno modo cathegorematice: ⁊ hoc dupliciť. Uno modo vniuersaliter pro omni illo quod habet partes. Alio modo magis stricte ⁊ proprie pro omni illo quod ex oībus suis partibus est perfectū: ita q̄ totum hoc modo cathegorematice sumptū idē est qđ ꝑfectū. Alio mō capit̄ sincathegorematice put. s. includit signū distributiuū: ut hic tot⁹ sortes est alb⁹. ⁊ totū hoc mō sumptū nō dicit q̄le sit subiectū sz qualiter se habeat subiectū ad predicatum: ⁊ hoc mō reddit propositionē exponibilē. Tertio sciēdū q̄ hoc signū totus sincathegorematice tantū distribuit terminū cui adiūgitur: ⁊ non distribuit pro partibus subiectiuis: sed solū pro partibus integralibus: ⁊ sic illa propositio in qua ponit̄ hoc signū totus est equiualenter vniuersalis. Nam includit virtualiter vnā vniuersalē: ut ista totus sortes est albus. tantū valet sicut ista quelibet ps sortis est alba. Quarto sciendū est q̄ propositio affirmatiua de hoc signo totus exponit̄ per vnam cathegoricā transmutādo totū in hoc q̄ dicitur s̄m quālibet sui partē: ut ista totus sortes ē minor sorte. sic exponitur: sortes s̄m quālibz sui partē est minor sorte. vł sic quelibet pars sortis est minor sorte. Et hoc est intelligendū qū hoc signum tot⁹ tenetur pure sincathegorematice: quia si teneatur partim sincathegorematice ⁊ partim cathegorematice ut equalet vni hypothetice copulatiue ista tota anima intellectiua est in qualibet parte sue materie. sic exponitur: anima intellectiua est in qualibz parte sue materie. ⁊ nihil ipsius est quod nō sit in ea. Contra predicta arguitur primo sic: differt: aliud ab: ⁊ diuersum conueniunt non entibus: ergo textus supponit falsuz. antecedens patet: quia chimera est aliud ab aureo monte: cū chimera habeat aliud eē in imaginatione q̄z mons aureus: modo chimera ⁊ mōs aureus sunt nō entia. Secundo sic: frustra fit per plura qđ fieri potest per pauciora. Sed propositiones affirmatiue de differt possunt exponi per cathegoricā affirmatiuā de materia remota: ut ista homo differt ab asino sufficienter sic exponitur: hō non est asinus: ergo ⁊c. Tertio sic: nulle sunt negatiue de differt: ergo frustra datur hic modus exponēdi eas. añs patet: qz maxime essent iste hō non differt a ratiōali: sortes nō differt ab homine: sed hoc non quia ille sunt de eodē: quia bene sequitur sortes nō differt ab homine: ergo sortes est idem cū homine. Quarto sic: nisi tota sortis nō est minor sorte: ergo ista totus sortes ē minor sorte: male exponitur per istā: quelibet pars sortis est minor sorte: qz supposito q̄ exponibilis sit vera sicut ab omnibus conceditr̄ vera per falsam exponeretur. Quinto sic: qualelibet ⁊ quātūlibet reddunt propositionē exponibilē ⁊ tamen de illis auctor nō facit mentionē: ergo est diminutus. antecedens patet: quia ista est exponibilis quodlibet qualelibet currit. Exponitur enim sic: quodlibet habens omnem qualitatē currit. Ad primū istorū dicitur q̄ licet in non entibus ad inuicē cōparatis reperiatur idē ⁊ diuersum secundū imaginationē eo modo quo non entia imaginari possunt: tamen in nō entibus nō reperitur idem ⁊ diuersuz in cōparatione ad entia: quia nō ens nō dicitur idem vł diuersum enti nec ecōtra. Ad secundum dicitur q̄ non omnes affirmatiue de differt arguunt affirmationē de materia remota: ⁊ ideo nō sufficienter possunt exponi p ipsam. Ad tertiuz dicit̄ q̄ licet omnes negatiue de differt sint virtualiter de eodē non tamen formaliter: sz sunt formaliter de differt: ⁊ ideo nō debent dici de eodem sed de differt. Ad quartū dicitur q̄ li totus distribuit ꝓ partibus integralibus ⁊ nō ꝓ partibus essentialibus: cuiusmodi est materia sortis respectu sortis.

Ad q̄ntū dicitur q̄ hec signa qualelibz ⁊ quantūlibet nō ꝓprie faciunt ꝓpositionē exponibilē sed faciunt distributionē absolutam: sicut ista signa omnis ⁊ quilibet: sed contrahūt distributionē ad aliquod genus determinatū: ut quātūlibet distribuit pro quantitate continua: ⁊ tantū valet sicut habens omnē quantitatē continuā: ⁊ qualelibet distribuit ꝓ qualitate: ⁊ tantū valet sicut habens omnē qualitatem. Dicitur vltra q̄ auctor solum determinat de illis exponibilibus in quibus eminebat maior difficultas in exponendo. Et ideo licet multa alia sint reddētia ꝓpositionē exponibilem a prius enumeratis: quia tamē ista de quibus determinauit sunt magis difficilia ad exponēdū: ideo de ipsis solum determinauit: relinquendo alia sincathegoremata ꝓpositionē exponibilē reddentia peritiei legentis hec de expositione dicta sufficiant.

Textus tractatus septimi paruorum logicalium Petri hispani de expositione et sincathegorematicis incipit. Et primo de compositione in cōi.

Ab eo quod res est vel non ē oratio vera vel falsa dicitur: sed a dictionibus sincathegorematicis ut tm̄ solus nisi preter ⁊ cōsilibus cāt veritas vel falsitas in orōne: ergo dictiones sincathegorematice significant res aliq̄s sed nō significant res subijcibiles vel p̄dicabiles: ergo significāt res q̄ sunt dispositiōes subijcibiliū vel p̄dicabiliū: quia nihil ē in orone verum vel falsum nisi subiectū ⁊ p̄dicatū ⁊ eorum dispositiōes. Res enim dupliciter dr̄. Una ē quedā res subijcibilis vel p̄dicabilis: ut hō vel equus vel currit. Et alio mō ē res q̄ ē dispositio rei subijcibilis vel p̄dicabilis. Sed dispositio rerū: siue res q̄ est dispositio ē duplex. Quia ē quedā dispositio eius qd̄ ē subiectū: vel eius qd̄ est p̄dicatū: ut albus niger bn̄ male ⁊ cōsilia. Et talis dispositio subijcitur cū subiecto ⁊ predicatur cū p̄dicato ut hō albus currit bene. Subiectū enim et id qd̄ ē subiectuz differūt: sicut pater, ⁊ id qd̄ est pater: quia sicut pr̄ dr̄ ad filiū ⁊ econuerso ita subiectū dr̄ ad p̄dicatū ⁊ econuerso. Sūt enī ad aliquid siue relatiōes: sicut pater ⁊ filius. Alia aūt est dispositio subiecti inq̄ntū ē subiectū vel predicati inq̄ntū est predicatuz: ut tm̄ solus necessario cōtingent ⁊ sic de alijs. Et ille nō subijciuntur neq̄ p̄dicantur: quia sunt dispositiones ipsius subiecti in cōparatione ad p̄dicatū vel ecōuerso. Et tales dispositiones significant p̄ dictiōes sincathegorematicas. Dicunt enī cōparatiōes siue habitudines subijcibilis inq̄ntū subijcibile: vel p̄dicabilis inq̄ntum p̄dicabile. Et dicitur sincathegoreuma a sin qd̄ ē cō ⁊ cathegoreuma qd̄ ē p̄dicatiuū vel significatiuū quasi cōsignificatiuū.

Habito quod dictiōes sincathegoreumatice significāt dispositiōes subiecti inq̄ntū subiectū: ⁊ p̄dicati inq̄ntuz predicatū. sic cognita significatiōe earum in gn̄e. Nunc dicendū ē de significatione vniuscuiusq̄ earū in specie: ⁊ prius de prioribus: quia ut vult Aristo. de prioribus prior est speculatio. Cū ergo in dictionibus sincathegoreumaticis per se intelligatur est de nō: ⁊ nō ecōuerso. ideo ē ⁊ nō sunt ꝓprie illis: ⁊ ideo de his prius ē dicendū. Sed videndū est quomodo ē ⁊ nō per se intelligantur in istis. Sciendū aūt quod per se dicitur quattuor modis. Primo aūt mō per se insunt quecūq̄ cadūt in diffinitione rei: siue predicentur siue nō de diffinito. Quedā enī diffinientia predicatur de diffinito: ut animal rōnale mortale de hoīe. Quedā vero nō predicantur de diffinito: ut punctum nō p̄dicatur de linea ⁊ cadit in diffinitiōe eius. Linea ē lōgitudo sine latitudine cuius extremitates sūt duo pūcta. Nec linea predicatur de triangulo ⁊ cadit in diffinitione eius. Est enim triangulus figura plana tribus rectis lineis cōtenta: habēs angulū extrinsecū equipollentē tribus rectis sibi oppositis. Secūdo aūt mō per se insunt quecūq̄ recipiūt sua subiecta in suis diffinitionibus: ⁊ hoc ē qn̄ ꝓpria passio siue per se accidēs p̄dicatur de sua diffinitiōe: ut omne priuatū lumine a terre obiectu deficit siue eclipsatur. Nunc enim deficere siue eclipsari ē per accidēs siue ꝓpria passio et nō p̄dicatur de sua diffinitione. Similiter si ꝓpria passio p̄dicatur de parte sue diffinitionis: ut numerus est par vel impar. linea est recta vel curua: quia par diffinitur per numerū: ⁊ rectū per lineaz. Est enim par numerus diuisibilis in duo equalia. Rectū vero est linea cuius mediū nō exit ab extremis. Tertius aūt modus est qn̄ ꝓpria passio predicatur de ꝓprio subiecto: ut rectuz vel curuū de linea: par vel impar de numero: ⁊ habere tres angulos equales duobus rectis de triangulo. Subiectū enim ⁊ propria passio dupliciter cōparātur: quia. Uno mō sm̄ quod subiectū est causa passionis ⁊ diffiniens passionē: sic pertinet ad secundū modū. Alio mō sumitur subiectū: ⁊ inquācū est subiectū ⁊ ꝓpria passio inq̄ntū est accidēs eius: et sic pertinet ad tertiū modū. Quartus aūt modus est qn̄ effectus qui est ꝓpria passio cōcluditur de subiecto per suam causam: ⁊ iste quartus modus semper est in habitudine premissarū ad cōclusionē demonstratam: ut omne priuatum lumine a terre obiectu deficit. Luna est priuata lumine a terre obiectu: ergo luna deficit. Sciēdū ergo quod ē ⁊ non: intelligūtur in dictionibus sincathegoreumaticis secundū primū modū eius quod est per se: quia intelliguntur in diffinitionibus siue descriptionibus eorū. Solū enim siue tantū ⁊ nō cū alio: ⁊ desinit quod ē de cetero nō erit: vel nūc vltimo est: ⁊ sic de alijs: ⁊ ideo est ⁊ nō sunt priora sincathegoreumaticis dictiōibus. Et est prius ē q̄ nō: quia affirmatio prior ē negatione: sicut habitus prior priuatione: ⁊ etiaz negatio non habet esse nisi per affirmationē. vnde affirmatio dat esse ei: ergo prior est. Et etiā quia negatio nō cognoscitur nisi per affirmationē ⁊ non ecōuerso: ergo prius est dicendū de affirmatione q̄ de negatione: ergo prius est dicendū de ē q̄ de non. Nota ergo quod hoc verbū ē consignificat compositionē: ⁊ etiā alia verba: sed hoc verbū ē per prius consignificat cū natura sit prius alijs verbis ⁊ in eis intelligitur. Sed cōpositio nō solū reperitur in verbo sed etiam in rebus alijs. Et ideo prius dicendū ē de compositione in cōi et postea de specialibus cōpositionibus. Sciendū ergo quod compositio ad aliquid ē: quia cōpositio est compositorū. cōpositio ⁊ composita sunt compositione cōposita: quare cōpositio in predicamento relationis erit. Diuiditur cōpositio igitur per duas partes compositionis. Alia est rerum. Alia modorū significandi. Compositio vero modorū significandi pertinet ad grāmaticū secundū quod in nomine ē compositio qualitatis cum substantia ⁊ in principio actus ē vnitus cum substantia. Compositio aūt rerū fit quinq̄ modis. Quia quedā est forme cum materia: ut anima cum corpore. Alia ē accidentis cum subiecto: ut coloris cum corpore. Alia est potentiarū siue virtutū anime cū anima. Alia est partiū integralium anime inuicem cum suo toto: ut partiū linee in linea ad punctū. superficiei in superficie ad lineam. Alia differentiarū cum genere ad constitutionē specieruz.

Harū aūt cōpositionum que sunt rerum. Quedaz pertinent ad naturalem. Quedā vero ad mathematicū. Alie vero ad logicum. Item compositiōis que ē modorū significandi. Alia est compositio qualitatis cum substantia: ⁊ hec significatur per nomē: sicut in hoc nomine homo: ⁊ in quolibet alio nomine. Alia est actus cuz substantia: de qua postea dicetur. Sed prius dicetur de qualitate nominis. Omne ergo nomen significat substantiā cum qualitate: verbi gratia: homo ut ita dicam ē res habens humanitatem ⁊ res est substantia eius: humanitas autez secundū quod significatur per hoc nomen homo est qualitas eius: ⁊ nō secundū quod significatur per hoc nomen humanitas: quia hoc nomē humanitas ē nomen aliud ⁊ diuersuz ab hoc nomine homo: ⁊ vnuz non est qualitas alterius neq̄ econuerso. Sed qualitas vniuscuiusq̄ per ipsum nomen significatur. Homo enim significat suam substantiā ⁊ suā qualitatez: ⁊ hec duo sunt vnita nō vnū in contra quod vnū significatur in altero siue per alteꝝ. Sed obijcitur circa qualitatē nominis: quia cū qualitas ⁊ substantia sint diuersa: ⁊ omne nomen significat substantiā cū qualitate: ergo omne nomē significat diuersa: ⁊ ē sillogismus in primo prime. sed omnis dictio significans diuersa ē equiuoca: ergo omne nomen ē equiuocum quod est inconueniens: nō ergo in nomine ē cōpositio qualitatis cum substantia. Solutio. Quattuor cōtingit significare diuersa per dictionē eandē. Primo quando diuersa equaliter significantur per eandē dictionē: ut in hoc nomine canis. Secūdo quando diuersa significantur secundū prius ⁊ posterius: ut in hoc nomine sanum: ⁊ proprie non significat diuersa secundū rem vnā ⁊ modos diuersos ⁊ similiter ens. Tertio modo significantur plura per dictionē vnā quādo vnū ex impositione ē ⁊ reliquū transsumptiue ut in hoc verbo ridere qd̄ ex impositione significat ridere: ⁊ florere significat transsumptiue: et isti tres modi faciūt equiuocationē. Quarto aūt mō significantur diuersa per dictionē vnā: quādo vnū est ratio intelligendi alterū: siue quādo vnū est principiū intelligendi alterū quod id ē est: ut forma est ratio siue principiū illius cuius est ⁊ cognoscendi illō: ut figura triangularis oblonga: ⁊ sic dispositio est ratio siue principiū intelligendi cultelluz ⁊ co-

cognoscendi ipsum. Et hoc mō nomē significat substantiā cū qualitate. Qualitas enī nois ē rō siue principiū intelligendi ipsum nomē ⁊ suā substantiā: ⁊ qualitas significatᵣ ꝑ nomen ut principiū intelligendi ipsum. substantia vero significatᵣ ꝑ ipsum nomē: ut qḋ intelligitur ꝑ ipsam qualitatē. Et quia vnū intelligitur per alterū: ideo non sunt ibi diuerse significationes sed vna. Et ꝓpter hoc ille modus significandi plura nō facit equiuocationē: sicut cū video coloratū ⁊ suā magnitudinē nō sunt due visiones sed vna: qꝛ color ē ratio siue principiū intelligendi siue videndi magnitudinē in qua ē: ⁊ ꝓpter hoc dictū ē vbi vnū ꝓpter alterū tātū vnū ē. Itē querit vtrū cōpositio qualitatis cū substantia sit aliquid aut nō. Si nō ē aliquid: ergo in noīe non est cōpositio qualitatis cū substantia. Si ē aliquid ⁊ nō est substātia neqꝫ qualitas: ergo tertiū ē ab istis: ergo per nomē significant tria: ergo oportet dici q̄ nō significat substantiā cū qualitate ⁊ cōpositionē earū qḋ non est verū. Solutio. Cōpositio qualitatis cū substantia est aliquid in noīe non sunt duo nisi secundū rem. s. substantia ⁊ qualitas: tria vero ꝯm rōnem. s. substātia ⁊ qualitas ⁊ cōpositio earuꝫ: qꝛ qualitas se ipsa cōponitur cū substantia ꝑ inclinationē quā habet ad substantiā. Ois enim forma: ⁊ oīs qualitas: ⁊ etiā omne accidēs naturalē habet inclinationē ad illud in quo est: qꝛ nō habent esse actuale: siue esse in actu: nisi in eo in quo est. Unde de accidentibus dicit Boecius: qꝛ accidentis esse ē inesse: hoc est. Accidētis esse est esse in alio. Similiter esse actuale ipsiꝰ forme ē esse in materia. vnde qualitas nominis per inclinationē quā habet ad substantiā nominis stat in ratione cōpositionis. Ipsa qualitas nominis ꝯm se est vnū ꝯpositorū. Et ideo dicendū ē q̄ qualitas secundū se: ⁊ qualitas inclinata ad substantiā sunt idem secūdū rem: ⁊ substantia nominis est alterū extremū ꝓpter hoc in nomine nō sunt nisi duo secundū rem: tria vero secundū rōnem: quia alterius rōnis ē qualitas ꝯm se: ⁊ qualitas inclinata: ⁊ substantia ē tertiū: et ideo dixi qꝛ in nomine erant duo ꝯm rem: tria vero ꝯm ratōnē. Unde qꝛ grāmaticus loquitur de rebus significationis ꝑ partes orationis: ideo debꝫ dicere: quia nomē significat substantiā cū qualitate: ⁊ nō debet dicere: quia nomē significat substantiā cū qualitate ⁊ ꝯpositionē. Si aliquis quid sit cōpositio querat: Dicendū est q̄ iam patet ex p̄dictis: quia ē inclinatio qualitatis ad substantiā qꝛ inclinatio vniꝰ ad alterū nihil ē nisi per illud: ergo est ⁊ per illḋ ad qḋ est. ⁊ ideo ista cōpositio q̄uis sit aliquid: tamen nō est nisi per sua extrema. Nō enim pōt esse res aliqua media inter qualitatē ⁊ substantiā que cōponat vnū cum altero: qꝛ sic cōtingeret abire in infinitū: oporteret etiam q̄ ista res media esset substantia vel qualitas: ⁊ si esset substātia oporteret ponere cōpositionē ipsius cum qualitate. Et similiter esset vlterius q̄rendū de ista cōpositione vtruꝫ res esset aliqua: ⁊ similiter si esset qualitas. Item queritur de cōpositione qualitatis cuꝫ substantia in nomine: quare non ē duplex scꝫ vnita ⁊ ut distans: sicut est quedā ꝯpositio actus vniti ut in participio: ⁊ alia ut distantis sicut in verbo. ⁊ q̄ videtur q̄ aliquādo est qualitas substantie vnita: ut homo albus: aliquando vero distans: ut homo est albus: quia homo ponitur in subiecto ⁊ albus predicatur: ergo debet esse duplex compositio qualitatis cū substantia. Et dicēdū q̄ cōpositio actus cū substātia est duplex ⁊ nō cōpositio qualitatis cū substātia. Quia actus sumitur duobus modis. Uno enim mō sumitᵣ actus ꝯm q̄ habet inclinationē ad substantiā: ꝯm quā inclinatio ē dicitur de altero. Verbū enim ut vult Aristo. ē nota eorū q̄ de altero predicantur. Alio aūt modo sumitur acꝰ ꝑ. statu ista inclinatione: ⁊ sic ē ut in participio. Et quia acꝰ duobus modis sumitur ideo ē dupliciter actus cum substantia: ⁊ vna ē in principio. Alia aūt ē in verbo que est cōpositio actus ut distantis: eo q̄ verbū ꝑ eaꝫ ē dici de altero: ut predicatū de subiecto. Sed quia predicta inclinatio nō pōt eē in qualitate sed tm̄ in actu: eo q̄ anima nō pōt inclinari ad res ut enunciet vnū de altero nisi mediante actu: ⁊ nō mediante qualitate: ideo qualitas non pōt significari ut distans: sed semꝑ significatur ut vnita: ⁊ ideo non pōt esse duplex cōpositio qualitatis cū substantia: sed tantū vna: q̄ est in quolibet nomine. Ad illud quod obijcitur de hac oratione imperfecta: homo albus. ⁊ de hac perfecta homo est albus: quia in vna est qualitas vnita: ⁊ in alia distans. Dicendū q̄ obiectio nulla ē: quia loquimur de qualitate vnita: que ē essentialis: ⁊ que est ratio intelligendi illud cuius ē. s. substātiam: ⁊ sic homo habet in se suā substantiā ⁊ suam qualitatē ⁊ similiter albus habet suam substantiā ⁊ suam qualitatem ⁊ nō loquimur de qualitate accidentali de qua ipsa obijcit. Albus enim nō dicit qualitatē essentialē homini: neqꝫ est principiū intelligendi hominē simpliciter sed hominē taleꝫ ⁊ ideo de qualitate accidentali vnita suo subiecto nihil ē ad ꝓpositū. In alia vero oratione ꝑfecta que est homo ē albꝰ q̄uis sit qualitas distans: quia hec nō ē per inclinationem verbi ibi positi: similiter de illa nihil est ad ꝓpositū.

Dicto de cōpositione in cōi: cuius alia erat cōpositio rerū: ⁊ alia ꝯpositio modorū: ⁊ iterū ꝯpositio modorū subdiuidebatur: qꝛ alia erat ꝯpositio qualitatis cū substantia: alia actus cū subā: cū habitū sit de ꝯpositione qualitatis cū subā. Consequēter dicēdū de ꝯpositione actus cū subā. Compōnis ergo actus cū subā. Alia ē actus vniti: ut in participio. Alia vero ē actus distantis: ut in verbo.

Qꝛ aūt in participio sit ꝯpositio actus vniti: patet p̄mo ꝑ significationē participij: qꝛ participiū significat actionē vel passionē in substantia: vel substantiā sub actione vel passione: ⁊ nō significat tantū subām: nec tantū actionē vel passionē: quare actum vnitum subē significat: ergo in participio ē ꝯpositio actus vniti cum subā. Patet etiam inductione: qꝛ hoc participiū legens significat actionem cum subā infinita. Legens enim ē qui legit sed qui dicit substantiā infinitam: ⁊ quia in eo intelligitur substantia infinita: ⁊ acꝰ determinatus ⁊ hec duo sunt vnita: ergo legens habet in se compositionē actus vniti cum substantia: ⁊ sic de alijs participijs speciebus: ergo participiū habet in se compositionē predictam.

Qḋ autē in verbo sit compositio actus ut distātis. Patet per hoc q̄ actus significatus per verbū semper significatur ut de altero. Cum enim dico currit: oportet intelligere substantiam determinatā de quo dicatur currit: ut predicatū de subiecto. Sed queritur cū sit inclinatio qualitatis ad substantiā ⁊ sit inclinatio actus ad substantiā tam vniti q̄ꝫ distantis: qualiter differunt a se inuicē ille tres inclinationes. Et dicendū q̄ inclinatio qualitatis nominis ad substantiā est inclinatio perfecti siue perfectionis ad perfectibile: quia per ipsam ꝑfectionē perficitur: quia substantia vł q̄litas nominis cōplet ⁊ ꝑficit substantia nominiā. Unde inclinatio qualitatis ad substantiā ē inclinatio per quā perfectio vnitur perfectibili ut vnum ex eis quod ē nomen. Inclinatio vero ipsius actus participij ad substantiā ē inclinatio per quā actus vnitur substantie infinite: ut sit in illa sicut in subiecto infinito. Inclinatio actus distantis siue verbi ē inclinatio per quā actus verbū ē de altero ut predicatū de subiecto: ⁊ sic ille inclinatiōes sunt tres spē differentes. Si q̄s querat qualiter differat ꝯpō verbi a ꝯpositiōe nois et a ꝯpositione q̄ ē in ꝑticipio. Dicendū q̄ differūt ille tres cōpositiōes: sicut differūt inclinationes supradicte: ⁊ ꝑ se loq̄ndo nō differunt ille tres ꝯpōnes: ꝑ hoc q̄ cōpositio verbi est subiectū veritatis vel falsitatis alie ūo nō: qꝛ ista diis ē sumpta a posteriori. Preterea ꝯpositio verbi non ē subiectū veritatis ⁊ falsitatis ꝯm ꝑr ꝫ quodāmō: qꝛ hec ē tm̄ in indicatiuo mō ⁊ nō in alijs mōis in q̄bus ē ꝯpō. Itē querit de ꝯpositione verbi: cū habeat ꝯpositionē subiectū cū p̄dicato q̄ꝫtū ad indicatiuū modū ⁊ suppositū cū apposito q̄ꝫtuꝫ ad alias tres modos: quare potius importatur ꝯpositio ꝑ alterū extremoꝝ q̄ꝫ per vtrūqꝫ: quia compositio equaliter se habet ad extrema: ergo compositio debet significari cum vtroqꝫ extremorū. Itē a simili videtur: quia compositio qualitatis cum substantia significatur cuꝫ vtroqꝫ extremorū in nomine ⁊ in participio. Compositio actus vniti cum substantia similiter significatur cum vtroqꝫ extremorū: ergo in verbo debet esse similiter. Item habito q̄ ista compositio significetur cum altero extremoruꝫ. Queratur quare potius per verbum significatur siue cum verbo q̄ꝫ per nomen: cuꝫ

equaliter se habet ad vtrūq; extremorū. Et dicendū ad primū q compositio duplicē habeat comparationē. vnam enim habet ad subiectū: et aliā ad obiectū: sicut visio comparatur ad subiectum in quo ē scilicet ad ipsum videns. ⁊ comparatur ad obiectū suum quod est res visa siue coloratum. Similiter compositio comparatur ad subiectum suū quod est cōponens: ⁊ cōparatur ad obiectū suū siue ad obiecta q̄ ipsum cōpositū: quia recipiunt supra se cōpositionē sicut visibile visionē. Dico ergo q cōpositio secundū cōparationē quā habet ad obiectuʒ siue ad obiecta equaliter se habet ad vtrumq; extremorū sed secundū cōparationē quā habet ad subiectū quod ē cōponēs magis se habet ad vnum q̄ ad alterū: quia cum ipsum cōponens sit anima: et aīa nō possit cōponere nisi mediāte actu: ideo magis se habʒ cōpositio ad actū q̄ ad reliquū extremorū: ⁊ cū actus significetur per verbū ⁊ nō per nomen: ideo magis debet compositio significari per verbū q̄ per nomē. Et sic patet solutio prime ⁊ tertie questionis. Ad secundū dicendū q non ē simile de nomine ⁊ de participio ad verbū: quia in verbo est compositio dē [...]ntū: ut prius ē dictum. ⁊ ideo compositio verbi nō potuit [...]ignificari cū vtroq; extremorū: sed in participio ⁊ nomine est compositio vnicorū: ⁊ ideo illis significatur compositio cū vtroq; extremorū. In verbo autē nō potuit compositio significari cum vtroq; extremorū: quia compositio distātis est compositio per quā actus ē de altero ut predicatū de subiecto. Item queritur cum in verbo sit compositio ⁊ inclinatio ipsius ad substantiā: vtrum cōpositio natura p̄cedat inclinationē: vel econuerso inclinatio compositionē: q2 cuʒ actus nō habʒ esse nisi a subiecto ⁊ in subiecto: eo q accidēs est propriū substantie: ergo actus naturalem habet inclinationē ab substantiā: ⁊ si nō vniatur ei tamē habet naturalē inclinationem ad substantiam. sed compositio actus cū substantia nō est nisi cum vnitur actus substantie: ergo inclinatio actus ad substantiaʒ natura precedit compositionem actus cū subiecto. Et dicendū q actus duplicē habet inclinationem ad substantiā. vna enim earū prior ē compositione ⁊ alia natura posterior: quia cum omnis actus sit accidens ⁊ nō econuerso: ipsi actui debetur quedam inclinatio inq̄ʒtum est accidens: cuʒ omne accidens naturaliter inclinetur ad subiectū suū: ⁊ inclinatio natura precedit compositionē. Alia autē ē inclinatio que debetur actui inq̄ʒtum actus est nō ut in subiecto sed de subiecto: prout anima inclinat se ad enunciatū vnum de altero: ⁊ hec inclinatio posterior ē compositione. Et sic patet q inclinatio vna antecedit cōpositionem: ⁊ alia sequitur eam per naturam. Hoc etiam patʒ per operationes anime: quia cum anima apprehendit rerum similitudines primo cognoscit res sibi inuiceʒ conuenire ⁊ postea consentit. deinde componit apud se: et postea enunciat vnum de altero. Cum ergo anima prius consentiat q̄ʒ componat ⁊c. prius videat conuenientiā in quā consentiat: ⁊ cōuenientia vnius rei ad alterum causetur per naturalem inclinationem vnius ad alterū: ideo oportʒ q naturalis inclinatio act⁹ inq̄ʒtū ē accidens p̄cedat ꝯpositionē actus cū substantia: ⁊ iterum cum anima apud se prius natura componit q̄ʒ inclinet se ad enunciandū vnū de altero mediante actu: ideo compositio actus cum substantia natura precedit inclinationem actus per quam anima inclinatur ut actus sit de suo subiecto: ⁊ per istam secundā inclinationē reperit̄ modus in verbo. Et ut hoc planius pateat nota q cuʒ verbū debeat imponi ad significandū: tunc anima prius apprehendit actū de subā ⁊ postea afficiebatur ad enunciandum actum eundem de substantia: ⁊ per istū affectū inclinat̄ ad enunciandū actum ipsum: ⁊ per hanc inclinationē enunciabat iam actū de substantia. vnde post apprehēsionē act⁹ de substantia prius ē natura affectus anime respectu ipsius actus ut sit de substantia q̄ʒ inclinatio ipsius anime ad enunciandū: ⁊ per istam inclinatiōem indicat anima vel imperat ⁊ sic de alijs. Ipsa autē indicatio vel imperatio vel optatio sunt modus vnde q̄ʒuis ista tria. s. affectus inclinatio ⁊ indicatio causaliter ordinentur: tamē posteriora sunt ⁊ accidūt ipsi actui: qui ē vel esse debet de substantia: ⁊ causa huius est ⁊ causa affectus q inclinatio nō possunt esse nisi in respectu ad actū ⁊ ipse actus bene potest esse sine ipsis. ideo signū q̄d imponebatur ad significandū ipsuʒ actum principaliter dat intelligere ipsum actū: ⁊ postea tria dat intelligere quasi accidentia ipsi actui. Et ideo dicimus q verbū significat agere vel pati: ⁊ consignificat affectus ⁊ inclinationes vel mōs ⁊ sic pʒ q modus causatur ab inclinatione sicut a causa p̄xima efficiente: ⁊ inclinatio ab effectu. ⁊ oīa ista tria cāntur a cōpositione actus cum substantia: sicut a causa remota finali ⁊ causantur: ⁊ eadem ab anima sicut ab efficiēte remota vel vniuersali. Nota q hec diffinitio modorū. s. Modi sunt inclinationes animi varios eius affectus demōstrātes: est causalis sicut patet ex predictis. Unde inclinatio anīmi nō predicatur de modis sicut gen⁹ sed causaliter. Unde inclinatio significat affectum: sicut effectus suam causam.

Nota etiam q generalis compositio in verbo debet̄ ipsi agere vel pati generaliter sumpto. Specialis autē compositio ipsi agere vel pati specialr̄ sumpto ⁊ ꝯcto. Siquis obijciat q cuʒ anima afficiatur ⁊ inclinetur significan cuiuslibet partis ut ipsum significet ⁊ representet per suū signū: ergo quelibet pars orationis erit alicui⁹ modi: cū ꝓpter hoc modus accidit verbo. Dicendū q ista obiectio fit per p̄dicta male intellecta: siue q non intelligat ea que predicta sunt: quod non dixi q predictus affectus ⁊ inclinatio ⁊ modus in anima respectu illius actus tantū: sed respectu illius actus ut ē de substantia: siue respectu ipsius actus inq̄ʒtū cōponitur cum substantia nulla est pars ipsius orationis que est de substantia nisi verbum: q2 in nulla intelligit̄ compositio ipsius cū subā exteriori nisi in verbo: ⁊ iō modus solū accidit verbo ⁊ nulli alij pti ōrōnis. ⁊ p istā secundam inclinationē rep̄itur modus in verbo. Item queritur qualit̄ intelligat̄ illa ꝯpositio quā dicit Aristo. q ista ꝯpōne sine cōpositis nō ē intelligere. Et dicēdū q ꝯpositio cū subā intelligitur p extrema: q2 actus seipso inheret suo subiecto sicut q̄dlibet aliud accidēs seipso inheret suo subiecto in quo ē: ⁊ p q̄d est: ⁊ nō alio mediāte: q2 sic ꝯtingeret abire in infinitū ut dictū ē de qualitate noīs. vñ ꝯpositio actus cuʒ subā fit p inclinationē ipsius actus ad subām ut ad subiectuʒ suū. Et q2 inclinatio ad alterū non pōt intelligi nisi p illud q̄d inclinatur: ⁊ ad illud p q̄d inclinatur: ideo ꝯpositio act⁹ ad subiectū suū q̄d significatur p verbū: nō pōt intelligi sine extremis. ⁊ ideo dicit Aristo. q̄d ē cōsignificat quandā cōpositionē quā sine cōpositis non pōt intelligere: cuʒ solum habeat intelligi per illō quod inclinatur ⁊ cui inclinatur: q2 inclinatio illa que est ipsius ad substantiā remota q inclinatur: et cui inclinatur nihil est: ⁊ ideo sine extremis nihil est compositio: quia vnū quodq; intelligitur per id q̄d dat ei esse: et est extrema ut dictū est. Nota q illa compositio s̄m suaʒ veritatē est in re: ⁊ est quoddā indiuisibile. In verbo autē ē cōpositio ut in signo: sicut sanitas s̄m suam veritatē est in animali ut in subiecto. In vrina aūt ē ut in signo. Nota etiā q compositio illa per inclinationē act⁹ ad substantiā inq̄ʒtū actus est ⁊ precedit alterā p quā ē de alio ut prius dictuʒ est. Item queritur vtrū cōpositio sit simplex ens vel nō. Et videtur q nō q2 reperitur in reb⁹ entibus ut homo est animal. ⁊ in rebus nō entibus: ut chimera ē non ens: ergo reperitur in eis per aliq̄d cōmune repertū in ipsis: q2 ut vult Aristo. in fine prior. q si aliqua passio sequitur aliqua diuersa: oportet q sequitur ea per aliquod cōmune repertum in ipsis. sed nihil est commune enti ⁊ non enti nisi ens quodāmodo: ergo compositio primo sequitur ens quodammodo: ergo et ipsa est ens quodāmodo ⁊ non est ens simpliciter. Et dicendum q compositio importata per verbum cōmuniter se habet ad compositionē non entiū: ut chimera ē nō ens. vñ primo seq̄tur ens quodāmō ut obiectū est; ⁊ ipsa in cōi ē ens quodāmō: ⁊ nō simplr. Itē q̄rit̄ vtrū ꝯpositio verbi in cōi equalr̄ se habet ad ꝯpōnē entiū: ut hō ē aīal ⁊ ad ꝯpositionē nō in nū: ut chimera ē nō ens. vel ipsa p prius dicat̄ de vna: ⁊ per posterius de alia. Et dicendū q ꝯpositio in cōi per prius cōuenit ꝯpositioni entiuʒ: ⁊ per posterius cōpositioni nō entiū. Itē videt̄ q cōpositio in cōi sit ens simpliciter ⁊ nō quodāmō: ⁊ sic nō cōuenit cōpositioni non entiū: quia videt̄ q extrema ponant̄ s̄m exigentiā ꝯpositio

nis vt ſi cōpoſitio eſt ens ſimplr̄ et extrema. vnde videtur ſequi: homo eſt animal: ergo homo ⁊ animal eſt. Et ſi cōpoſitio eſt ens quodammodo ⁊ extrema. vnde non ſequitur: chimera eſt non ens: ergo chimera eſt vel nō eſt ergo ſi cōpoſitio in cōi ē ens quodāmō ⁊ non ſimplr̄: ergo hec eſt vera antixp̄s eſt homo: cū ibi ponatur homo quodāmodo ⁊ hec ſit vera: antixp̄s eſt hō quodāmodo: ⁊ iſte due conuertunt̄: antixp̄s eſt hō: ⁊ antixp̄s ē homo quodāmodo: quod falſū ē ergo primo ex quo ſequitur. ſ. ꝙ cōpoſitio i cōmuni ſit ēs quodāmodo ⁊ non ſimplr̄. Et dicendum ꝙ cōpoſitio in cōi eſt ens quodāmodo vt prius dictum eſt: ⁊ extrema etiā ſimiliter in cōmuni ſunt ētia. Sz cōpoſitio contracta ad illam partem eius qȯ eſt compoſitio entiū eſt ens ſimplr̄. vnde in hoc antixp̄s eſt hō contracta eſt ad cōpoſitionem entiū: vnde ponitur ibi hō quodāmodo ſed ſimplr̄: ⁊ ideo h̄: antixp̄s eſt hō: nō equippollet huic antixp̄s eſt homo quodāmodo. Ad illud qȯ obijcit ꝙ extrema ponuntur ſm exigētiā cōpoſitiōis: dicēdū qȯ falſum eſt: qz cū extrema ſint nō ꝓpter hoc ſequit̄ ꝙ compoſitio ſit: vt cū dico homo eſt ⁊ antixp̄s: extrema ſunt nō tñ eſt compoſitio: ⁊ ſi cōpoſitio ē nō ꝓpter hoc ſequitur ꝙ extrema ſunt ſicut ſibi inuicē conueniētia: vt chimera ē non ens. Iſta cōpoſitio ē non tamē extrema ſunt: ſed hic ſequitur extrema ſunt ſibi inuicem cōuenientia: ergo cōpoſitio vera eſt: ⁊ eſt locus a cauſa ⁊ econuerſo ſequitur cōpoſitionem: ergo extrema ſunt ſibi inuicē conuenientia: ⁊ eſt locus ab effectu: qz cōueniētia extremorū ē cauſa cōpoſitionis: ⁊ compoſitio eſt effectus conuenientie extremorū. Item videtur ꝙ cōpoſitio in cōmuni eq̄lr̄ predicetur de cōpoſitione entiū: ⁊ de cōpoſitione nō entium qz ille due ſunt ſimpliciter cōueniētie: homo eſt aial: ⁊ chimera nō eſt ens: ergo veritas vtriuſqz ſimplr̄ eſt ens: ergo ſubiectuz veritatis in vtraqz eſt ens ſimpliciter: ſed ſubiectum veritatis eſt cōpoſitio: ergo cōpoſitio vtriuſqz ſimplr̄ eſt ens: ſed in vna eſt compoſitio entium: in altera non entium: ergo compoſitio non entium ſimplr̄ eſt ens: ergo compoſitio in cōi nō magis ſe h̄z ad vnā partē q̄z ad alterā. Et dicēdū ꝙ cōpoſitio in cōi dicit̄ ſm prius ⁊ poſterius de vtraqz iſtarū cōpoſitionū vt prius dictuz eſt: qz per prius dicit de cōpoſitiōe entium: ⁊ per poſterius de cōpoſitione ⁊ non entium. Ad aliud aūt qȯ obijcit ꝙ vtraqz illarum cōpoſitionū ſimplr̄ ē ens dicēdum ꝙ nō ſequitur: qz veritas entiū eſt ens ſimpliciter: veritas aūt nō entiū nō eſt ens ſimplr̄ ſz quodāmodo quod patet: qz veritas entiū eſt per cōueniētiam extremorum q̄ eſt cauſa cōpoſitionis in affirmatiua: vt hō ē aial: vel repugnantia extremorū: que ē cauſa diuiſionis in negatiue vera: vt hō nō eſt aſinus. vnde veritas entiū eſt per conuenientiā ad ꝯpoſitionem vel diuiſionem: ⁊ etiam per hoc ꝙ extrema ſunt ſimplr̄ entia: ſed veritas non entium nō h̄z niſi alteram cauſarum iſtaz. ſ. cōuenientiam extremorum ad cōpoſitionem vel diuiſionē nō habet entitatē earundē: qz extrema nō ſunt entia: immo ſūt nō ētia: ⁊ ideo veritas nō entiū eſt ens quodāmō: veritas entiū eſt ens ſimplr̄: ⁊ ideo cōpoſitio entiuz eſt ens ſimplr̄: cōpoſitio aūt non entium eſt ens quodāmodo.

De negatione in generali.

Quoniam ſm diuerſitatē cōpoſitionum diuerſificetur negatio: ideo poſt compoſitionē dicendū eſt de negatione. Primo autē ſciendum eſt ꝙ negatio dicitur equiuoce: qz Uno mō dicit̄ negatio oīo negatiua: ⁊ ē ſpēs enūciationis. Enūciationis aūt: alia eſt oratio affirmatiua: ⁊ alia negatiua: vt hō currit hō non currit. Et diffinitur ſic: Negatio eſt oīo negatiua alicuius ab aliquo. Alio aūt mō dicitur negatio ſignū ⁊ inſtrumētū negādi: Et hoc mō dicitur triplr̄: qz negatio vt eſt inſtrumētum negandi: ſumitur vno mō vt ſubſtantia: vt in hoc noīe negatio. alio aūt mō vt actus: vt actus vt in verbo ⁊ in participio: vt nego. gas. vel negans vel negatus. Ex his duobus ſumitur negatio vt cōcepta ſiue per modum conceptus. Alio aūt mō ſumitur negatio q̄ eſt inſtrumētū negandi: vt exercita: et ſic ſignificatur per hanc particulam nō. Et nota ꝙ cōcept⁹ ⁊ effectus differunt in hoc: qz cōcept⁹ dicit̄ eſſe illud quod eſt in aīa per ſiītudinē aliquā: vt cum cogito de coloribus ⁊ de oībus ſiītudines earum recipio in anima ⁊ non res ipſas. Affectus ſiue exercitus dicitur eſſe eā qȯ ſm veritatem eſt i aīa vel i corpore: cū laboro in egritudine: dolor eſt i aīa mea ſm veritatē afficiēs eā: ⁊ qn̄ curro curſus eſt in corpore ſm veritatē exercitus ⁊ afficiens ipm corpus. Itē negatio vltimo mō ſūpta eſt duplex: qz eſt q̄dā negatio q̄ ē termini vt noīe infinito vel in verbo infinito. Alia eſt orōnis: ⁊ hec remouet actum a ſubſtantia de qua ipſe actus p̄dicatur ⁊ prima addit̄ termino per cōpoſitionē: ſecūda vero p appoſitionē. Itē negatio q̄ ē termini eſt duplex: qz Quedā ē q̄ facit nomen infinitū ſiue priuatū: vt nō hō nō lapis. Et alia q̄ facit verbū infinitū ſiue priuatū: vt nō currit nō laborat. Sed videtur ꝙ nec q̄litas accidētalis neqz actus poſſit p̄dicari de ſubſtantia qz ſūt diuerſa ⁊ diuerſa: ⁊ diuerſa in q̄ntū diuerſa ſunt ſibi repugnantia: ergo vnum vere nō predicatur de altero: ergo ſicut hec eſt falſa: ſortes eſt albedo: ⁊ ſiliter hec ſortes eſt albus: ⁊ ſiliter ſortes currit: ſicut ⁊ hec: ſortes eſt curſus. Et dicendū ꝙ dupliciter contingit ſignificare diuerſa: qz in q̄ntū vnum opponitur alteri: vel eſt diuerſum ab eo: vel eſt diuerſuz ab eo: vt ſortes albedo curſus: ⁊ ſic vnum vere non p̄dicatur de altero. Alio aūt mō cōtingit ſignificare diuerſa ꝓut vnū eſt de altero: vt albus niger currit legit: ⁊ vniuerſaliter quecūqz ſignificātur in concretione ad ſubiectū: ſiue dicant denoīatiue: vt albus currit ſiue non denominatiue: vt ſtudioſus curſor pugillator ⁊ conſimilia ꝓ vt dicūtur a naturalibus potētijs curſor ⁊ pugillator: ⁊ hoc modo vnū diuerſū predicatur de altero. Item cū triplex ſit cōpoſitio. ſ. qualitatis ad ſubſtantiam: ⁊ actus diſtantis a ſubſtantia: cū ſubſtantia ⁊ actus vniti ſubſtātie ⁊ cuilibet harū cōpoſitionum ſua opponatur negatio: ergo erit triplex negatio: ergo male ponuntur due tm̄. Et dicendū ſicut dictum eſt prius ꝙ negatio vt exercita ſiue afficiens eſt duplex in genere: ſicut compoſitio eſt duplex in genere: qz eſt: quedam termini: ⁊ alia orationis vt dictum eſt. Sed negatio illa in ſpecie dicitur quadrupliciter: eo quod negatio termini ſubdiuiditur: quia eſt quedam negatio termini que remouet qualitatē a ſubſtantia faciens nomen infinitum: vt nō hō nō equ⁹: ⁊ eſt alia que actū vnituz remouet a ſubſtantia faciens participium: vt nō currēs nō legens. Tertia vero actū diſtantem a ſubſtantia exteriori remouet ſiue priuat a ſubſtantia vnita faciens verbū infinitū: vt nō currit nō laborat. Quarta vero vt dictū eſt faciens orōnē negatiuā. ⁊ ſic negatio termini ſubdiuiditur per tres partes. Ad illud aūt qȯ obijcit ꝙ triplex eſt compoſitio act⁹ cū ſubſtantia: ergo ex oppoſito erit triplex negatio. Dicēdū ꝙ inſufficienter diuidit quia relinquit compoſitionez act⁹ diſtantis a ſubſtantia exteriorū cū ſubſtantia intra: ⁊ ſic ſunt quattuor oppōnes. vnde ex oppoſito erunt quattuor negationes. Qz aūt quattuor ſint cōpoſitiones patet: qz eſt q̄dam qualitatis cū ſubſtantia: vt in quolibet noīe: ⁊ negatio ei appoſita facit nomē infinitū: vt non homo: ⁊ alia actus vniti ſubſtantie cū ſubſtantia vt in participio: ⁊ negatio ei appoſita facit participium infinitū: vt nō currens. Tertia vero cōpoſitio actus eſt diſtantis a ſubſtantia exteriori cum eadem ſubſtantia exteriori: vt ſortes currit: ⁊ negatio ei appoſita facit orationem negatiuā: vt ſortes nō currit. Quarta vero eſt actus diſtantis a ſubſtantia exteriori cuz ſubſtātia intra: ⁊ negatio ei appoſita facit verbum infinitū: vt nō currit: nō laborat. ⁊ ſic inſufficienter diuidebat compoſitiones iſtas in ſpecie: ⁊ etiam negationes ei appoſitas. Nota ꝙ verbū duplici ſubſtantie cōparatur. ſ. ſubſtātie exteriori que reddit ei ſuppoſitum: vt ſortes currit: ⁊ ſubſtantie exteriori que infinite intelligit̄ in ipſo: qz eſt idē qȯ res currens: ⁊ currēs eſt ille actus: res vero eſt ſubſtantia interius intellecta.

Diſto de negatione in genere: ꝯſir dicēdū eſt de vnaquaqz predictarum negationū in ſpecie: ⁊ p̄mo de negatione noīs infiniti cuz ſit prior alijs. Circa quā primo queritur vtrum nomen infinitum de quolibet qȯ ē ⁊ qȯ nō ē p̄dicetur. Et videtur ꝙ nō: qz vt eſt in 2.° periarmeniaz: ad affirmationē in qua predicatur nomē infinitū ſequitur negatio in qua predicatur nomē infinitum ⁊ nō econuer

fo: vt ois homo est nō iustus: ergo nullus hō est iustus: ꝛ nō econuerso: ergo affirmatio in qua ponitur nomen infinitū ponit aliqd: qꝛ si nihil poneret tunc conuerteretur cum negatione: ergo nomē infinitum solum predicatur de ēte: ergo nō de quolibet qđ ē ꝛ qđ nō est. Ad idē cū dicitur: homo est nō iustus: hic ponitur ens qđ affirmatur esse: nec cōpositio negatur per negationē ipsius termini infiniti sequēte: ergo nomē infinitū predicatur solū de ente: ergo non de quolibet ꝛc. Sed contra: homini opponitur aliquid ꝫ priuationem: ꝛ aliquid ꝫm negationē: vt mortuū opponitur homini priuatiue: ꝛ non homo negatiue. sed priuatio plus participat de ente q̄ʒ negatio: ergo mortuū plus participat de ente q̄ʒ non homo: sed mortuū predicatur de nonente: ergo multo fortius nō hō ergo terminus infinitꝰ non solū predicatur de ente: sed etiam de nō ēte. Ad idem Boetius docet conuertere vl'em affirmatiuam infinitando terminos: vt ois hō est ens: ergo omne non ens ē nō homo: ergo non homo predicatur de nō ente: ergo nō solū de ēte sed etiam de non ente. Itē vt est in 2.° topicorū. Qui si ad hoiem sequitur animal: ergo per ꝯñtiam econuerso: ad nō aial sequitur nō hō. sed bene sequit̄ si ē hō est ēs: ergo sequit̄ per ꝯñtiā cōrio si nō est ens est nō hō: ergo nomē infinitum nō solum predicatur de ente sed etiam de non ente. Item i homine est duplex compositio. Est enim quedā ꝯpositio forme cū materia: hō enī ꝛ vnūquodqꝫ aliud a primo cōstat ex materia ꝛ forma vel vere vel ꝓportionabiliter: ꝛ est alia cōpositio in hoie que ē drīaꝝ cū suo genere vel suo superiori: siue sint differentie specifice vt in speciebus omnibus ꝛ generibus subalternis: siue sint differentie non specifice: sic sunt differentie que secundum rationem finis vel causa alicuiꝰ aliꝰ adiūguntur enti per quas generalissima differunt a se. Cuʒ enī genera generalissima cōicent in ente: lꝫ ꝫm prius et posterius oportet per quod aliqd differat vt pꝫ: qꝛ substantia est ens per se. quātitas vero est ens mensuratiuum substātie. qualitas vero est informatiuū vel qualificatiuū substātie. relatio vero ē ens ꝯparatiuū substantie. actio vero ē ens mediū per qđ siue ꝫm quod vnuꝫ agit in aliud: ꝛ sic de alijs Unde hec differentia per se est drīa substantie ꝛ mensurati uum substantie: est differētia quantitatis ꝛ sic de alijs. ꝛ sic p istas drīas que non sunt specifice generalissima differūt inter se formatur argumētum sic: in hoie est duplex cōpositio scꝫ forme cū materia: ꝛ differentia cū primo p̄dicabili vt cū ente. sꝫ cuilibet cōpositioni sua opponitur negatio: ergo duplici cōpositioni existente in hoie duplex opponit̄ negatio: ergo negatio in hoc termino nō hō est duplex: qꝛ vel remouebit compositionē que est drīaꝝ cū ente ꝛ sic reliquitur ens quia cū dī ens per se corporeuꝫ aiatum sensibile rationabile mortale: sꝫ aggregatio istaꝝ differētiarū remouet̄ ꝓ vnaꝰ pro pluribus. nō dico q̄ vnaqueqꝫ earum remoueat̄ sed earum aggregatio que pōt remoueri pro vna vel pro pluribꝰ siue pro oībus. sic relinquitur ens: qꝛ si vna sola remoueat̄ iam non sunt ibi oēs: vel si plures: vel si oēs semper earum aggregatio remouet̄: ꝛ ita nō hō pōit ens: ꝛ predicat̄ solū de ente: ꝛ sic nō homo dicitur terminꝰ priuatiuꝰ. Si autem negatio ista negat ꝯpositionē forme cum materia: tunc nihil ponit in actu: sed tantum ponit ens i potētia vel i oppositione: ꝛ sic non hō ē terminus negatiuꝰ: ꝛ nō hō predicatur de ēte ꝛ de non ente: ꝛ sic nomē infinitū est duplex: qđ cōcedimus. Dicendum ergo q̄ nomen dupliciter pōt infinitari vt ostensum est q̄ vno mō ꝫm priuationē: ꝛ sic nō hō ponit ens remouendo aggregationē differentiarum a primo predicabili: ꝛ sic hō ꝛ nō hō opponuntur vt priuatio ꝛ habitus ꝛ predicatur solū de ente. Alio aūt mō pōt īfinitari nomē ꝫm negationem: ꝛ sic nō homo nihil ponit ꝛ est terminꝰ negatiuus: ꝛ sic non homo de quolibet ente aliud ab homine predicatur ꝛ de nō ente: ꝛ sic hō ꝛ nō hō opponunt̄ vt affirmatio vel negatio: ꝛ predicātur de quolibet quod est ꝛ quod non est: ita q̄ hoc vl' illđ sicut quelibet ꝯdictio. Et nota q̄ ille modus duplex infinitandi terminū est solum i terminis specialibus: qꝛ termini generales vt ens ꝛ aliquid vno solo mō infinitantur sꝫ ꝫm negationē: qꝛ in eis nō ē duplex cōpositio sicut i specialibus. vnde nō ens ꝛ nō aliquid solū p̄dicant̄ de eo qđ nō ē. nullus enī terminus infinitꝰ pōt p̄dicari de eo cuiꝰ forma remouetur per ipsum. vñ non hō nō pōt p̄dicari de hoie: nec ens de non ente nullum oppositoꝝ pōt de sibi opposito predicari. Ad illud aūt qđ obijcit q̄ ad affirmationem in qua p̄dicatur nomē infinitum seqꝛ tur negatio in qua p̄dicatur nomen infinitum ꝛ nō ecōuerso: ꝛ sic nomē infinitū ponit ens. Est dicenduꝫ sicut dictū ē prius: qꝛ nomē infinitum duplex est ꝓpter hoc quod vl' infinitū est ꝫm negationem: ꝛ sic nihil ponit. vel est infinituꝫ ꝫm priuationem: ꝛ sic ponit ens siue sit substantiale: vt homo aial siue accidētale: vt albū iustū rectū par vl' impar. vñ simplex terminus accidētalis ꝫm priuationem: sicut relinquit subiectum accidētis inesse: ꝛ sic ista homo est non iustus et cōsiles ponit ens: ꝛ sic ad ipsas sequitur negatio de predicato finito ꝛ nō ecōuerso: vt hō est non iustus: ergo hō nō est iustus: ꝛ non econuerso. Et hoc determinat. Aris. in p° ꝛ 2° periarmenarū dicēdo q̄ sic consequūtur sibi inuicē sicut dictū est in prioribus. Hoc etiam dicit i fine p̄mi priorū: q̄ ad priuatiuam orationē affirmatiuā sequitur negatiua finita: ꝛ nō econuerso: vt hoc est inequale: ergo non equale ꝛ non econuerso: ꝛ hoc est albū: ergo non est album ꝛ nō ecōuerso Si aūt predicat̄ terminꝰ accidentalis infinitus ꝫm negationē sic nihil ponit vt dictū est: ꝛ sic cōuertitur cum negatiua finita: vt ois hō est nō iustus: ergo nullus homo est iustus: ꝛ econuerso. Et siliꝛ dicit in secundo principio secūdi periarmeniarum paulo post: Qz ad negationē finitam sequit̄ affirmatiua infinita: vt nullus homo est iustus: ergo ois homo est nō iustus. qꝛ nō posset esse nisi cōuerterentur: illo scđo mō. l. ꝫm qđ est nomē īfinitū ꝫm negationem. Et siliter intellige de termino infinito substantiali: vt nō homo sicut de accidentali vt nō iustum. Ad illud autēʒ qđ postea obijcit q̄ ista hō est nō iustus ponit ens: cū affirmatur esse ꝛ non remoueatur cōpositio affirmatiua ꝛ non negatur per negationem sequētē. Dicendū q̄ argumētū tripliciꝛ peccat. Primo mō ꝫm equocationeꝫ huiꝰ nois nō iustū q̄ vno mō ponit ens: ꝛ alio mō nō vt dictū est priꝰ. Et alio modo peccat ꝫm ꝯñs siue scđm qđ ꝛ simpliꝛ: qꝛ vt sequitur affirmat̄ esse aut ipsa cōpositio ergo est: qꝛ affirmatio est etiam de tam ente q̄ʒ de non ente: ergo in plus est affirmatio q̄ʒ eē ꝫm negationem: ergo est ꝯñs. vnde q̄ nō iustus est nomen infinitum ꝫm negationē: nō sequitur homo est non iustꝰ: ergo hō est. Preterea est ibi fallacia ꝫm quid et simpliꝛ: qꝛ sit ibi cōpositio affirmatia nō eñ ponitur ens simpliꝛ: sed diminutum per determinationē sequentē. vnde sicut nō sequitur: est opinabile ergo est: q̄ʒuis sit ibi compositio affirmatiua: ita nō sequitur est nō iustus ergo est: cū diminuat̄ esse per determinationē nihil ponentē in ꝫm q̄ non iustus ē terminus negatiuus. Sciendū aūt q̄ nullus terminus pōt īfinitari nisi sit subijcibile vel p̄dicabile. Et ideo signa vl'ia vl' particularia non possunt infinitari: qꝛ sūt dispōnes subiecti inq̄ꝫtū subiectū ꝛ ita respiciunt predicatū. Et iō dicit Aris. q̄ hec negatio nō: nō est nisi addēda huic signo omnis: qꝛ non significatur vl'e: sed q̄ñ vniuersaliter.

Visto de negatiōe sp̄ali nois faciēte infinitari. consequenter dicēdū est de sp̄ali negatione verbi infinitāte verbū: qꝛ sicut nomen est natura prius verbo infinito Primū enī queritur de verbo infinito vtrum predicatur de quolibet qđ est ꝛ qđ nō est: Et videtur q̄ sic: qꝛ vt vult Aris. verbū infinitum simpliꝛ est in quolibet quod ē ꝛ qđ nō est: ergo de oī qđ est predicatur: ꝛ qđ non ē. Sꝫ contra negatio que ē in verbo infinito relinquit cōpositionem affirmatiuā remouendo actū a substantia de qua predicatur actus: vnde sensus huiꝰ cesar nō currit: ꝫm quod nō currit est verbum infinitū est: iste cesar est non currēs: sꝫ cōpositio affirmatiua ponit ēē: qꝛ ponit subiectū iesse ergo verbū infinitū ponit ens. ergo solum predicat̄ de ente: Et ꝫm dictū quorūdā est q̄ verbū infinitū extra orationem manet infinitum sꝫ sit semꝑ o'ōe q̄ñ ponitur in orone: q̄ñ negatio est vna pars ꝛ verbū alia. Sed hoc nihil est: qꝛ mouentur: eo q̄ nō sciunt destinguere in hac orone: cesar non currit: ꝛ in cōsilibus ꝫm q̄ sint ꝓpositiones neg[illegible]ue: ꝫm q̄ sunt de verbo infinito. Ideo dicēdū q̄ verbū infinitū predicatur

de quolibet qd̓ est: ⁊ qd̓ nō est: ⁊ manet infinitū extra orōm ⁊ in orōne: ⁊ hec ꝓpositio: cesar nō currit: ⁊ cōsimiles sʒ q̄ sunt orōnes negatiue nihil ponūt: ⁊ cōpositio negatur in eis nihil relinquendo per eas: s̄m aūt q̄ in eis ponitur verbū infinitū ꝯpositio remanet affirmatiua. vnde isto modo scʒ scḋm qd̓ est in eis verbū infinitum adhuc e duplices: qꝛ verbū infinitū pōt infinitari s̄m negationem: ⁊ sic nihil ponit: vel pōt infinitari s̄m priuationē: ⁊ sic nisi ponit subiectū inesse: ⁊ sic ponit ens. Ad illud aūt qd̓ obijcit q̄ compositio affirmatiua ponit ens: quia ponit subiectum inesse. Dicendum q̄ vtrūqʒ est falsū qm̄ cōpositio equaliter se habet ad cōpositionē entiū: ⁊ ad compositionē nō entium: vnde ponit ens. ipsa cōpositio neqʒ ponit subiectū suum inesse: ⁊ ita virtute compositionis affirmatiue inq̄ʒtum ē affirmatiua nihil ponūt: sed virtute predicati aliq̄n ponit̄ subiectū inesse: vt q̄n predicatū est ens simplicit̄: ⁊ aliq̄n non ponitur subiectū inesse: vt q̄n predicatū est ens diminutum vel quodāmodo: ⁊ ideo sequit̄: lapis est homo: ergo lapis ē ⁊ nō sequitur: lapis est opinabile: ergo lapis est. vnde ē sensus huius: cesar nō currit s̄m q̄ non currit est verbū infinitum est. ille cesar est non currens. ⁊ siliter intellige de participio sicut de verbo: vnde ille due: cesar non currit: cesar est non currens: nihil ponunt s̄m q̄ verbū ⁊ participiū sūt termini negatiui: Sʒ s̄m qd̓ sunt termini priuatiui sic ponunt quia ponunt subiectum inesse ⁊ hoc virtute p̄dicati ⁊ non virtute compositionis vt dictū est. de negatione infinitante participium satis patet ex p̄dictis: ⁊ ideo relinquitur.

